



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

gsl 242

qlle. 4 Jo

A·XVIII·P
A
3620
2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

36.191

EPITOMES

OMNIVM GALENI PERGAMENI

operum, uniuersam illius uiri doctrinam, & methodum, quàm accuratißimè continentis,

SECTIO QVARTA,

Per Andream Lacunam Secobiensem, Doctorem Medicum, atque ex sacro Militum sancti Petri apud Vrbem collegio Auratum Equitem, summa fide atque studio collecta.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium, sub Scuto Veneto.
1553.
Cum Priuilegio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.D Petro, Pacheco, Gienensi Episcopo, atque S. R. Ecclesiæ Senatori vigilantissimo, Andreas Lacuna Secobiēsis, Doctor Medicus, Miles Sancti Petri S. P. D.



I vt corpus erectum sortitur homo, sic animum ad sublimia erigeret, neutiquam caducarum vt solet, rerum, teneretur admiratione, Pater obseruandiss. sed perpetuò & diuina suspiceret, & assiduè in eorum exerceretur meditatione. Cæterùm quum ita sit natura comparatum mortalibus, vt pars quidem victi, ac veluti captiui ducti à suis cupiditatibus, illis tantùm inseruiant, pars autem adeò ignaui stupidíque sint, vt animam habeant necne, ignorent penitus: contingit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſanè,vt perpauci eorum ſurſum aſpicere queãt(lux enim lippos maximè offendit) ſed omnes ferè humi ſerpant, inſtar crocodilorum. Id quod certè eſt in cauſa, vt ſi quando videant canem tranſilientem per circulum, aut tripudiantem ſimiam, aut denique fœdiſsimum Scytham ſupra funem ſaltantem, vniuerſi ſui ipſorum obliti, confertim ad id genus ſpectacula confluant: atque ea quidem admirẽtur ſtupefacti, negligant autem & aſpernentur conditoris illius noſtri opera: quæ ſi, vt decet, expenderentur, omnium ſpectatorum animos in maximam admirationem ſui, commendationémque cõuerterent. Nam vt impræſentiarum prætercam ordinatas illas orbium cœleſtium lationes, conſtantiſsimos ortus ſyderum, viciſsitudines tẽporum, animaliúmque generationes & incrementa, quæ captum humanũ ſuperant, de iis autem diſſeram, quæ indies calcãtur pedibus: quid obſecro admirabilius poſsit vnquã contingere, quàm ex erucæ, naſturtij, aut alio vix perceptibili ſemine, oriri herbã bicubitalem? ex nucleóque aliquo exiguo, naſci prodigioſę magnitudinis arborem? Etenim poſteaquàm ſemen in terram, veluti in matricem quãdam, coniectũ eſt, attracti humoris copia intumeſcit, in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tumeſcénſq; rũpitur, ac duo de ſe emittit germina: vnum quidẽ, quo terræ adhæret, ab eáque ſibi alimentum ſugit: quæ eſt radix: alterum verò, quod ſolẽ verſus, à quo viuificatur, erumpẽs, ab vno caudice in varios tandem ramos diuaricatur. Atque hic ſanè plantarum eſt ortus: quas quidem vniuerſi Philoſophi & Medici animatas eſſe dixerunt, neque id iniuria, quòd nimirum animantium ritu gignantur, creſcant, viuant, atque ſenio abſumãtur. Primò ſiquidem ſunt molliuſculæ, ductiléſque, & tractabiles, vt infantes. Dein proceſſu temporis adoleſcunt, ſuíſque articulis roborantur. Poſtea verò iam conſiſtentes, vbi creſcere deſtiterunt, & renituntur trahenti, & ſolida fructuum vbertate pingueſcunt, donec tandem concedentes naturæ, hominũ inſtar ſeneſcũt, atque fatiſcentes dehiſcũt. Reperitur etiam, vt in animalium generibus, ſic ſexus vterque in ſtirpibus. Diſcernitur autem à fœmina maſculus, quòd folia huius prius germinent, foliíſque fœminæ ſint minora. Quòd ſi maſculus adeò coniunctus ſit fœminæ, vt foliis mutuò ſeſe cõtingant, aut ſi ex fragrãtia maſculi portio aliqua ad fœminam ventorum beneficio peruenerit, ipſius fœminæ fructus citò ad maturitatem perueniunt. Sunt autem ſtir

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pes vt cæteris rebus omnibus longè amœniores & iucundiores visu, sic earum visus mortalium vitæ multis numeris necessarior, vtpote à quibus non modò alimenta ipsa, sed etiã medicamenta, quibus vtimur ad profligãdos morbos, multáque alia pertinentia ad vitæ commoditatem, proficiscantur. Vnde non immeritò Manius Curius, L. Quintius Cincinnatus, M. Valerius Coruinus, Cyrus Persarum Rex, aliíque viri grauissimi, allecti plantarũ amœnitate, plurimum agriculturæ indulserũt. Quum igitur vndecim commẽtarios Galeni de Viribus medicamentorum simplicium, septem de Compositione pharmacorum secundum genera, ac denique decem alios de compositione medicaminũ iuxta singulas nostri corporis partes (in quibus nõ modò vniuersæ dotes, ac facultates plãtarum, sed varia etiam morborũ genera, eorúmque absolutæ curationes exaggerãtur) superioribus diebus ad Græcorũ exẽplarium fidem restituissem, restitutósque cõtraxissem in methodum vt breuiorem, sic multò studiosis aptiorem, statui equidẽ hos ipsos vigintiocto cõmentarios, & Naturæ thesauros quosdam opulentissimos, tibi, Antistes Reuerendissime, nuncupare: idq; nõ vt ex hac ipsa dedicatione aliquid

splen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſplendoris accederet tuæ Celſitudini, quæ iam pridem ob inſignem prudentiam, variam eruditionem, raram incredibilémq; clementiam, ac denique ſummam pietatē, conciliauit ſibi omnium bonorū animos, atque extra omnem ingenij aleam eſt poſita: ſed vt tui nominis fulgore illuſtrati, inirent multò maiorem gratiā eruditorū hominū, ſub tuoq́; patrocinio, veluti ſub clypeo Aiacis, deliteſcentes, non tam facilè impeterentur à virulentis quorundam morſibus, quibus alienæ famæ detrahere, & exercitiū, & ſumma voluptas eſt. Siquidem quum olim ſummi Imperatores & Principes, aduerſus impēdentes fluctus & tempeſtates fortunæ communirentur literis: nūc ingenuę artes & diſciplinę, vt tutò prodire poſsint (proh dolor) fautoribus & Mecœnatibus egent. Cæterum ſi. T. C. haſce noſtras lucubrationes defendendas ſuſceperit, nulla inuidia, aut calumnia, in nos quicquā moliri poterit. Quòd ſi qua barbarorum ac ſophiſtarum cohors (hi nanque præcipui ſunt, infeſtiſsimíque bonarum diſciplinarum hoſtes) accedat propius, vt faceſſat nobis negotium, confeſtim in pedes ſe conferet, vel ſolius nominis tui fulmine perterrefacta. Adeò ſiquidē heroicas illas ac nondū ſatis laudatas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

virtutes tuas quadam ſeueritate grauitatéque prudẽtiſsima adornas (quod paſsim de te omnes prædicant) vt non minus tetris ac flagitioſis hominibus terrori ac formidini ſis, quàm ingenuis omnibus admirationi. Quibus quidẽ rebus adductus Diuus Carolus. v. Imperator, Tridentinæ ſynodo te vnũ inter alios omneis præfecit, vt ſingulari ſapiẽtia tua Eccleſiæ cauſam tuereris, ſibi nimirũ perſuadens, te præſente, nihil tranſactum iri, quod non piũ, non æquum, non ſanctum, non denique vniuerſæ Chriſtianæ Reip. maximè ſalutare futurum eſſet. Quam prouinciam adeò alacriter ſuſcepiſti, eáque fide & pietate ſuam pacem religionémque Eccleſiæ reſtituendam curaſti, vt S. D. N. PAVLVS III. P. M. te inter Purpuratos illos patres cenſuerit tandem annumerandum: ſentiẽs haud dubiè, ſe non minus acceſſu tuo illuſtratu rũ Senatum illum patrum ampliſsimorũ, quàm exornaturum Amplitudinem tuam tam ſplendida, támque iuſta pietatis tuæ atque integritatis corona. Quocirca illuſtriſsimi illi, reuerẽdiſsimique omnes collegæ tui, ſummo deſyderio tenẽtur viſendæ tuæ Celſitudinis, in eáque ſuos paſcendi oculos: ſed inter omneis præcipuè illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus D. D. Franciſcus

ciſcus

ciſcus à Bouadilla & Mendozza, Cardinalis Caurienſis, meúſque Mecœnas maximus. Qui quidem tuarum virtutum præco, vt eſt ſtudioſiſsimus tui, iam vellet vt moram rumperes, quò liceret ſibi ac cæteris frui iſto conſpectu tuo, ſplendoréque illis tam exoptato. Cui nec potuiſſem equidem (quod certò ſcio) rem vnquam gratiorem facere, quàm ſi hoſce labores meos, futuros ceu teſtimonium quoddam arctiſsimæ illius neceſsitudinis, quam inter vos mutuò alitis, conſecrarem tuo numini: nec poterit tua Celſitudo, quàm ſi ipſos ſingulari ſuo patrocinio dignetur. Deus Op. M. Amplitudinem iſtam tuam, Antiſtes Obſeruandiſs. diu nobis quàm florentiſsimam ſeruet, vt tum pietas, tum religio, tum bonarum literarum ſtudia, ſub tali coryphæo & protectore inualeſcant. Vale. Venetiis, ex ædibus illuſtriſſimi & ſapientiſsimi viri, D.D. Ioannis Furtadi à Mendozza, in hac Rep. Oratoris Cæſarei vigilantiſsimi. XV. Calen. Maias.

AN. M. V. XLVIII.

INDEX COMmentariorum, qui in hac sectione quarta habentur: nomináque doctissimorum virorum, quorum versionibus sumus usi & adiuti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIVM medicamentorum facultatibus,

Liber primus.

CAP. I.



EDICAMENTOrum [1] simplicium facultates exquisitè cognoscere, quum ad variorum compositionem, tum ad inuentorum opportunum vsum, admodum necessariũ est. [2] Porrò medicamentum omne id dicimus, quod alterare nostram naturam potest: [3] sicuti nutrimentum, quicquid substantiam augere. Refertur enim vtrunque ad aliquid. [4] At verò medicamentum simplex, & ipsum per oppositionem ad compositum nuncupatur: estque id quod secundum naturam suam syncerum est. [5] At facultas, causa quædã est effectrix: [6] eaque partim actu, vt calefaciendi in igne: partim

1 Simplicium medicamentorũ cognitio ad quid cõferat.
2 Medicamentum quid.
3 Nutrimentum quid.
4 Medicamen simplex quid.
5 Facultas quid.
6 Facultas est duplex, actu scilicet & potẽtia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tim potentia, siue futuro tempore, quali nimirũ calefacit pyrethrum.[1] Quum autẽ singulis medicamentis propria quædam effectrix facultas insit, aut purgatoria, aut vomitoria, aut alterius generis alia, nósque alibi demonstrarimus ex calido, frigido, humido, & sicco, corpora vniuersa conflari:[2] certè facultatũ effectricũ essentias (de quibus neq; inter Medicos, neque inter Philosophos cõuenit) tũ in alijs omnibus, tũ in medicamentis, has ipsas qualitates statuemus.

1 Medicamentis singulis propria quædam facultas inest.

2 Essentiæ facultatũ, sunt qualitates, ex quibus corpora constant.

CAP. II.

IN primis[3] autem ac maximè sumẽdum est iudicandæ facultatis experimentum ab ea re, ad quam dicitur. Nam quam vim in homine aliquod medicamen habet, in alio animali eandem non necessariò sortietur. Proximum est, vt quod ex accidenti est, distinguatur ab eo, quod primariò & per se.[4] Nam aqua frigida calorem quandoque reuocat, cutem refrigerando, contrahendóque: ad quod sanè consequitur reuocatio caloris. Rursum calida quoque ipsa refrigerat sæpenumero, digerendo excalfacientem humorem.[5] Quæ igitur admota corporibus nostris, primariò ac per se excalfaciũt, ea sanè facultate dicuntur calida: si verò contrà refrigerent, frigida: non autem quòd alba vel rubra sint, tali facultate sunt prædita.

3 Facultatis iudicandæ experimentũ sumendũ esse ab ea re ad quã dicitur.

4 Aqua frigida calfacit ex accidẽti, vt calida sæpe refrigerat.

5 Calida & frigida facultate, quæ dicantur.

CAP. III.

ETenim quod ab initio ad finẽ vsque dum

app

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

applicatum eſt, magis ſemper calfacit, aut refrigerat: id non ex accidenti, ſed ex ſua natura eſt tale.[1] Danda autem opera eſt, vt quodcunque medicamen in iudicium vocare velis, diutius hæreat applicitum, omníſque ſit alienæ tum frigiditatis, tum caliditatis expers, ne natiuam facultatem illius aſcititia adulteret qualitas. Porrò quædam tota ſubſtantia in ſe ſe mutuo & agunt, & patiuntur, quædam vna duntaxat aut duabus qualitatibus. Ad hæc,[2] alia quidem tenuium partium ſunt, alia craſſarum: tenuium quidem, quæ facilè in tenues cõminui partes poſſunt: craſſarum verò, quæ contrá.

1 Examini medicamẽtorũ quid requratur.

2 Tenuiũ & craſſarũ partiũ quę dicãtur eſſe medicamẽta.

CAP. IIII.

SI igitur primò aquam,[3] quæ & cõmuniſſima vniuerſis hominibus tam ſanis, quàm ægris eſt, & ad vitam maximè neceſſaria, nec frigidam inſigniter, nec calidã corpori temperato applicueris: dein ijs quæ natura ſint intemperata: tertiò, quæ aliquo affectu tenẽtur: tẽperato quidem admota, pluſculo tempore omnino ipſum refrigerabit: intemperato verò, citius quidem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit: tardius autẽ, quod calidius: ſemper tamẽ refrigerabit.[4] Quum videlicet talis exiſtens, nequeat reuocare calorem quemadmodũ ſummè frigida: quæ ſi quadrato, aut iuuenilis corporis naturæ pauculo fuerit tempore admota, caloris molietur reuocationẽ. Sin aliter vtaris, ſemper refri

3 Aquã eſſe ad vitam maximè neceſſariam.

4 Aqua sũmè frigida in quibus calorẽ reuocet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

refrigerabit: id quod etiã facit admota ijs, qui simplici laborant affectu. Nam vbi affectus cõpositus fuerit: contingit aliud primariò à medicamento fieri, aliud ex accidenti: vt licet cernere in phlegmone, quæ calidæ copiosæq; fluxionis est soboles. Siquidem quæ modicè excalfaciunt pharmaca, dũ superfluitatem euacuant, id quod affectũ est, protinus frigidius efficiunt. [1] Aqua itaq; potabilis vtrobiq; videtur frigida: id quod non licet de ijs asserere, quæ sulfureæ, bituminosæ, atq; nitrosæ existunt. Imò verò neq; marina ipsa, prius quàm ascititium frigus summum acceperit, admodum refrigerare conspicitur. [2] Ergo quæ exactè ac syncerè aqua est, omnis alterius substantiæ mistione vacans, ea necessariò ex sua facultate est frigida. [3] Si qua verò per bituminosa, sulfurea, nitrosa, aut aluminosa loca distillans, aliquid secum eius substantiæ absterserit, mista iam ea est, nõ autẽ exactè aqua. Quòd si etiam ipsi aquæ potabili igneã aut essentiam, aut qualitatem adieceris, sic etiam quodãmodo cõpositam illam effeceris. [4] Quinetiam aqua limosa, quali apud Aegyptum vtuntur, composita quadantenus est: sed ea per fictilia vasa optimè percolata, quã purißima efficitur.

1 Aqua potabilis frigida existit.

2 Aqua omnis syncera est naturaliter frigida.

3 Aquę mistæ quæ sint.

4 Aqua limosa apud Aegyptũ vtuntur.

CAP. V.

IVdicatur [5] autem aqua gustu, visu, & olfactu. Siquidem gustu est pura, si omnis qualitatis expers videatur: visu, si syncera & pellucida

5 Aqua debet iudicari gustu visu, & olfactu.

da fuerit. Sic nec odoratu vllam præ se ferre qualitatem debet, vt sunt quædam prauitatis extremæ, quæ aut aciditatem, aut acrimoniam, aut salsedinem, aut putredinẽ præferunt. Igitur aqua, quæ absq; his est omnibus, vt ad naturam certè, ne ipsa quidem adamußim syncera fuerit, [1] sicuti neq; aliud vllum sensibiliũ elementorũ, sed vt ad sensum & vsum syncera est. Quæ itaque examinanda veniẽt medicamina omnia, omnis extraneæ qualitatis valetisq;, aliena sũto.

1 Elementũ purum minimè reperiri.

CAP. VI.

QVòd autem [2] omnis aqua dulcis manifestò refrigeret, hinc discas licet, quòd si ceram oleo liquaueris, humidúmq; ceratum confeceris, ac postea ipsum refrigeratum, largiorique affusione frigidæ ablutum admoueris, valenter eos qui febre vruntur refrigeret si hypochondrijs supponatur: necnon omnem phlegmonen, herpetes, carbunculos, erysipelata, phygethla, & breuiter omnes calidos morbos: id quod non contingeret illi per aliquã nuper dictarum aquarum, quæ calidis aduersantur affectibus, calidæ nimirum quum sint.

2 Aqua omnis dulcis refrigerat. Ceratũ humidũ ablutum frigida, calidos omneis affectus refrigerare.

CAP. VII.

CAeterũ [3] quòd aqua quoq; potabilis sola sit inter propositas humida, ex eadẽ disces methodo. Nã si vlcera supra modũ sicca, hac irriges, statim admodũ humida & mollia reddẽtur: quũ aliæ aquæ vniuersæ vlcera desiccẽt, nõ-

3 Aqua potabilis sola est humida.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Aqua dulcis restinguit sitim.

nullǽq; etiã ob acrimoniam exasperẽt.[1] Quinetiam sitienti dulcis aqua remedio est: ceteræ verò acerbiorem etiam sitim relinquunt. Tum arò quainter cutẽ laborantibus aduersissimum est & poculũ & lauacrũ aquæ dulcis.[2] Salsarum verò, nitrosarũ sulfurearũ, bituminosarúmq; omniũ, sanè perutile. Imitari autem potes sicuti marinam, sic aliarũ quamlibet, substantia videlicet admista, quæ in quaq; vincere cernitur.

2 Hydropicis quarum vsus aquarum sit vtilis.

CAP. VIII.

3 Aquæ natura.

4 Aquam summè humectare.

AQuæ[3] igitur propria natura humida & frigida est. Cæterùm[4] summè quidẽ humectat, siue tepida, siue temperata ea sit: nõ autem calfacit summè, nisi quæ extremè ferueat. Quòd si corpus aliquod eucratũ calida moderatè perfundas, in ipso quidem perfusionis tempore calidius simul atq; humidius efficies: paulò verò pòst, id seipso euadere frigidius, non tamẽ siccius, cõspicies. Nam tametsi humores qui in vasis, alijsq; cõmunibus spatijs sunt, per id genus perfusiones vniuersi exhauriantur, ipsa tamen vasorum corpora, & vniuersum genus carnosum seipso humidius redditur.[5] Quale exẽplũ, quanuis ratione diuersa, licet videre in senibus, qui quũ genuinas partes, quàm adolescẽtes, magis siccas sortiantur, pluribus tamen excremẽtis redundant.[6] Hanc itaq; humectãdi vim solam nũquã aqua deponit. Neq; enim siue feruẽs sit, siue etiam extremè frigida, partẽ cui affusa fuerit,

5 Senes partibus quidem solidis sunt sicci, excrementorum autem copia humidi.

6 Aqua sẽper humectat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rit, ficciorem efficit: quãquàm ob euaporationẽ, quæ à calida perfusione excitari solet, perfusa particula nonnullis longè ficcior videatur, [1] quũ præsertim vapor humor sit extenuatus.

1 Vapor humor est extenuatus.

CAP. IX.

N*Ec verò vsqueadèo absurdũ fuerit, quod facilè in ignem vertitur, id calidum facultate putare. Vnum quippe ex ijs, quæ facultate talia dicuntur, est id, quod ex propria eius, quod dicitur, materia, tale est facultate. [2] Vt si quid facilè in ignem vertitur, id nõ actu, sed facultate est ignis. [3] Nam hoc quod est facultate, ex aduerso ei diuiditur, quod est actu: sicuti & quod est per se, huic quod ex accidenti contingit.*

2 Ignis potentia est, quod facilè in ignẽ vertitur.

3 Facultate aliquid, ex aduerso dicitur ei quod actu.

CAP. X.

A*T quibus consilium est, tutò à rebus extraneis, ad corpora transire animalium, videre primùm debent, an tenuis sit essentiæ, an crassæ, quod explorandum venit. Secundò, an sibi continuum, densúmque ac solidum, an interuallis interceptum, ac rarum.*

CAP. XI.

E*Orum [4] autem quæ in confesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos calfacere, priùs quàm in tenuia sit cõminutum. Nam si quis piper integrũ cuti inspergat, nullã planè caliditatẽ percipiet: [5] si verò pollinis instar cuti inspergatur, aut linguæ, excalfaciet vtiq;, ac potissimùm si fricueris. Quare multa quidem*

4 Calida potestate, vt nos calfacere possint, debẽt prius in tenuia comminui.

5 Piper cõminutum calfacit.

BB

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

facultate sunt calida, faciléq; in ignem vertuntur, quæ nos tamen haud facilè excalfaciunt. [1] *Ignis siquidem, vt qui omnium tenuißimus et calidißimus sit, minimo negotio penetrat illa, atque vincit.* [2] *Nostra autem caliditas, præterquàm quòd crassæ est essentiæ, halituosáq;, adeò existit infirma, vt ægrè, quod contingit, permutet. Quare nihil eorum quæ calfacere nos videntur, perinde vt ignis calfacere potest, sed tanquã materia quæ accenditur facilè.* [3] *Siquidẽ mutationis principium à nostra caliditate accipientia, vt calami aridi ab igne, nos contra recalfaciunt, & veluti partes fiunt quædam natiui caloris, vt ignis illi. Quare mirandũ nõ est, si quædam medicamenta primæ quidem mutationis principium à nostro calore nacta, inde iã pergãt eũ quoq; qui mutabat, vincere & superare.*

1 Ignis omnium tenuissimus & calidissimus est, ob idq; facilè penetrat.

2 Caliditas nostra crassæ est essentiæ.

3 Calfaciẽtia corpus, ab eo initiũ caloris assumere.

CAP. XII.

PORrò cutis omnis in primo statim ortu sibi continua quum sit, temporis spatio pertũditur, [4] *sic vt vniuersum corpus fiat perspirabile, arteriæq; ipsæ (quæ in cutis meatus, quẽadmodũ venæ, aperiuntur) vndequaq; se dilatantes, per poros attrahãt non aërem modò, halitúmq;, sed quicquid etiã trahi facilè potest, ac præ tenuitate sua motũ ipsius spiritus consequi.* [5] *Quãobrem quicquid piperis ad exactißimũ fuerit redactũ pollinem, verisimile est simul cum ambiente aëre ab ipsis arterijs attrahi, protinúsq; à calore*

4 Corpus vniuersum esse trãspirabile.

5 Medicamenta omnia quo pacto in corpore suas vires exerceant.

nati

natiuo alterari, idq; tum ob paruitatem, tum ob ingenitam vt à calore alteretur aptitudinem. Quod quidem si semel illi insit, per totũ corpus temporis progressu perlatum, ipsum recalfaciet, prius tamen calfaciens sibi proximiores particulas. Vnde liquet, crassorũ nullum, prius quàm ad vnguem cõminuatur, neq; ipsum à nostro corpore quicquã perpeti, nec rursus in nos posse agere. Quòd verò in pipere adduximus exẽplum, idem licet ad alia transferas, siue ea calefaciendi, siue etiam refrigerandi facultatẽ sortiantur.

CAP. XIII.

Considerandum autem est, nõ solùm crassarúmne sit partium, an tenuium, explorandorũ medicamentorum substantia, verùm etiã raráne an spissa, dẽsáve. [1] Voco sanè rarã, cuius partes inanibus spatijs sunt interceptæ. [2] Vbi igitur spatijs eiusmodi multis, quæ plena semper sunt aëre, corpus fuerit distinctum, facilius quàm spissum, accẽditur, etiamsi calidius illo non fuerit. Nam qui in ijs spatijs cõtinetur aër, primo statim ignis occursu accenditur, atq; inflammatur, [3] (aër enim accẽsus est flamma, [4] quẽadmodũ terra, carbo) vnà verò secũ corpus vniuersũ accẽdit. Sic itaq; calamos aridos ignis exurit celeriter, tametsi minus alia substãtia calidos, idq; ob meatuũ multitudinem, quos prius aër occupabat: quorũ argumẽtũ summum calamorum leuitas est. Nam siccum natura-

1 Rara quę sint.

2 Rara, quàm spissa, cur accẽdantur facilius.

3 Flamma est aër accẽsus.

4 Carbo est terra succensa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

corpus, leue esse alioqui non posset. [1] Quæcunq; autem fistulosa sunt, multúmq; vacui obtinent, pondere existunt leuia. At calamus à nostro corpore ægrè calfieri potest, quòd essētiæ sit crassæ. Si igitur alicuius medicamenti substantia tenuis sit & continua, eandem in nos naturam ostendet, quam prius in ignem: sinautem rara sit & crassa fieri poterit, vt ab igne quidem alteretur perfacilè, non tamen à calore nostro, ac proinde nec nos recalfaciat.

1 Fistulosa omnia sūt leuia.

CAP. XIIII.

Quamuis aqua ipsa tenuis substantiæ sit, non tamen ob id ex sua natura nos cal facit, nec proprium est ignis nutrimētum: [2] sed potius extinguit illum, vt quod illi sit aduersissimum. Nec mirum, si cum igne tum calidissimo tum siccissimo pugnet aqua frigida & humida existens. [3] Porrò oleū, tametsi in flammam vertatur facilè, non tamen admodum celeriter, nec manifestè nos calfacit, ob lentorem substātiæ, quo tenaciter inhæret ijs, quæ semel contigit, neq; ab ambiente facilè aut extenuari, aut augeri valens, nec promptè intus in corpus trāssumi. Aqua verò & celerrimè in halitum soluitur, & expeditè digeritur. [4] Quòd si in idem vas coniectam aquam, oleúmq; decoquas, prior aqua absumetur.

2 Aqua igni aduersissima, ni mirum frigida & humida.

3 Oleū cur obscurè nos calfaciat.

4 Aqua feruens simul cum oleo, citius quā illud absumitur.

CAP. XV.

Vt [5] autem calfacientiū aliud est simpliciter calidum, vt ignis: aliud exuperātia, vt qui

5 Calfaciēs actu & potentia, vnū quodq; dupliciter dicitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

qui in nobis est calor: sic eorum quæ facultate sunt calida, aliud quidem ad id quod primò & absolutè est calidum, aliud verò ad id quod per exuperantiam, refertur. Non ergo quod citius accenditur, protinus ad nos simpliciter apparet calidius.

CAP. XVI.

SEd neq; citra limitationem, ex eo quòd aliquid in glaciem cogatur, debemus frigidum esse colligere.[1] *Nam in ijs quæ eandem habent aut tenuitatem aut craßitudinem consistentiæ, quod ocyus à frigore congelatur, temperamenti est frigidioris. Si verò alterum sit tenuius, puta, exempli gratia, vinum: alterum craßius, vt oleum: non est necesse aut citius, aut magis concrescere quod est frigidius: nisi frigiditatis excessus, quæ huic inest, excessum craßitudinis, quæ inest alteri, superet.*

1 Concrescentia in glaciem facilius temperamenti sunt frigidioris, si vtrobiq; eadem consistentia insit.

CAP. XVII.

EST autem refrigerari, frigidam qualitatem recipere: at congelari, durescere est præ frigore.[2] *Quæcunque igitur corpora tenuis essentiæ sunt, promptè tum incalescunt, tum refrigerantur: at non æquè cõgelantur: vt aër, & ignis.*[3] *Nã hic planè non congelatur: ille autem, nempe aër, non perinde vt vitrum, pix, cera, resina, & bitumen: cuius quidem, tametsi calidissimũ sit, terrenitas tamen craßitiésq;, ad congelationis celeritatem adiuuat.*[4] *Porrò aquam, quæ celeriter & incalesceret, & refrigeraretur,*

2 Tenuia corpa prõpte incalescunt, atq; refrigerantur.

3 Ignis nõ cõgelatur.

4 Aqua quæ dicatur leuißima.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

meritò leuißimam esse dixit Hippocrates. Nam quanto tenuior fuerit, tātò pati erit promptior. Atqui quæ tenuior est, minimum habet limi terrestris. Non ergo absolutè ex materiæ passionibus ad ignem, coniÿcere eius ad nos facultatem oportet: quum multò securius sit hoc iudicium, quo ad nostrum corpus quippiam examinamus. [1] Quòd lac similare non sit, nec vndequaq; sibi simile, coagulatio indicat, qua serosæ partes à caseosis facilè separantur. In vniuersis etiā liquoribus, qui à fructibus exprimuntur, crassum defertur quippiā, quod spatio temporis subsidet: [2] vocatúrq; fæx in vino, [3] in oleo autem amurca. In aceto verò est eiusmodi quippiā: ac forsan ipsum est, quod caloris est particeps. Nā quod frigoris, id quod tenue est. [4] At acetū maiori ex parte frigidius est, quàm calidius.

1 Lac non esse similare.

2 Fæx.

3 Amurca.

4 Acetum maiori ex parte frigidius, quam calidius, existit.

CAP. XVIII.

PErperam igitur faciunt, qui vsqueadeo calidum esse acetum pronuntiant, vt cauterio illud aßimilent: quū tamen nec tantā sensu percipiamus in aceto caliditatē, nec ipsum crustas, instar cauterÿ, excitet. Constat siquidem, vbi per cauteria consilium est sanguinē sistere, crustā relinqui haud exiguam, quæ veluti operculū fit corporibus sanguinē profundētibus. [5] Ac proinde illis cauteria planè candentia applicamus, quæ haud quidem quòd calfaciant, sed quòd vrant, atq; subiectis partibus operculum, quam

5 Cauteria sanguinē supprimūt quòd relinquāt escharam.

quam Græci vocant escharam, relinquant, fluentem sanguinẽ supprimunt. [1] *Itaq; acetũ, haud perinde vt crustã facientia medicamẽta, sed potius vt adstringẽtia citra crustã, sanguinis fluores cohibet: qua ratione nõ excalfacere, sed refrigerare potius ipsum existimandum est.*

1 Acetum qua ratione fluentẽ sanguinẽ sistat.

CAP. XIX.

SI verò idiotam aut plebeiũ aliquem ([2] *nã horum in istiusmodi rebus incorruptum est iudicium, quia nulli dogmati seruiliter sunt addicti) temperato aceto ex spõgia fouerimus, dein autem interrogauerimus, num calorem an frigus percipiat, fatebitur quidem se primò sanè frigus percipere, postea autẽ, nẽpe spongia sublata, sensim nascentis in parte quandam caloris phantasiam sentire. Vnde perspicuum est,* [3] *omnino quidem frigidum esse acetum, obtinere tamen quendam calorem, qui acrimoniæ ratione per accidens successu temporis corpora calfacit: nisi fortè vbi laxus ac doloris expers tumor infestat.* [4] *Si quis etiam illo abillita thapsia vtatur, ardor aceto restringuitur: non quòd acrimoniam & mordacitatem obtundat, vt oleũ atq; rosaceũ, sed quod euidenter refrigeret. Quare nisi molesta facultatis asperitas illi inesset, non alio vtendum ad refrigerationẽ foret.*

2 Idiotarũ iudiciũ cur incorruptum.

3 Acetum est frigidum, quanquàm caloris particeps.

4 Acetũ ardorẽ à thapsia excitatum, sua refrigeratione restinguit.

CAP. XX.

QVum autem alij ob acrimoniã ipsius calidißimum esse acetum contendant, alij

contrà maximè frigidum, quòd putent ipsum grumos constringendo dissoluere : [1] *verisimile est, id iuxta medium consistere. Quippe si longè ab extremorum vtroque distaret, non tanta incidisset de facultate ipsius controuersia.*

1 Aceti tẽperaturam non longè à media distare.

CAP. XXI.

QVia verò [2] *quæ neutra sunt, dicuntur tripliciter, secundum diuisionem Herophili, partim amborum extremorum participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nunc huius: mihi sanè,* [3] *tum acetum,* [4] *tum etiam rosaceum, vtriusque extremi necessitudine esse neutra videntur, & quòd nunc quidem sensibiliter calfacere, nunc refrigerare cernantur.*

2 Neutra dici tripliciter.

3 Acetum qua ratione dicatur neutrum.

4 Rosaceũ qua ratiõe dicatur neutrum.

CAP. XXII.

QVod [5] *verò ad aërem spectat, iudicatur eius tenuitas ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Cæterùm si ea ratione ignis sit tenuis,* [6] *haud omnis ignis tenuis existimabitur, quum æs & ferrum fiat ignis, nõ tamen, quàm antea, tenuius. At flammæ, quum aliud sint ignis genus, re vera tenues existunt. Quocirca nõ omnis ignis est tenuis,* [7] *nec quicquid tenue, protinus & ignis fuerit. Nã pruna ignis quidẽ est, at nõ tenuis: & aër tenuis, verùm nõ ignis.*

5 Aëris tenuitas vnde iudicetur.

6 Ignẽ omnem non esse tenuẽ.

7 Tenuia omnia nõ esse ignẽ.

CAP. XXIII.

QVocirca minimè concedendum arbitror, acetũ, quòd mordax & tenue sit, calidũ continuò esse. [8] *Nec enim quicquid mordax fuerit,*

8 Mordacia omnia nõ esse calida.

fuerit, id & calidum est: fortè verò, nec quicquid mordax fuerit, & tenue.

CAP. XXIIII.

EOrũ igitur medicamẽtorũ, quæ vehemẽter aut refrigerant, aut calfaciũt, non sunt facultates ambiguæ. [1] *Verũ ea de quibus dubitare cõtingit, neutra oĩno esse necesse est. Pleraq; autem, vt ad sensum simplicia, ex pugnãtibus facultatibus constant:* [2] *ob quas quidem fieri potest, vt acetum vim illam obscurè calfaciendi, quam ostendit, sortiatur, existens alioqui tenue, refrigeratorium, atq; exiccatorium medicamentum. Etenim quidam efflorescere rubor in partibus ab aceto irritatis conspicitur.*

1 Neutra esse, de quibus dubitari cõtingit.

2 Aceti facultas.

CAP. XXV.

CAeterùm nõ sat est generaliter vires medicamentorũ cognoscere, quòd hoc videlicet calfaciat, illud autem refrigeret, [3] *nisi etiam ipsarũ facultatũ excessus & gradus accuratissimè didicerimus. In qua quidẽ cognitione, tum artificialis simpliciũ vsus est constitutus, tũ ratione proficiscens ac methodo compositio, ipsorúmq; compositorum recta vsui accõmodatio.*

3 Facultatum medicamentorũ excessus & gradus discẽdos esse.

CAP. XXVI.

PErperam autem superioris seculi homines à compositis orsi medicamentis, eorum, quæ in illa ingrediuntur, medicamentorum simplicium vires dijudicabant: [4] *Quum non liceat rectè composita ipsa cognoscere, priùs quàm*

4 Cõposita cognosci non posse, simplicib⁹ ignoratis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſimplicia ſigillatim examinarimus.

CAP. XXVII.

ATq; hi quidem, quum citra iudiciũ ſimpliciterq; compoſitis omnibus facultatibus fidem habent, vel Empiricis ipſis repræhenſionis locum & occaſionem exhibent.

CAP. XXVIII.

1 Sẽſus cur nõ ſint contemnendi.

QVum[1] *autem non aliunde ignem calidum eſſe, ac glaciem frigidam cognoſcamus, quàm ex ſenſu ipſo, omnino ſtupidi ſunt, qui ſenſus eſſe contemnendos exiſtimant.*

CAP. XXIX.

2 Oxycrati vires.

3 Aquã ab aceto deduci per vniuerſum corpus.

4 Aqua vino permixta, quàm ſola, cur efficacius reſtinguat ſitim.

5 Vinum ſemper adauget ſitim.

POrrò[2] *æſtiuo tempore oxycratì potu quidam planè refrigerãtur, atq; ſitis expertes permanent. At nõdum conſtat, an id aceti cauſa contingat. Dixerit tamen aliquis,*[3] *aquam, tardioris diſtributionis quum ſit, ab aceto, tanquam vehiculo, duci digeríq; in vniuerſas partes.*[4] *Sic etiã ſi cũ vino bibatur aqua ſitim efficacius extingui, quàm ſi ſola. Refrigerationẽ itaq; ſitíſq; ſanationem ab aqua prouenire, vt quæ frigidæ humidǽq; naturæ ſit: cæterùm adminiculo eſſe, ac veluti alas illi ad omnes corporis partes permeãdas addere tũ vinũ, tũ acetũ: quæ ipſa nequaquam frigida ſunt & humida: alioqui ad reſtinguendã ſitim, præſtaret ea ſola, quã cũ aqua, exhiberi.*[5] *Porrò vt à vino apparet homini ſẽper ſitim increſcere, ſic ab aceto epoto, interim quidẽ augeri, iterim verò ſedari.*

CAP.

CAPVT XXX.

QVum [1] igitur sitis partim humoris inopia, partim caloris copia proueniat: neq; à sicca dispositione prouenientem sitim, neq; à calida & sicca, epotum sanare vnquam potest acetum. [2] At si quando in vnum coëant humiditas atq; caliditas, eiusce sanè sitis, acetum, medela optima existit. Siquidẽ humectare nequit, at refrigerare non instrenué. Verùm siti, quæ ex cõposita affectione, videlicet calida & sicca, nascitur, composita medela est oxycratũ, [3] quod ex aceto constat tenuium partium atq; refrigerante, & ex aqua, quæ non modò refrigerat, [4] sed humidorum etiam omnium est humidißima. Nihil enim aqua est humidius.

1 Sitis vnde exoriatur.
2 Acetum cui siti remediũ sit.
3 Oxycratũ ex aqua & aceto cõstat.
4 Aqua humidorũ omnium est humidissima.

CAP. XXXI.

PEr [5] se autem solum, quod iudicandum est, expendere oportet, tũ in sanis temperatísq; corporibus, tum etiã in intẽperatis, ac præterea in ijs qui alicui sunt morbo obnoxij. In temperatis quidẽ, vt suprà: in intẽperatis autẽ, sicuti dixit Hippocrates, [6] Naturis picrocholis vtilissimum esse acetũ, at melãcholicis aduersißimũ. Porrò in morbo aliquo affectis, si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu: sin mistũ alicui, necessum est, id cui miscetur, tẽperatura sit medium. Siquidẽ quod medio coniunctũ fuerit, ipsum eorum quæ perficientur, existet causa. [7] Quare si acetum simplici cerato cõmisceas,

5 Medicamenta quæ iudicare volumus, qualiter expendere oporteat.
6 Acetũ biliosis esse vtilissimũ, aduersissimum melãcholicis.
7 Ceratum simplex aceto ablutum, cõtra tumores calidos optimum esse præsidiũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cerato ipso longè frigidius medicamen effeceris: eritq; tibi id remedium vel optimum ad erysipelata, phlegmonas, herpetes, & carbunculos. Sin autem quod mistum est, tanquam simplex expendas, hallucinaberis. Nam quemadmodum ærugo nequit carnem producere, sed ceratum quod illam recipit,[1] sic vlcerum glutinatorium non acetum, sed oxycratum est. Quippe acetum per se vlcera erodit & mordicat.

1 Oxycratum vulnera glutinat.

CAP. XXXII.

IAm verò, quũ liceat ex[2] adstrictorijs cõplura offendere, quæ minimè sanè conglutinẽt: sicuti ex cõglutinantibus haud etiã pauca, quæ minimè adstringentia videntur, fallũtur quàm absurdissimè, qui adstrictoria omnia cõglutinare, cõglutinãtia oĩa adstringere profitẽtur.

2 Adstrictoria omnia haudquaq̃ cõglutinare, neq; glutinãtia omnia adstringere.

CAP. XXXIII.

MIserè[3] etiam hallucinãtur, qui adstringentia omnia refrigerare dictitãt: quũ si nihil aliud, saltem chalcitis, chalcanthos, & misy, quæ valenter adstringunt, tantam assequuta sint caliditatem, vt nos etiam exurant.

3 Adstringentia omnia haudquaquã refrigerare.

CAP. XXXIIII.

HErodotus autẽ,[4] & Dioscorides, quòd medicamenta quædam profluuijs alui, atq; dysenterijs medeantur, ob id adstringẽtia ea esse colligunt: quum tamen ne minimũ quidem adstrictionis sortiantur, sed potius rarefacientia & laxantia sint.[5] Nã exempli gratia,

caprin

4 Dioscoridem suggillat Gal.

5 Caprillus adeps contra succos intestina erodentes, cur sit salutare præsidium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

caprinus adeps, omnibus quæ & gustu & facultate sunt adstringentia, aduersissimus est: ijs tamẽ quæ acria & mordacia per aluũ fluũt, manifestè efficacitérq; auxiliatur: quòd scilicet concrescat facilè, inungatúrq; intestinis, ac plurimo tempore inhærens, illa demulceat, & foueat. [1] Quum videlicet condensare, constrin gere, & constipare, opus sit adstringentium. 1 Adstringentium opus.

CAP. XXXV.

VNaquæq; sensibilium natura, priuatim sensui cuipiam subiecta est, [2] tactui quidẽ caliditas, frigiditas, durities, atq; mollities: [3] albedo verò, nigredo, atq; (vt summatim dicam) vniuersum colorum genus, visui: [4] amaritudo, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, salsedo, acrimoniáq; gustui. Planéq; demẽs videatur, si quis gustu colores iudicare tẽtet, aut sapores visu: similitérq; & de alijs sensibus. Siquidẽ tactu iudicandæ sunt differentiæ tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Omnis autẽ inuentionis demonstrationísq; principia sunt, quæ sensui atq; intellectui euidentia existunt. 2 Tangibiles qualitates. 3 Visui quę subiiciantur. 4 Gustui quæ subiiciantur.

CAP. XXXVI.

POrrò [5] Plato in Timæo sapores (quos Græci χυμοὺς appellãt) duos primùm assignat, eósq; vt speciei eiusdem, sic ratione maioris & minoris inter se differentes: quorum sanè alterũ austerum, alterum acerbum (qui ex illius inten sione procedit) nominat. Secundam speciem facit 5 Saporũ diuisiones ex doctrina Platonis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cit eorũ, qui illis oppositi sunt, nitrosorũ videlicet, salsorũ, & amarorũ. Et in his quoq; amarus ex nitrosi prouenit intensione. Salsus verò, aut nitroso imbecillior est, aut adstrictionis quoq; assumẽs aliquid. Deinde à Platone acris expositus est, mox acidus, postremò dulcis. [1] *At à Theophrasto additus est vnctuosus, quem nimirum omisit Plato, vt qui ad gustum nihil attineret.*

1 Vnctuosum saporem nihil attinere ad gustum.

CAP. XXXVII.

EXponere [2] *autẽ hos sapores exactè, impossibile est, quandoquidẽ neq; aliã vllã sensoriam paßionẽ: eũ tamen, qui tali sensu cõmunicat, recordari fuerit poßibile.* [3] *Igitur quando quod linguæ nostræ fuerit admotũ corpus, vehementer desiccat, cõtrahit, & in multã profunditatem vsq; illã exasperat sicuti pyra syluestria immatura & corna, eiusmodi omne appellatur acerbũ, ab austeris tãtùm intẽsione diuersum.* [4] *At quod adstringens vocamus, idẽ videtur significare quod austerũ, aut etiã cõmune esse genus tũ huius, tũ etiã acerbi.* [5] *Quæ verò linguã, dũ contingũt, nõ contrahũt, neq; constipãt, sed detergũt potius & abluũt, etiãsi adstringẽtiũ quippiã permistũ habeãt, hæc omnia salsa cognominamus.* 6 *At quæ his etiam magis detergũt, ita vt etiã molestè exasperẽt, amara vocantur.* [7] *Porrò quæ mordicãt, rodũtq;, idq; cũ valida quadã caliditate, dicũtur acria:* [8] *sin hæc*

2 Sapores exactè exponere esse impossibile.
3 Acerba quæ.
4 Adstringens esse commune genus austeri & acerbi.
5 Salsa quę dicantur.
6 Amara quæ.
7 Acria quæ.
8 Acida quæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

hæc absit, acida: cæterùm hæc fermentãdi quoq; vim obtinent. [1] Rursus, quæ veluti inũgũt atq; implẽt, in statũq; suũ restituũt exasperatas ac veluti erosas linguæ particulas, hæc si cũ voluptate manifesta cõtingãt, dulcia: [2] sin hac sine, pinguia vocãtur. [3] Quòd si ex calido, frigido, humido, & sicco coẽuntibus vniuersa constẽt, verisimile profectò est, dictarũ quãq; qualitatum ex horum etiam miscella conflari.

1 Dulcia quæ.
2 Pinguia quæ.
3 Sapores omnes ex miscella quatuor qualitatũ primarum nasci.

CAP. XXXVIII.

VErùm [4] nõ quale vnũquodq; ex se fit, & ad totã naturã, sed quale secundum corpus nostrũ, cõsyderamus. Alioqui nec acetũ, nec marina aqua nos exiccare possent, sicuti nec sicca dici, quũ vtrũq; illorũ sit actu humidũ. Cæterùm si nos exiccare appareãt, sicca dicẽtur, ad nos videlicet, & nostrã naturã, parem siccãdi vim obtinẽtia. De cæterísq; qualitatibus idẽ est ferendũ iudiciũ. [5] Quare facultatũ omniũ quæ medicamẽtis insunt, experiẽtia erit certißima iudicatrix. Quã qui relinquũt, nõ solùm falsa pro veris ducũt, sed tractationis etiã vtilitatẽ destruũt. Idcirco prius delẽdi sunt dispũgẽdíq; omnes paralogismi à discentium animis, quàm vera disciplina imbuantur. Nam quemadmodũ corpora impura quãtò magis nutries, tantò magis lædes, [6] sic quoque si impuris animis nutrientes sermones offeras, non modò nihil prosis, verũ etiã magnopere obsueris.

4 Medicamenta singula talia dici qualia erga nos sunt.
5 Experientia est certißima iudicatrix facultatum quæ medicamentis insunt.
6 Impuros animos, prius esse à paralogismis purgãdos, quã vera doctrina imbuendos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGA-
meni de simplicium medicamentorum facultatibus,
LIBER II.

CAP. I.



ON *desunt qui nobis, mortales quum simus, à sensibus auspicandum esse contendant, ad facultates omnes examinandas: in illis tamen perpetuò immorandum non esse, sed ad partem diuiniorem accedendum, nempe rationem. Sensum quippe & animantibus inesse rationis expertibus:* [1] *rationem autem solam hominibus esse cum Dijs communem.* [2] *Qui sophistæ non sentiunt, si à sensibus recedendum sit, demonstrationis primordia futura esse longè incertiora, quàm ea quæ demonstranda veniunt.*

1 Rationē solam esse nobis communem cū Diis.
2 Sēsus deserēdos nō esse.

CAP. II.

E*Quidem optarim nullas non res clarè sub sensus nostros cadere, nec quicquam esse quod illos fugeret.* [3] *Hoc enim pacto nihil ambiguum vnquam aut anceps foret.* [4] *Verùm quoniam illos quædam effugiūt, rationem ipsis superinducere conandū est: sic tamen, vt nec cōfusa,*

3 Ambiguū nihil esset, si omnia sub sensus caderent.
4 Ratio cur interponenda sensibus.

fusa nec infinita colligamus, sed ante omnia nominum significata diligenter definiamus: deinde quod ex se quid agit, ab eo quod per accidẽs, separetur. Irridendi autem meritò sunt, qui de olei aut rosæ colore nimis anxiè ratiocinantur, quum rebus ipsis variè vti liceat, de illísque periculum facere. Ac tales, mea quidem sentẽtia, perinde factitare vidẽtur, atq; ij, qui ex aliqua imagine cognoscere quempiam conãtur, quem etiam viuum intueri maximè illis est licitum.

CAP. III.

TRibus[1] *ergo modis in sermone peccant, qui ciunt rosas temperatura esse calidas, quòd sint rubræ. Primũ quòd non demonstrata hac propositione, omnis ignis rubet, conuertere ex hac aliam, videlicet, omne rubrũ est ignis, tanquam veram conantur.*[2] *Secundò, quòd nesciũt propositiones quæ ex mutuò veris cõuertũtur, non autẽ simpliciter conuertẽtes, veras existere. Tertiò, quòd etiamsi mutuò cõuerterẽtur, non tamen omne quod colore sit rubro, calidum esse, ex mutua illa conuersione sequatur, sed rubrũ omne esse ignẽ: id quod minimè inuestigamus.*[3] *Eodem errore tenẽtur, qui ex odoribus medicaminũ facultates cõijciũt. Nec enim quicquid bene redolet, calidũ est: nec quicquid calidum est, bene olet. Quinetiã nec si quid graueolens est, calidum etiam fuerit: nec si calidũ, etiã graueolens. Sic nec si quis quicquid grauiter*

1 Rosas, quòd rubræ sint, calidas esse dicentes, quotupliciter peccẽt.

2 Propositiones, quę ex mutuò veris cõuertũtur, sunt veræ.

3 Odores non indicant facultates medicamẽtorũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

oleat, frigidum dicat, nec si quicquid frigidū sit, olere grauiter, verū dixerit. Siquidem calidorū innumera sunt, partim bene olētia, partim grauiter, partim neutra: atque frigidorum similiter. Quāquam quid calida dico, ac frigida, cùm dicere debeam nos calfacientia, & refrigerantia? Etenim aliud est facultate calidum, aliud actu.[1] Et huius quod actu calidū est, aliud absolutè dicitur calidū, aliud per exuperātiā, aliud ad symmetrum sui generis, aliud ad quiduis obuium collatum.[2] Homo autem non absolutè calidus, quemadmodum ignis, sed exuperātia calidus dicitur, quòd maior in eo portio calidi sit, quàm frigidi. Ergo & quæcunq; ad hunc modū dicūtur calida potestate, illū dicūtur excalfacere, faciléq; de ipsis iudiciū sumitur per experiētiā solam, cui adiūxeris paucos quosdā epilogismos.[3] Quare neq; à colore, neq; ab odore, neque à consistētia, aut huius generis aliquo, de medicamentorum facultatibus est opus ratiocinari.

1 Calidum multipliciter dicitur.

2 Homo nō absolutè, sed p exuperantiam calidus dicitur.

3 Color nō sat est ad iudicandas medicaminum vires.

CAP. IIII.

Taceo[4] sophistas minimè quidem rationibus scientificis vti, sed aut inductionibus, aut exemplis. Differt autem ex exemplis quippiam suadeas, an ex inductione. Siquidem qui ex exemplis fidem facit, vnum, aut duo generis eiusdem affert, aut certè planè paucula, plerisq; cæteris præteritis. Qui verò ex inductione, omnia comprehendere nititur, quæ per expe-

4 Sophistæ vtūtur inductionibus & exemplis.

rien

rientiam ſunt cognita.[1] Quare talis inductio vehemens eſt, ac plurimum perſuadet. 1 Inductio, quàm exẽplum, valiDior.

CAP. V.

QVod[2] verò ad oleũ ſpectat (quo de multa Archidamus citra demõſtrationem atq; ineptiſsimè prodidit)[3] quæ in ipſo coquuntur oĩa, ſicca & friabilia efficit, cõtrà quàm in aqua contingit: quæ verò ſunt illo imbuta, magis propriã humiditatẽ conſeruãt, quã ſi eo madidata nõ eſſent. Quinetiã ſcillæ & vrticæ morſus oleũ perſanat: & quum reliquũ vniuerſum corpus demulceat,[4] tantũ oculos mordicat, nec non guttur exaſperat.[5] Subducit autem aluũ: laſsitudines tollit: tuetúrq; inũctos à frigore, atque lora emollit,[6] inſectáq; animalia perimit. Quorum omniũ cauſam reddere debuiſſet Archidamus. Porrò coci oleo tum carnes, tũ piſces, interim dum aſſantur, oblinũt, quòd ſiccæ, aduſtǽq; extimæ eorũ reddantur partes, ſi aſſentur citra talem vnctionem. Athletas etiã oleo Gymnaſtæ inungunt,[7] quòd præſentẽ quidẽ laſsitudinẽ ſoluat, occurrat autem futuris: ac breuiter frictionem tum æqualem, tum mitem efficiat, corpúſque ad motus futuros præparet.

2 Olei effectus varij.
3 Oleo incocta redduntur ſicca.
4 Oleum oculos mordicat.
5 Oleũ aluum ſubducit.
6 Oleũ inſecta perimit.
7 Oleum laſsitudinem lenit.

CAP. VI.

AT[8] Archidamus non ſolũ, quæ in multis perſpicuè apparẽt, contẽnit, ſed hac etiam parte iure taxandus eſt, quòd dicat meliorẽ eſſe frictionem ſiccam, ea quæ cum oleo adhibetur,

8 Archidami opinio cõuellitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quia corpus durius & siccius ijs qui inunguntur, euadat: mollius autem ijs qui fricãtur sicci. Falli præterea mihi in hoc videtur, quòd similiter affici putet tum ea quæ in illo coquuntur, tũ eos qui fricantur. Neq; enim eadem agere dixerim oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens, sicuti neque aquam ipsam. Nam quî obsecro simile fuerit, herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantiũ corpora oleo tẽperato fricare? [1] Etenim si quis velit expendere oleũ, ab omni prius aliena qualitate ([2] à qua semper propria obscuratur) ipsum liberum reddat, atq; ita demũ ad explorandũ se accingat.

1 Olei vires qualiter expendendæ.

2 Qualitatẽ propriã ab aliena obscurari.

CAP. VII.

PRæparare [3] oleum solemus, non aliter atq; aquam, nempe prius excalfacientes, ac deinde in aquã mergentes summè frigidã. Quòd si etiam fons in ipsum cũ strepitu decidat, vasculo, cui inest oleum, antè diligenter occluso, magis quoq; ac magis ita reddetur frigidũ. Multum item frigefeceris, si præcalfactum ita in puteũ demittas, vt aquam contingat. Ac sic oleũ reddimus frigidũ, *cõtrario autem modo calidum. [4] Quo sanè vtimur in refrigeratis corporibus, in alueum olei calidi demittentes, quibus pars quæpiam obstupuit, aut qui tremuli sunt, aut conuulsione, aut tremore, aut motus sensúsve oblæsione tentantur. [5] Porrò fructus, ex quo premitur oleum, oliua nũcupatur: [6] & arbor, olea:

3 Olei refrigerandi ratio.

4 Olei pfusio calidi, quibus conueniat.

5 Oliua.

6 Olea.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

olea:[1] *atque hoc quidem ſimpliciter & primariò oleum dicitur: reliqua autē omnia per abuſum & tranſlationem.*

1 Oleum ſimpliciter & per abuſum dici.

CAP. VIII.

CAeterùm[2] *veri olei plures ſunt differentiæ. Secundum ætatem quidem, quū aut recens eſt, aut ætate vigens, aut inueteratum, ſecundum præparationis modum, quum ſimplex atque impermixtum fuerit, aut præparatum cum ſale. Secundum fructus diuerſitatem, quum is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secūdum inductam arte alterationem, quum, vt ab initio fuit, ſic relinquitur, aut candidum redditur.*

2 Olei differētiæ cōplures.

CAP. IX.

EXperiri[3] *autem ſolùm oportet, quæ impermixta ſunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eáque primùm in optima corporis conſtitutione, deinde in intemperatis, demū in morbis ſimplicibus.*

3 Experiri quę & quo modo medicamenta debeamus.

CAP. X.

AT nonnulli Medicorum, nō ſolùm in explorandis medicamētorum viribus hallucinantur, verùm etiam in opinionibus, quas habent de affectibus. Nam[4] *oleum, quòd laſsitudinis remediū ſit, omnes propemodum cōfitentur: cæterū quis affectus ſit laſsitudo, non cōſentiunt: ac proinde ſecundum ipſorū doctrinam, nihil certi de olei facultate colligi poteſt.*

4 Oleum laſsitudini confert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

CAP. XI.

NEc verò parum interest, an inijciatur in ventrem pituita scatentem oleum expers salis, an quod plurimum accepit salis, in ventrē purum.[1] Vtrunque enim aluum subducit, facultatibus tamen diuersis: nempe illud quod sale vacat, in pituitoso vētre per lubricitatem: quod verò salē habet, in puro per acrimoniam, perinde vt muria, & marina aqua. Idcirco sanè hoc radet, alterum non radet.

1 Oleum expers salis, & salsum, qua ratiōe subducant aluum.

CAP. XII.

NOnnunquam[2] autem mordicationes ex accidenti, quod salsuginosum est sanauerit, vnà secum educēs acres & mordaces humores, perinde vt cætera omnia quæ abluunt. Sed nō statim, vbi immissa sunt id genus medicamēta, morsus sanant: quin potius tunc etiā magis exasperant. Siquidē euacuationis, haud mistionis ratione, sanationē moliuntur.[3] At ceratū ex rosaceo & adipe infusum, sæpenumero morsibus cōtinuò succurrit, idque cōmistionis ratione. Oleum etiam solū, sed dulcissimum, idem frequēter præstitit: sicuti certè adeps hirci, aut succus chondri, aut ceratū ex oleo dulci. Nos autē sæpenumero, quibus ex frigore torquebantur dolore interna, iniecto oleo calido liberauimus: atque vbi maius esse frigus coniecimus, addidimus & anethum: si verò adhuc etiam maius, rutam quoque & bitumen. Cæterùm occurrūt

2 Salsuginosa ex accidenti nōnunquam mordicationes sanant.

3 Dolentibus intestinis quæ soleant opitulari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

interdum quædam affectiones permistæ, ex intemperie videlicet atq; mordicatione: in quibus consueuimus nos anethinũ, aut rutæ oleum infundere, anserino in eo liquato adipe: vel si non adsit, saltẽ gallinaceo, aut aliquo aliorum, [1] aut cera mordacitatis experte, qualis nimirum est lota. Vnũquodque autem medicamentorum temperãtium, vbi valentius euasit humoribus mordicantibus, morsum eorũ retundit. Verùm si aut valẽtioribus facultatibus, aut multis, paucum permistum fuerit, vnà & ipsum corrumpitur, alítq; cacochymiam. [2] Quamobrẽ protinus euacuandi sunt, qui ab ijs quæ temperandi naturã habent, exasperantur.

1 Cera elota est mordicationis expers.

2 Vacuandos protinus esse, q ab iis quæ temperandi naturã habẽt, exaspeřãtur.

CAP. XIII.

SIc sanè lac frequẽter, simulatque sumptum fuerit, alijs acescit, alijs in nidorem vertitur, prius quàm probè cõcoctum corruptionem temperet. In quibus vtique primùm cacochymiæ pars euacuari debet: atque inde sumendus chondrus, & ptisana, & lac, & alia, quæ vbi probè fuerint confecta, cõferunt ad boni succi generationem. Porrò ptisana, ex sua propria natura boni quidẽ est succi: verũ interdum vnà cùm ijs succis, qui excitant mordicationes, corrũpitur, atque ipsum auget symptoma.

CAP. XIIII.

CAeterùm [3] cacochyma, nõ tẽperãdo, sed id quod mordicat educendo, mordicationes

3 Cacochyma qua ratione mordicationes sanent.

ſanant. Ac proinde, donec vacuẽtur, hominẽ mordicare non deſinunt: & inſuper euacuata, in partibus aſperum ſenſum relinquunt, aliud medicamen deſyderantẽ: quod non faciunt quæ boni ſunt ſucci & dulcis, [1] cuiuſmodi exiſtunt chõdrus, lac, atque ptiſana, quæ in id genus affectibus & edenda præbemus, & per ſedem inijcimus, vbi aut melle, aut quopiã eiuſmodi, quod infeſtabat exterſerimus. Quo tempore opportunus eſt, & adeps, & ceratum dulce, & oleum dulce.

1 Mordicationibus cibi apti qui ſint.

[2] Quatuor itaque indicijs quum poſsis quod per ſe leniens eſt diſtinguere, ab eo quod per accidens, facilè cuiuſque talium medicamẽtorum facultatem inuenies. Primum indicium eſt, an ſtatim mitiget, an non. Secundum, an ſimul cum lædentibus euacuetur, an non. Tertiũ, an aſperitatem quandam in corporibus ipſis relinquat, an non. Quartum, an necne, ita affectis commodum vtiléque videatur. Nam quũ nec protinus mordicationem ſanat, nec intus leniendo remanet, moleſtámque aſperitatem parti affectæ relinquit, quam ſi denuo offeratur, exaſperat: argumentum eſt rodentis, ac mordicantis ipſum eſſe naturæ, ex accidenti tamen quandoque morſus ſanare.

2 Leniẽtia per ſe, ab iis quæ ex accidẽti id faciũt, quatuor indiciis diſtingui poſſe.

[3] At quod continuò mitigat, & nullam excretionem prouocat, ſed nec exaſperat, dum intus manet, imò exaſperatorum medela exiſtit, ipſum quidem natura bonum eſt, verùm interdum à cacochymia, quæ

3 Leniẽtia interdũ à cacochymis victa, mordacia redduntur.

ipſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ipsum alterat corrumpítque, mordax efficitur.

CAP. XV.

LAuanda [1] porrò est non modò cera, sed pix, resina, & oleum, omniáque breuiter, quæ calfieri & fundi quum poßint, aquæ misceri nequeunt. Singula igitur modicè calfacta in vas latioris* orificij & magnum, cuíque insit aquæ copia qualitatis expertis, infundito: dein tundito & frangito, manibúsque impensè subigito. Postea effusa priori aqua, rursus quod abluitur excalfaciens, in aliam æquè synceram aquam inijcito, rursúsque in aliam, & aliam, donec aqua nullam ex eo qualitatem recipiat: quod quidem gustu datur cognoscere. [2] At si quæ sunt lapidosa & dura, vt cadmia & æris squama, & æs vstum, ea comminuentem exactè in tenuia plurimùm terere in aqua fontana & purißima oportet, ídque sæpius, aqua priori effusa, aliáque denuò instillata, donec nihil in ea innatet, maneátque aqua prorsus à cōtriti medicaminis qualitate immunis. [3] Sic itaque abluta omnia, quæ elui possunt, expertia mordacitatis reddūtur. [4] Ac præter id sanè, oleum etiam candidius redditur. Mitius tamen id verberari, quā alia, debet, ne videlicet adeò ipsi aquæ misceat, vt ægrè postea secerni poßit.

1 Lauanda quæ sint medicamēta, & quomodo.

2 Lapidosa abluendi ratio.

3 Abluta reddi mordacitatls expertia.

4 Oleum ablutū candidius reddi.

5 Oleum omphacinū adstringit.

CAP. XVI.

OLeum autem quod immaturum non fuerit ([5] hoc enim adstringit) nec prępara-

tum sale, nec recens, ac veluti etiamnũ feruens, ad hæc adamußim lotum: id neque epotum, ne que infusum, excitabit mordicationem. Quòd si guttur ad tußis impetum prouocet, non idcirco mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tußim incitat:[1] *non tamẽ quicquid ad tußim incitat, existit mordax & acre: quũ & pinguia mouere impetum ad tußim appareant.*[2] *Sequitur itaque si quid non cieat ad tußim impetum, id haudquaquàm mordax existere: non tamen perinde constiterit, quicquid ad tußim impetum moueat, continuò mordax esse, nec si categoricas, nec si hypotheticas cõficiamus propositiones: quòd scilicet ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, nihil concludi in secunda figura poßit, nec conclusio ex neceßitate sit vera.*

1 Tusſim excitantia nõ esse necessariò mordacia.

2 Tussim minimè prouocantia, esse mordacia non possunt.

CAP. XVII.

NAtura[3] *hominibus sternutandi vim indidit, vt præsidio ipsius, quæ in naribus infesta molestáq; sunt, propulsarent:*[4] *tußiendi verò, vt quæ in gutture.*[5] *Contingit autem hæc affectio dupliciter: aut resiccata, exasperatáve, quæ in arteria est, membrana: aut à delato corpore, inæquali reddita. Hinc siue panis micula, aut alterius cuiusþiã edulij, nobis ĩuitis in spiritus meatum decidat, tußire adigimur: seu si bibentibus affatim, ipsius potus quippiam eò influat, similiter ad tußim cõpellimur.*[6] *Percolatur tamen per asperam arteriam perpetuò in pulmo*

3 Sternutationis vsus.

4 Tussis vsus.

5 Tussis causæ.

6 Potionis destillare semper aliquid in pulmones per arteriã asperam.

pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, vt protinus ab instrumētis raptum perfacilè quocunque distribuatur, nec animal ad tussim irritet. At vbi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu liquidum, seu solidum corpus, per asperam defertur arteriam, iam inde tussire est necesse, donec à spiritus vehementia molestū id excutiatur. Mordacia itaq; gutturis exasperatione, oleosa verò & pinguia illitu inæqualitatem & ad tussim impetum faciunt. Spiritus siquidem in eminentia quædam impingens, efficit inæqualem concussionem in gutture, ad tussimq; animal prouocat. Cæterùm non eo inficias, ex oleis esse mordicantia pleraq;: qualia tū salsa, tum recentia videntur: atq; hæc quidē non propria essentia, [1] sed quòd omnibus plātarum succis geminum excrementum insit, alterū crassius, tenuius alterum. Quæ ambo quū reperiantur etiam in oleo, ad concoctionem & discretionem tempus sanè postulant. [2] Procedente verò tempore, quod crassum quidem est, nūcupatum amurca, subsidit: quod verò tenuius & veluti aquosius, & ipsum compositum quodammodo est, † ex acri scilicet essentia, & tenui serosa.

1 Succis plātarū omnibus duplex excrementum inesse.

2 Olei partes.

† ἐκ ἀερώδους οὐσίας. hoc est, ex aëria essentia.

CAP. XVIII.

Cæterū serosū istud rufi coloris est, à crasso illo scilicet qualitate abstersa. At oleum ipsū, tū minimè mordax, tū candidū sua natura existit. Quapropter vbi tenue hoc excremētum

secr

ſecretum fuerit, candidius & dulcius reddetur. [1] Separant autem ipſum, aut inſolātes oleum, conchíſque attollentes in altum: aut vaſculis, in quibus eſt oleum, calidos ſubijciētes cineres: aut oliuarum nucleos, aut frumentū circa ipſa apponentes: aut denique medicamenta in vaſa ipſa iniјcientes. In ſumma, quod aqueum eſt con ſumunt: reliquum verò reponunt. [2] Tale igitur oleum, ſi ſalis expers, lotúmque ſit, medicamen torum omnium minimè mordax erit, maximé que humectat & mollit, ſi nec ſummè frigidū, nec calidū applicetur. Porrò cui iniectus ſal eſt, nonnulla quoque neceſſariò mordacitas ineſt. [3] Frictio itaque ex oleo, magis quàm ſicca, laſſitudinem tollit, emollítque corpora, cohibens oc cludénſq; quicquid è nobis foràs effluere eſt na tum, haudquaquàm digerens & exiccans.

1 Oleū repurgandi ratio.

2 Olei dulcis natura & vires.

3 Frictionis ex oleo vſus.

CAP. XIX.

QVæ autem [4] ex oleo fit frictio, prorſus æqualis exiſtit: inæqualis verò, quæ ſicca. Cutem ſiquidem per ſiccam frictionem manus coadducunt, ac veluti duplant, violentérque ac præter naturam complicant. Deinde vbi non amplius prior veluti duplicatio labentes ſequi manus poteſt, ipſa quidem recurrit, atque ad continuum reuellitur: manus autem ſemel ac vno impetu in alterā cutis partem tranſeūt, inferiorē trāſgreſſæ ipſius duplationis partem: ac proinde inæqualem, duram, & laborioſam

4 Frictionē ex oleo quidem æqualé, ſiccam verò inæqualé eſſe.

talem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

talem frictionem sentimus. Quòd si læuis lubribricáq; exactè sit cutis, nec duplicari facilè poterit, nec inæquabiliter admittere ipsos manuũ decursus. Quare externo aliquo medicamẽto indiget, quod rugas impleat, manibúsq; lubricitatẽ cõciliet:[1] quas ad res oleo nihil aptius inuenias.

1 Oleũ frictionibus accommodatissimũ esse.

CAP. XX.

Qvum[2] autẽ liceat in hominibus de ipso oleo periculũ facere, nescio equidẽ quanam occasione ducti cõplures veteres, ad diuersa alia vertuntur, vt illius facultates explorẽt.

2 Oleũ experiũdum esse in hominibus.

CAP. XXI.

AT[3] recta experiundi ratio, in primis quidẽ ea est, quæ in corporibus fit temperatis: dein ea, quæ in intẽperatis: mox, vt sæpenumero antea monuimus, quæ in simplicissimis fit, hoc est, calidis, frigidis, humidis, atq; siccis affectibus: distinguentibus semper nobis id quod per se fit, ab eo quod ex accidenti.[4] Curandum etiam est, vt oleum, de quo experimentum sumitur, alienæ qualitatis sit expers: id quod est in omni medicamento obseruandum. Si igitur ita oleum adhibeas, manifestè comperies, refrigeraréne, an sit calfacere natum. Atq; hæc quidem summa est rationis. At opus ipsum quod perficitur, experientia commonstrat. Nam qui ardore tenentur, tantùm abest vt à calore liberentur, vt etiam magis & æstuẽt, & processu temporis calidiores euadant. At in algentibus ex olei inun-

3 Experiendi rationes diuersæ.

4 Medicamenta, quę experiri volumus, debẽt esse alienæ qualitatis expertia.

ctione

ctione perspicua nulla aut noxa, aut vtilitas cõ spicietur. Ex quo liquet, [1] *calfacere quidem ipsum, non tamen admodum, nec euidenter, vt resina, pix, & bitumen, quæ videlicet sponte fluunt. Nam quæ sicca sunt, vt eis inungi non possumus, sic nec simplicia, nec sponte nata medicamenta existunt. Cæterùm in ardoribus, si salis sit expers oleum, perfundatúrque frigidum, nonnullum sanè solatium adfert.* [2] *In erysipelatis autem, sicuti in omnibus quæ à pura bile fiunt fluxionibus, quantumuis sit frigidum, vel maximè lædere est natum. Quæ verò ex sanguine fiunt misto cum bile, eas fluxiones minus aliquãtulo affligit:* [3] *videtúrq; calorem parem eis quibus applicatur, accendere: quandoquidem modicè calida, calfacit mediocriter: immodicè autem illa, quæ magno ardore æstuant.*

1 Oleũ calfacit quidẽ, sed non euidenter admodum.

2 Oleũ quibus sit noxiũ fluxionibus.

3 Oleũ videtur calorem parem eis, quibus applicatur accendere.

CAP. XXII.

IGitur [4] *medicamenta omnia, quæ facultate dicuntur calida, caloris sui à nobis accipientia principiũ, partim similiter nos recalfaciunt, partim valentius. Atq; ex ijs sanè quæ nos æqualiter recalfaciunt, oleũ esse mihi videtur: ac proinde nec conuulsiones, nec tremores, nec sensum tum difficilẽ, tum deperditum magnopere aut iuuare, aut lædere potest: nisi ascititium sibi compararit calorem. Tunc siquidem plurimum proderit.* [5] *Vnde meritò veluti materia quædã cæterorũ medicaminum fuerit. Nam si frigida illi*

4 Medicamenta facultate calida quomodo nos calfaciant.

5 Oleũ est veluti materia reliquorũ medicaminũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

illi commiſceas, frigidũ efficietur quod miſtum erit: ſin calida calidum.[1] Quippe quod ex media temperie eſt, vtriſq; ſummis inſeruit. Porrò non calfacere oleum hac ratione quis dixerit, quòd caliditatem, quam reperit, non augere, ſed conſeruare videatur.

1 Mediũ tẽperie, vtriſque extremis inſeruit.

CAP. XXIII.

CAlfacere[2] itaque nos dicuntur, & quæ energia, ſiue actu ſunt calida, vt ignis: & etiam, quæ poteſtate. Hæc tamen partim alimẽta ſunt, partim medicamenta, partim tegumenta.[3] Sed & calidum actu eſt, quod ſimpliciter calidum eſt, vt ignis: & quod per exuperantiam vt animal: & quod ad ſui generis ſymmetrum comparatum, & quod ad quiduis obuium. At quod poteſtate dicitur, primò quidem diſtinguitur ab eo, quod ex accidenti eſt. Deinde totidem habet ſignificationum differentias, quot actu calidum. Etenim quum ſit veluti quædam apta materia ei quod eſt actu calidum, partim ad ea quæ abſolutè calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellentiam quandam, tum ad quiddam ſui generis aut ſpeciei, denique & ad obuium quoduis collatum, propria fuerit materia. Quocirca quum ea calida, quæ ad hominem referuntur, expendimus, vt alia omnino omittantur, æquum exiſtimamus.

2 Calfacere nos quæ dicantur.

3 Calidum facultate, & actu, vtrũq; quotupliciter accipiatur.

CAP. XXIIII.

ACcidit[5] autem fortaſsis oleo, vt tanquam alimen

4 Oleum multifariã dicitur nos calfacere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

alimentum nos excalfaciat, vbi intrò in corpus assumitur: quum probatis medicis quibusdã videatur, sicut ex cibis, ita ex oleo fieri corpori appositionem. Accidit etiam illi, vt tãquam medicamen, sit medium inter nos calfacientia & refrigerantia: tum vt ipsum nos veluti tegumentum excalfaciat. Nam quemadmodũ [1] uestimẽta à nobis excalfacta, nos excalfacere consueuerũt, ita & oleum. [2] Et quemadmodum illa excalfaciente corpore calidiora minimè euadunt, ita quoq; neq; oleum. Mediæ siquidem aëris nos ambientis temperaturæ similis est, tũ qui à vestimentis, tum qui ab oleo proficiscitur calor. [3] Quamobrẽ tum vestimenta ipsa tum oleum, calfacere nos non propriè sed per abusum dicuntur, quòd frigori obsistant. Quemadmodum si duos æquè temperatos adolescentes, qui contingantur mutuò, sese dixerimus calfacere, tametsi haudquaquam excalfaciant, sed duntaxat arceant frigus ambiẽtis. [4] Quæ enim similia vndequaq; corpora sunt, à se mutuò nullam mutationem accipiunt. Respondet itaq; calidiori aëri pyrethrũ, & piper, moderato autem oleum & pinguitudo: actu tamen aëres sunt calidi, potentia verò, medicamenta. [5] Siquidem à nobis accipientia excalfactionis principium, partim æquè nos recalfacere sunt nata, partim plus, partim minus. Oleum igitur ex genere eorum, quæ æquè recalfaciũt nos, existẽs, duplici ratione vt excal

1 Vestimẽta à nobis calfacta, nos recalfaciunt.

2 Olei cũ vestimẽtis collatio.

3 Oleum & vestes non ꝓpriè nos calfaciunt, sed quòd obsistãt frigori.

4 Similia corpora à se mutuò nullã mutationẽ accipiunt.

5 Medicamẽta quomodo nos calfaciant.

excalfacere videatur euenit: quòd nimirum instar vestimenti, aut munimenti illinatur: [1] & quòd meatus infarciat, prohibeátq; foràs effluere magnã vaporosi intus caloris partem. Hac ratione quos largius sudare volumus, non protinus iis ab initio admouemus oleum. Verùm eos quidem qui morbo laborarũt, vbi sudare inceperint, tum excalfacto perfundimus: eos verò qui etiamnũ laborant, vbi abundè iam satis sudauerint. [2] Porrò sanis quauis occasione exhaustis, inungi & ante sudorẽ permittimus. Verùm quibus cruditas inest, aut corpus laborat plethora, his neque in balneo inungi concedimus.

1 Oleũ corpori illitũ, caloris & sudoris effluxũ prohibet.

2 Oleo vngendi qui sint, & qui minimé.

CAP. XXV.

QVemadmodum [3] inter calfaciẽtia & refrigerentia, sic oleum mihi inter humectantia nos, & siccãtia mediũ esse videtur. Atque humectat quidẽ aqua: exiccat verò tũ laurinum, tum cedrinum oleũ. [4] At expers qualitatis alienæ oleum, talem seruat nostram temperiem, qualẽ scilicet accepit, vaporosas omnes expirationes vel maximè prohibens. Quòd si plusculum membra oleo frices, comparabis ascititium calorem: qua ratione lassos non parũ iuuabis, quòd videlicet in minutos corporis meatus pingue ingrediatur, ac sic quæ durata sunt, molliat: & quòd acrem & subtilem humiditatem, quæ latebat sub cute, per halitũ digerat. [5] Nam quum in laßitudine similares quidem animalis

3 Oleũ esse mediũ inter humectantia & siccantia.

4 Oleũ talem seruat nostrã temperiẽ, qualem illã accepit.

5 Lassitudini discutiẽdæ qualia requirãtur remedia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

partes siccentur, spatiosa autẽ vacua tenui, acri, & mordace humore impleãtur, ea certè corpora remedijs indigent, quæ & siccitatẽ irrigent, & humorem acrem discutiant. Cui negotio aqua per se sufficeret, si inhærere posset corporibus. [1] Quia verò facilè diffluit, ob id nimirum illi cõmodißimè oleũ miscetur: maximéq; ex vtroq; frictio auxiliatur siccis † æqualibúsq; corporibus, quum ipsius olei ratione diutius aqua adhærescat. Quare humectantiũ & exiccantiũ sicuti calfacientiũ atq; refrigerãtium, oleum veluti materia existit. Nam si exiccanti cõmisceas, totum effeceris exiccans: sin humectãti, & ipsum humectãs, ac plerunq; magis quàm anteà, reddideris: vt in aquæ exemplo docuimus. [2] Quũ itaque omnibus, quæ sibi cõmiscentur subseruiat oleum, rectâ ratione veluti omnium materia existit: nam licet eorũ necessariò propriã actionem retundat, ac minuat, non tamen vtilitatem: imò est vbi eam quoq; adaugeat. Quippè cõtusa cum oleo aqua, magis auxilio est laßitudinibus, quàm si esset sola: non sanè quòd intendatur viribus, sed quòd ijs, quibus opus est, diutius inhæreat.

1 Frictio ex hydrelæo cur siccis corpori bus auxilietur.

† Squallidis, legendũ videtur Græcè est, αὐχμώδεσι.

2 Oleũ est aliorũ medicamentorum materia.

CAP. XXVI.

QVòd autem, nisi mediam habeat tẽperiem id, quod ea, quæ primariò affectibus auxiliantur, veluti deuinciet, sæpenumerò ipsorũ repugnabit actionibus, generatim quidẽ ex ipsa rerum omnium natura, speciatim autẽ ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

medicamentorum historia licet addiſcere. Etenim generatim, quoniam id quod miſcetur, ſi in contrarium retrahat, admiſti ſibi facultatem medicamenti vincere interim poterit, & in alteram planè ſpeciem, id quod ex ambobus miſcetur: transferre. At ſpeciatim, ſic etiam id ipſum cognoſces. Nam ſi excalfacientium reſiccantiúmq; medicamentorum cuipiam aquam miſcere velis, non modò nihil eorum, quæ agere nata eſt, fieri videbis, ſed omnino obſcuratam eſſe, perindè ac ſi admiſta non eſſet. Omnino ergo conſtat [1] mediam obtinere temperaturam debere, quod vtriſq; extremis tanquam materia inſeruiet. Quem in ordinem ſi oleum ſtatuas, vtique nihil peccaueris.

1 Medium eſſe debere, quod vtriſque extremis eſt futurum materia.

CAP. XXVII.

QVum igitur oleum veluti media quædam materia ſit medicaminum calfacientium atque refrigerantium, [2] conſtétque tantùm ex oleo & roſis roſaceum (quod ſaltem exactum & ſimplex eſt) [3] vtique & ipſum talis temperaturæ fuerit, qualis roſarum ſuccus exiſtit. Quare illos qui aduſtione tentantur, experieris ab eo refrigerari, protinúſq; aliquam vtilitatem percipere: qui verò refrigerati ſunt, omnes lædi. [4] Non tamen valida in ipſo apparebit refrigeratio ſed quæ in primo refrigerantium gradu collocari mereatur.

2 Roſaceū ex oleo & roſis conficitur.

3 Roſacei temperies eſt, qualis ſucco roſarum ineſt.

4 Roſaceū in primo gradu refrigerat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIBER III.

CAP. I.



ORPORVM *vnumquodq; aut calidum, aut frigidum, aut humidum aut ſiccum & dicitur & apparet, interim quidem ex ſua natura, hoc eſt, primariò, & per ſe: interim autem aduentitia qualitate aſſumpta, quod eſt per accidens.* [1] *Porrò eorum quæ propria ſua natura calida aut frigida, aut humida, aut ſicca dicuntur, quædam actu ſiue energeia talia exiſtunt, quædã potentia. Sed & eorum quæ actu dicuntur, aliud quidem abſolutè eſt calidum, frigidum, humidum, ſiccũ, veluti elemẽta: aliud exceſſu, vt homo, equus: aliud ad ſymmetrũ ſeu generis ſui, ſeu ſpeciei, vt leo cum homine cõparatus, homo autem ætate florens cũ puero: aliud ad quiduis obuiũ, vt Dion ad Theonem. Quin & corpora quæ potẽtia talia aut talia dicuntur, vnumquodque vt ad id quod eſt actu relatum dici neceſſariò monuimus: id quidem quod facilè accenditur, ad id quod actu eſt*

1 Calidum, frigidum, humidum, ſiccũ, quot modis vnũquodq; eorũ dicatur.

abſo

absolutè calidum: hoc verò quod alia calfacit, ad id quod per exuperantiam.

CAP. II.

IN eo igitur corpore periculum est sumẽdum, ad quod vnũquodq; tale & est & dicitur: à cæteris autem recedendum. Elementa nanque huiusce tractationis, in primarũ quatuor qualitatum, videlicet caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis cognitione consistũt. [2] *Porrò alimentum à medicamento differt, quòd hoc quidem alteret in qualitate: illud autem substantiæ corporis aßimiletur.* 1 Alimentum à medicamento quo differat.

CAP. III.

VErùm [2] *quum duplices sint in genere alterationes, aliæ specificæ, quæ propriè sanè & primariò dicuntur alterationes: aliæ verò, quæ contundunt & contrahant corporis nostri particulas, quas vtiq; per abusionẽ potius, quàm propriè, alterationes cognominãt:* [3] *in primo sanè genere contineri vires medicamentorũ censemus. Nec enim quicquã mutari ex specie in speciem poßit citra excalfactionẽ, refrigerationẽ, humectationem, & resiccationẽ: etiãsi constringatur, contundatur, cõuulneretur. Dico autem mutari ex specie in speciem, veluti quũ ex pane fit sanguis, aut ex hoc caro. Itaq; nõ ab alio quã à calore, frigore, humiditate, siccitatéq;, specificas alterationes singuli corporis affectus accipiũt.* [4] *Qua ratione quatuor eæ qualitates ele-*

2 Alterationes sunt duplices.

3 Medicamentorum vires sub quibus contineantur alterationibus.

4 Qualitates specificę quę sint & cur sic dicantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mentares, primæ & specificæ nominantur. Eorum igitur quam vnumquodq; medicamẽtum in mistura pollentem sortiatur, inuestigamus.

CAP. IIII.

QVum autem totius naturæ respectu bifariàm vnumquodq; dicatur calidum, frigidum, humidum, atque siccum, partim absolutè, vt singula elementorum: partim per exuperantiam, vt homo equus, & bos: minimè profectò nos Medici inuestigamus, an in aqua marina humidi simpliciter plus sit, quàm sicci (id enim clarè cõspicimus) sed an corpus humanum facultate sua æqualiter resiccare valeat. Cuius sanè rei sumemus periculum, si eam admoueamus corpori per fomẽta aut emplastra: id quod ex accidenti, ab eo quod à propria medicamenti vi proficiscitur, distinguentes.

CAP. V.

CAeterùm quod per exuperãtiam dicitur, id Philosophi accipiũt dupliciter: aut enim secundum substantiæ molem, aut secundũ qualitatum effectũ. Atq; hi quidem calidum vincere in omnibus plantis, pronuntiant, ob incremẽta earũ & germinationes id indicãtes. Quibus sanè, quũ de tota natura scrutẽtur, rectè hæc & similia alia dicũtur: Medicis autẽ nõ rectè. Siquidẽ nulla planta, quòd plãta sit, calida dici debet sed quòd hominẽ calfaciat. [1] Sic enim & salamandrã & cicutam ad hominẽ frigidas esse due

[1] Salamandra est frigida respectu hominis.

dicemus: qua ratione sunt alia omnia etiã diiudicanda.[1] Nam cicuta non modò sturnos non refrigerat & enecat, vti nos, sed alit quoq;, ob idq; nimirum etiam & calfacit.[2] Insunt quippè omnibus rebus amicitiæ quædam, & qualitatum pugnãtiæ. Præterea quod familiare est, promptissimè assimilatur: quod verò contrarium, ad internicionem ducit tum animalia, tũ plantas.[3] Cæterùm familiaritates illæ à totius substantiæ proprietate exoriũtur. Porrò quum acetum & rosaceum nos primariò & per se refrigerent, nemo ea calida dixerit.

1 Cicuta sturnos alit & calfacit.

2 Consensus quosdã & discrepãtias qualitatũ inesse vniuersis rebus.

3 Familiaritates vnde exoriantur.

CAP. VI.

QVod[4] applicitum nobis videtur actu esse calidum, eodem gradu quo nos, aut ex contactu similiter calidum redditur, id ex media est temperie, nobiscum collatum, ac per se etiam calidum secundum exuperãtiam, quemadmodum nos. At si quid nondum adeò calidum est, sicut nos, nec tale admotum redditur, id temperie humana frigidius est, quantũcunq; in eo caliditas exuperet: ac proinde admotum, nostrum calorem minuet.

4 Mediatẽperie prędictũ, quomodo cognoscatur.

CAP. VII.

EA[5] autẽ est cõmunis alterabiliũ corporũ omniũ natura, vti in se agãt & patiantur admota: quódq; minus est calidũ, à magis calido calidius reddatur: quod verò magis calidũ, à minus calido remittatur. Nã id vel ex ipso ta-

5 Alterabiliũ omniũ natura quę sit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ctu clarißimè discas. Etenim eadem subinde illi tum calidà, tum frigida esse videntur: calidiori quidem facto frigida, frigidiori verò calida. [1] Quæ sanè causa est, vt in balneis quidem frigida videatur nobis vrina, foris verò calida: quũ tamen semper ipsa reddatur tepida. [2] Similiter dum rigemus frigore, aquam ex puteo profundißimo haustam, calidam iudicamus: quæ eadẽ nobis in balneo, aut balneũ egreßis, apparet frigida. [3] Itaq; tactum calidi frigidiq; dignoscendi normam ponentes, atq; eius dispositioni cuiuis iudicium omne tribuentes, meritò sanè crebrò fallimur, vt qui quod haud ex se est frigidum, id frigidum esse dicamus: quod verò calidum ex se non est, id calidum pronuntiemus. Absolutè autem & vrina, & aqua putealis, qualis ad nos optimè temperatos, atque ab aliena qualitate immunes videtur, talis profectò & est, & dici etiam potest.

1 Vrina cur appareat nobis frigida in balneo.

2 Putealis aqua cur apparet rigentibus calida.

3 Tactum debere esse ab omni aliena qualitate immunem, si sensibilia sit rectè iudicaturus.

CAP. VIII.

Qvum [4] igitur nec an absolutè vnumquodq; calidum sit, vt ignis: nec an per exuperantiam, vt sanguis: nec deniq; an cũ symmetro sui generis aut speciei collatum, consyderare nobis propositum sit: sed an ad hominem sit tale vel tale: nec rursum ad hunc, tanquam id quod ad aliquid aliud comparatur: sed an admotum ipsi, eam partem quam tetigerit, reddat aut calidiorem, aut frigidiorem, aut humidiorẽ,

4 Medicamentorum facultates in quẽ modũ examinẽtur à me dicis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

aut ſicciorem: certè in experientia omnis iudicandi & dignoſcendi cõſiſtet ratio: [1] per quam nimirum docemur, & roſas, exempli gratia, & roſarum ſuccum euidenter refrigerare.

1 Roſas roſarũq; ſuccũ, euidenter refrigerare.

CAP. IX.

Siue [2] enim in ijs qui inculpata ſanitate fruũtur, ſiue in ijs qui laborant ſimpliciſsimo affectu, videbitur tibi planè oleũ quidẽ in media tẽperie exiſtere: [3] quod verò cõponitur ex ipſo roſaceum, ex primo eſſe ordine refrigerantium. Siquidem roſarũ ſuccus frigidioris naturæ eſt, quàm oleum: ſed non ita multò, [4] quum tepidã quandam in ſe caliditatem poſsideat. Eiuſdem cum illo ordinis eſt, quod ad calorem quidẽ tepidum attinet, linoſpermon: ab eo tamẽ haud minimum tenuitate relinquitur. Nã roſarũ ſuccus eſt exquiſitè tenuis eſſentiæ: proinde quàm celerrimè areſcit, odoréſq; aliorũ vnguentorũ exoluit. Eſt & chamæmelum tenuitate quidẽ roſæ perſimile, calore verò ad olei vires magis accedens, homini tum familiares, tum temperatas. [5] Quapropter laſsitudini, vt ſi quid aliud, in primis confert doloréſq; ſedat. Præterea tenſa remittit & laxat: mediocriter dura emollit, conſtipatáque rarefacit. Ad hæc, febres quæ citra viſceris inflammationẽ infeſtant, concoctas diſcutit, ac diſſoluit: & potiſsimùm quæ ex cutis dẽſitate & humoribus bilioſis proueniunt: [6] ob idq; Soli à ſapiẽtiſsimis Aegyptiorum eſt cõſe-

2 Oleũ eſſe mediũ temperie.

3 Roſaceũ eſſe ex primo refrigerantiũ ordine.

4 Roſarũ ſuccus tepidam quandam caliditatem poſſidet, odoréſq; aliorum vnguẽtorum exoluit.

5 Chamæmeli facultates inſignes.

6 Chamæmelum Soli ab Aegyptiis eſt cõſecratum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cratum. Est autem hypochondrijs gratißimũ. [1] Quibus etiam lini semen est gratum, minus tamen quàm chamæmelum, quũ & minus calidũ sit, & essentiæ crassæ. Cæterùm ad ascensus, augmentáque inflammationũ, chamæmelo rosaceum præfertur, quum hæ tepida caliditate cum leui adstrictione indigeant. [2] In principio siquidem, quæ refrigerant, atque adstringunt: per incrementa verò tepida, & mediocriter constringentia: at in vigore ac statu inflammationum, quæcũq; tũ moderatè calfacere, tũ laxare possunt, magis cõpetunt: sicuti in declinationibus, quæ valenter calfacere & discutere.

1 Linosper mon.

2 Inflãmationes qualia medicamenta desyderent.

CAP. X.

CAeterùm quæ mediæ tẽperaturæ sunt, & quæ vtrãuis in partẽ declinãt leuiter, interim calfacere videbũtur, rursusq; refrigerare, interim talia seruare corpora, qualia in principio acceperũt. Nec mirũ sanè, [3] quũ aqua tepida, vrináq; in balneis quidẽ frigidæ, algentibus verò calidæ appareant. [4] At rosaceũ oleo quidem minus, succo autẽ rosarũ magis existẽs calidum, refrigerat sanè exustos, idq; suæ caliditatis tepore: algentes verò paulatim etiam excalfacit: qui effectus etiam caloris est tepidi.

3 Vrina videtur in balneo frigida.

4 Rosaceũ refrigerat & calfacit diuersa corpora.

CAP. XI.

QVocircà si aut refrigerãtibus medicamẽtis, aut calfaciẽtibus rosaceũ indideris, sicuti nec magnopere obfueris, ita nec admodũ

profue

profueris. Nam caliditas tepida, nec est sufficiẽs quæ refrigerata sunt ledere, nec eadem curare potens.[1] Siquidem quod curari debet, tãquam quod ab immoderatione ad symmetriam reducitur, non id quod probè temperatum sit postulat, verùm id quod contrariam habet temperaturam, & æquè recedentem à media. Etenim si quod curari desyderat, multò frigidius sit, necessariò oportet quod ipsum curabit, multò etiã calidius existat: sin paulò frigidius, paulò etiã, quod curabit, calidius erit: ac de cæteris intemperaturis pari iudicio. Porrò si exquisita vtamur nominum appellatione,[2] quod medium in singulis est, id eucraton, siue temperatum dicimus, quod autem ab huius excedit modo, si ad calidius quidem, tum plus, tum minus calidum: sin ad frigidius, plus minúsque frigidum: nec de alijs alia ratione. Quandoquidem igitur corpora humana, tum ijs, quas ab ortu nacta sunt, temperaturis, tum ijs quas ab ætate postea acquirũt, tum ijs quæ ex vitæ consuetudine adueniunt, plurimum inter se differunt, ab ijsdem ea medicamentis variè alterentur necesse est.

1 Reducenda ad temperiem, nõ mediocria, sed contraria, & quæ æquè à medio recedãt præsidia postulant.

2 Eucratõ.

CAP. XII.

MEdium ergo horũ mihi quempiã intelligas, qui & natura sit tẽperatus, & moribus & cõsuetudine conuenienti hãc ipsam eucrasiam tueatur: deinde hos tres optimæ temperaturæ scopos concipiens animo, secundum

corpus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

corpus illius, veluti ſecundum regulam quandam, vires omnium medicamẽtorum explores.

1 Tẽperatũ medicamẽ quod dici debeat.

[1] Quódq; ſimilem illius temperiei caliditatem accendit, temperatum vocetur, etiamſi vel maximè excalfacere ſenem refrigeratum videatur. Quod verò calfacit aut refrigerat corpus eiuſmodi, illud quidem calidum, hoc verò vocetur frigidum. [2] Eſto autem ipſorũ exceſſuum ordo, ad frigidum quidem primus, cuius eſſe dicas roſaceum: [3] ſecundus, cuius ſit ipſa roſa: poſt hunc tertius & quartus, quo ad ſermone ad frigidiſsima pertigerimus, nempè cicutam, ſuccum papaueris, mandragoram, hyoſcyamum. Rurſum ad calidum, anethum quidem, & fœnumgræcum, prima: ſecunda verò deinceps, tertiáque & quarta, donec ad exurentia peruentum ſit. Ad eundem modum in medicamentis humectantibus & exiccantibus eſt ineundum iudicium.

2 Gradus virium medicamẽtorũ quomodo inueniẽdi ſint.

3 Roſam eſſe frigidã in ſecundo exceſſu.

CAP. XIII.

4 Medicamẽta propemodum omnia eſſe compoſita, cõtrariáſq; in ſe facultates ſortiri.

VErùm [4] omnia propemodũ medicamẽta, licet ſenſu ſimplicia appareant, natura tamen cõpoſita ſunt, diuerſiſsimáſq; in ſe facultates poſsidẽt, excernendi, ſiſtẽdi, incraſſandi, extenuandi, atq; alias id genus vniuerſas oppoſitiones. Nec mirum id eſſe debet, quum vni eidémq; medicamẽto vim calfaciẽdi & refrigerãdi eſſe appareat, aut exiccãdi humectãdíq;. Quæ primæ efficaciſsimæ virtutes niſi hoc pacto complicarentur, haud ſanè quæ ex illis ſequuntur, ſimilit

milit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

militer cõplicatæ forent. At ſi nos ipſi rhu ſuc cum melli miſceamus, quod ex ambobus cõficitur, adſtringendi ſimul & abſtergendi vim poßidet, ſicuti & cohibendi ventris, atq; laxandi. In lacte autem duas eſſe facultates, nempè ſiſtendi ventrem, atque euacuandi, non item concedimus: [1] tametſi caſeus quidem ſecretus, ventrem ſiſtat, [2] ſerum autem reſoluat.

1 Caſeus ſiſtit vẽtrẽ.
2 Serũ aluum laxat.

CAP. XIIII.

Quod verò & braßica duas, eáſq; cõtrarias, in ſeſe facultates obtineat, neq; id quidem prõptè concedimus. Nã tametſi ſuccum eius planè aut ſolùm, aut ex melle purgare cernamus, attamen quoniã quod reliquũ eſt, edere minimè poſſumus, adſtrictoriũ eſſe id diffidimus. [3] Quanquã ſi bis térve aut quater elixã ipſam braßicam edamus, cõperiemus ſanè, ſuccum eius qui in aqua fuit relictus, purgare, ipſam verò ventrem adſtringere. Eadẽ eſt ratio in beta, lẽte, atq; in ijs quæ teſta pro cute integũtur: ac breuiter in omnibus fermè illis, quibus ſapor, aut acris, aut ſalſus, aut nitroſus ineſt. [4] Gallorũ etiã veterum ius ventrẽ ſuducit, tametſi caro eundẽ ſiſtere poßit. In æris autem ſquama, ſicuti duplex qualitas, ita gemina quoq; facultas ineſt: nã & adſtringit & mordicat: cæterùm ſi intra corpus ſumatur, purgat quidem ventrẽ, verùm nõ cohibet. Quippè vincitur eius adſtringendi facultas ab acri purgatoriáq;

3 Braſsicæ bis térve elixæ ſuccũ, ventrẽ ſoluere, ipſam autem ſupprimere.

4 Gallorũ veterũ ius ventrẽ ſubducit, caro autem cohibet.

toriáq; potentia, quemadmodum si rhu succum scammoniæ commisceas. Sic enim cum mali cydonij carne, aut cum alio quopiam eorum quæ & adstringentia & grata vẽtriculo sint, non pauca purgantium medicamentorum, dũ mista exhibentur, gustum quidem fallunt, at effectu solo quid valeant commonstrant. Persæpe siquidem lingua à materiæ victa est copia: at actio pro facultatis robore, viribúsq; perficitur. Itaq; cum substantia exigua quidem, sed validis prædita viribus, mista alteri substantiæ plurimæ, eidémq; imbecillæ, corpus ingreditur, gustum quidem fallit: attamen effectũ, quàm illa, efficaciorẽ exhibet. [1] Porrò si ab aloë quod purgat, ab eo quod est adstringẽs, eluatur (id quod fieri potest per exactã lotionem) tunc certè aut debiliter, aut planè nihil purgabit: id quod vsu etiam venit æris squammæ, æríq; vsto. Iam verò ipsius quoque qualitatis medicaminosus sapor, primo statim gustu facultatis mistionem demonstrat. Nã si vnica semper qualitas, vnicuique gustu adstringentium medicamẽtorum inesset, haud sanè inter ipsa alia esui apta, alia medicaminosa existerent: sed tantùm intensione aut remissione adstrictionis differrent. At non ita res habet: quum videamus æris squammam malo cydonio adstringentẽ minus, gustu tamen eo longè insuauiorẽ existere: quã gustus absurditatẽ proficisci à vehementia adstrictionis,

1 Aloë lota aut nihil aut parũ purgat.

nis, dicere id quidem non possumus. Si itaque vt adstrictio, ita etiam adstringens vnum perpetuò esset, sanè vnũ quoque perenniter eius esset opus. Verùm quum præter adstrictionem insuper alias qualitates, neq; paucas, sortiatur, semper quidẽ omnibus illis aget: sed euidentius aliàs per aliam, nempe vincentem: idq; vt ad corporis, cui admotum est, affectionẽ. [1] Adstringens igitur hac ratione non est ei quod purgat contrarium: quãquam si quis illa esse cõtraria statuat, nihil inde absurdũ sequetur. [2] Etenim in rosæ succo aliud quidem grauissimũ est, amurcæ & feci proportionale: aliud leuissimũ, & ipsum proportione respondens flori in quoq; succo supernatanti: aliud tertium, quale est quod in musto feruet: ad hæc quartum, ipsum videlicet purissimum, ac syncerissimum, cuius hæc tria excrementa existũt. [3] Euenit autem alios quidem succos aut acescere, aut corruptos putrescere: sola verò oleum, mel, & vinum, in longum tempus durare. Quare nec per ebullitionẽ, nec per secretionem in alijs succis has excrementorum differentias inuenire perspicuò licet: verùm protinus ab initio coctione quadam illis est opus, aut saltem alicuius perdurantis succi mistura. [4] Nam sic rosæ succum melli miscentes, aut totas rosas ei immergentes, reponimus. Quum autẽ rosa nõ adstringẽs modò, sed etiã dulcis atq; amara gustanti appareat, satis aper-

tè

1 Adstringens nõ esse contrarium purganti.

2 Rosarũ succi partes quaternæ.

3 Succos alios acescere, aut com putrescere, sola autem oleũ, mel, & vinũ in longũ tẽpus durare.

4 Rosarũ succũ asseruãdi ratio.

tè ostendit, se habere illorum succorum quatuor miscellam. Quinetiam vel ex hoc tantùm, quòd non extremè adstringat, aliorum quoque saporum misturam intelligere in ea possemus. Quippe si solus sapor austerus illi insit, summus itidem fuerit: quo modo si sola corpori cuipiam caliditas summa inesset, id ignis vtique foret: at si non summus, sequitur quòd neque etiam solus. [1] In vniuersum enim cõtrariorum misturæ summitates ipsas frangunt.

1 Summitates frãgunt contrariorum misturæ.

CAP. XV.

ATq; [2] in similaribus quidẽ corporibus calor, frigiditas, siccitas, & humiditas, particulares differentias efficiũt: in dißimilaribus verò acrimoniæ, siccitates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritudines, salsedines, aquositates, & pinguitudines. Quare vnũquodque corporũ similariũ, hoc est, quæ non ex diuersis substãtijs constãt, in ipsis partibus nõ multas, sed vnã ex his qualitatẽ obtinet: quod verò totum est dißimilare, cõplures. Quarũ hæ quidẽ adstringunt: hæ laxant: aliæ aliam facultatem ostendunt, [3] sic vt omnes quidẽ linguã partibus diuersis pro cõtactus ratione afficiant: affectio tamen ipsa, ex eo quod primò affectũ est, in totã eam quàm celerrimè diffundatur. Cuius simile in tranquillis aquis videre licet. Nam si in duas eius partes duos conieceris lapides vno eodémque tempore, ij sanè duos afficient circulos

2 Similariũ inter se ac dissimilariũ differẽtiæ vnde nascantur.

3 Linguam secundũ diuersas partes à diuersis saporũ qualitatibus affici.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

culos, qui mutuò per sese ferētur, contrariósque cernes in quauis ipsius aquæ particula motus. Quòd si vnū pedē in calidam, alterum verò in frigidam simul demittas, haud dissimile habebis etiā exemplum. Quippè in totū corpus vtriusq; affectionis motus peruadit, cōtrariíq; inuicē sibi occurrūt: id quod etiā euenire autumo [1] in lipyrijs, [2] & hepialis febribus, nisi quòd in illis non extrinsecus, sed ex ipso corpore caliditatis frigiditatísq; affectus oritur. Si verò parem absinthij portionē melli exquisitè cōmistam, linguæ imponas, simul dulce & amarum, quod ex ambobus mistum fuerit videbitur: quum nō alio tempore mellis saporē lingua ipsa sentiat: alio autē absinthij, sed vtrūq; simul. [3] Quemadmodū igitur ab ijs lingua afficitur, ita necesse est quāq; aliarum corporis partium ab eis similiter affici, etiā si qualitates ipsas non sentiat. Neque enim in patiendo, aut non patiēdo, ab alijs linguā differre est putandum, verùm eò quòd ipsam familiarium affectuū, ob exquisitā sentiendi facultatē, nihil latêre poßit.* [4] Ad quod sanè nonnihil ipsius conducit raritas: sic enim succi facilius penetrant. Porrò si solano & anthemide alicui parti simul applicitis, neque ita densa, dura, tensa, liuidáq; reddatur, ac si solo vsus solano esses: neque adeò rara, mollis, tepida & rubens, ac si anthemide sola vsus fuisses: sed dictorum mediam accipere affectionem particula conspicia-

1 Lipyriæ feb.

2 Hepialæ feb.

3 Saporum qualitates afficiūt reliquas etiā partes, vt linguam, licet non perinde ab iis percipiantur.

4 Lingua cur sensū habet exquisitum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tur: conſentaneum certè eſt, vtrunque medicamentum ſecundum ſuam facultatem eſſe operatum: ac proinde particulam ipſam eodem tempore contraria ſimul perpeſſam fuiſſe.[1] *Igitur quemadmodum mirum non eſt,*ſi à medicamentis compoſitis contrarij ſimul affectus corporibus infligantur, ita nec ſi à ſimplicibus: quũ & ipſa ſenſui quidem ſimplicia appareant, natura autem compoſita ſint. Siquidem quemadmodum nos in ijs quæ indies componimus, ſic natura in ſimplicibus ipſis, contrarios temperare ſuccos conſueuit: quorum ſanè actiones, ſi pari facultate & portione ipſi in miſtura coëant, euadent ſimiles: ſi diſpari autem, diuerſæ. At verò, vt adſtrictio quidem vna res eſt,*[2] *ita adſtringens, duplex. Aliud quippe ſummum exiſtit, vt alumem & galla: aliud autẽ, quòd adſtrictionis ſit particeps, vt pyrum, vinum, & roſa: nam huius minimum eſt id quod aſtringit: quare madela exiſtit inflammationum.*

1 Simplicia medicamenta affectus cõtrarios gignere non eſt mirũ, cùm natura cõpoſita ſint.

2 Aſtringens duplex.

CAP. XVI.

ROſaceum[3] *verò (vtpote cuius natura olei roſǽque in medio eſt) in inflammationum augmentis, hoc eſt, in illarum medio, optimum eſt præſidium. At oleum commodum eſt, vbi inflammationes maximè vigẽt.*[4] *Etenim per initia repellere comprimeréque influxus oportet: in vigore autem, ita per halitus digerere, vt morſus abſit: at in incrementis, repellere ſimul ac di*

3 Roſaceũ quãdo conueniat inflammationibus

4 Inflãmationum curatio.

ac digerere. Vtrunque autem rosaceum præstare potest. [1] Nam præterquàm quòd tenuium est partium, leuem quandam adstrictionem sortitum, nimirum inter oleum & rosam existens medium. [2] Quippè medium omne ex contrarijs mistum existit, iísque totis per tota contemperatis, aut per exiguas particulas, sensum effugientes eorum quibus admouentur. Etenim quæ magnopere austera, acerbáque sunt, primo statim contactu superficiem densantia, humorem ingredi prohibent. At quæ modicè adstringunt, cæterùm plurimum in se continent essentiæ tum tenuis, tum tepidæ, tantùm abest, vt præ adstrictione ingredi altius corpora admota prohibeant, vt etiam ab ea, magis scilicet impellēte, iuuentur. Quæ autem penitus tenuia calidáque sunt, magis digerunt humores ex corporibus, quibus admouentur, quàm alios ipsa apponāt. At quæ frigida sunt & essentiæ crassioris, omnino nullum introducere humorem queunt. [3] Quæ itaque humida, tenuia, & modicè adstringētia sunt, ea inter omnia humectantia efficacissimè humectant.

1 Rosacei facultas.

2 Medium omne ex contrariis mistū existit.

3 Humectare quæ possint omniū efficacissimé.

CAP. XVII.

AD hæc [4] autem omnia, nō mediocriter cōfert innata nobis caliditas, & intrò ad sese attrahens, & cōminuēdo extenuās. [5] Hinc est quòd frigida deleteriáq; medicamēta, vtputa cicuta, papauer, hyoscyami semē, mādragora

4 Calor innatus ad quid cōducat.

5 Frigida & deleteria medicamenta, cur citius, magisq; in calidis naturis vim suā exerant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

& alia id genus, citius magísque in calidis naturis vim suam exerant. Nam quum sit impossibile vt talia interficiant, nisi prius cor refrigerent, necessum sanè est, vt intrò comminuta ingrediantur: id quod ex sua natura præstare nequeunt, crassa & inepta ad motum quum sint. Quare ascititiam caliditatem requirũt, quæ in minuta extenuet, ac veluti manu ducat in subtiles meatus. Itaque si quando ea absit, cunctantur, in maioribus hærentia meatibus, in ipsisq; fluctuãtia arterijs & venis, temporis spatio aliquid perpetiuntur. [1] Siquidẽ qualitates omnes quadantenus in sese agunt. [2] Nam & lapis ab aßiduo stillicidio excauatur, [3] gladiúsq; cerã secando hebescit. Quandiu igitur solidæ partes (à quibus perficiuntur actiones) à refrigerantibus medicamentis nondum refrixerint, tandiu animans supersit est necessarium: refrigerari autẽ nequeunt, prius quàm illa subierint proprios harum meatus, id quod sua ex natura nõ possunt. [4] Deducit quippè succos, vt causa quidem primaria, arteriarum attractio: vt secundaria verò & materialis, ipsorum tenuitas: qua destituta quum sint frigidiora & craßiorũ partiũ medicamenta, ijs opus habent, quæ præbeãt. Cæterùm corpora frigidiora tractũ arteriarũ imbecilliorem poßident, medicamentorúmq; substantias comminuere nequeunt: proinde medicamenta ipsa cunctari est necesse, proceßúq; temporis

1 Qualitates omnes quadãtenꝰ in se mutuò agũt.
2 Lapis ab assiduo stillicidio cauatur.
3 Gladius ceram secando hebescit.
4 Succi à quibus deducantur per corpꝰ.

poris tum immutari, tum concoqui: [1] *quod solet succus lactucæ: qui si integer ad cor perueniret, nõ secus ac cicuta perimeret.* [2] *Hæc igitur & similia, nisi celeriter perimant, nullius tandẽ effectus redduntur. At quæ aut erosione, aut putredine enecant, iis vt tempore vires acquirant, accidit: quum temporis spatio putrescant omnia, eóque magis, quò fuerit humidior atq; calidior locus. Meritò ergo fit, vt quæ frigore suo noxã inferunt, iis actionis celeritas ad perniciẽ proficiat: quippe quæ alioqui spatio excalfacta, vim per quam agebant, deperdant. At quibus in putredine actio consistit, iis tempus actionẽ adauget, quoniam & putredinem.* [3] *Nullum autem animal interire potest, nisi cor ab agendi munere cesset: at fieri vt cesset non potest, citra maximam intemperiem. Cicuta itaq; hominem è medio tollit, tum ob meatuum amplitudinem, calorísque multitudinem, tum ob validam arteriarum in attrahendo vim, vsq; ad cor ipsum perueniens.* [4] *Sturnos verò ob causas contrarias haud enecat, vt putà quum & retineatur, & cunctetur, ac sese temporis tractu concoqui, præpararíque à corde patiatur:* [5] *quemadmodum & in ipsis lactucis accidit, quæ moderatè quidem sumptæ, alunt hominem: si verò quispiam expressum earum succum largiter hauriat, non secus procul dubio morietur, quàm qui aut cicutam, aut papauer sumpserint. Ad eundem*

1 Lactucæ succus, si integer ad cor perueniret, non secus ac cicuta, perimeret.

2 Deleteria, quæ putrefaciẽdo enecant, quomodo ab iis differant, quæ sua extinguunt frigiditate.

3 Interire nullũ animal posse, nisi cor à munere agendi cesset.

4 Cicuta cur minimè sturnos enecet.

5 Lactucæ succum liberaliter sumptum, esse letalẽ

1 Vetula quædã Atheniensis alebatur cicuta.
2 Cõsuetudo est adscititia natura.
3 Necãtia frigore, nõ genere, sed sola quãtitate dicuntur letalia, contra quã ea quæ putrefaciẽdo aut erodẽdo interimunt.
4 Medicamenta calida & frigida à nobis sumũt initium actionis suæ, ac proinde potestate dicuntur talia.
5 Cicuta si cum modico & mini

quippè modum cicuta hominem quidem celeritate distributionis interficit: sturnos autem tarditate ipsa nutrit. Si autem exiguum quippiã sumatur, mortem homini haudquaquam inferet: [1] *id quod anus illa Atheniensis experimento docuit, quæ ab exigua cicutæ portione auspicata, nullo detrimento ad permagnam progressa est copiam* [2] *: adeò cõsuetudo videtur esse adscititia natura.*

CAP. XVIII.

EOrum [3] *ergo medicaminũ quæ frigore interimunt, nullum genere letale est sed sola quantitate: quum si exigua portione sumantur, mortem non inferant. At in erodentibus, putrefacientibus, & calfacientibus, haud ita res sese habet. Ad hæc, quemadmodum frigida medicamenta, nisi calorem offendant validum, qui cõminuat atque deducat ipsa, non perimunt, sic si quod comminuit deducitque, multò valentius fuerit, deuincet prorsus, mutabitque, ac alimento vt sibi sit medicamentum, efficiet.*

CAP. XIX.

QVum igitur [4] *medicamẽta refrigerãtia quadãtenus à nobis accipiãt suã refrigerãdi vim sicuti & calfaciẽdi calida (neq; enim quicquã moliri possent, absq; corporis patientis auxilio) iure potestate dicuntur frigida. Nã vt actu nos refrigerent, nõ prorsus ex sese obtinẽt.* [5] *Ea propter meconium & cicuta, si cum modico,*

dico, eoq; minimè generoso vino bibantur, ocyus quidem interimunt. [1] *Si quis verò papaueris succum, quantus interficere potest, hauserit, ac etiamnum tamen supersit, huic largè epotū vinum vetus generosúmque & calidum auxiliabitur. Cæterùm quod tenui pellucidáque substātia est, colore vermiculo aut flauo, odore gratū, quódque multam aquæ misturam postulat, id tum admodum excalfacere est natum, tum facilè vndiq; per corpus vniuersum deferri.* [2] *Tale ergo natura vinum, ætate vetus, multum, atq; impermistum, nō modò perfrigeratorū omniū, sed eorum etiam qui aut ex oris ventriculi, aut cordis dolore, animi deliquium patiuntur, præsentaneum remedium existit.*

mè generoso vino bibatur, ocyus perimit.

1 Vinū vetus, generosumq;, & calidū, auxiliatur venenis refrigerātibus.

2 Vinum refrigeratis omnibꝰ vtile, qualenam esse debeat.

CAP. XX.

AT eorum medicamentorum, quæ erosione atque putredine interimunt, pleraq; sanè, perinde vt illa quæ potestate dicuntur calida, actu etiam calida existunt: sed idcirco nos fugiunt, quoniam aut ipsi plurimum habemus caloris, aut crassa est ipsorum substantia. In balneo quippe vrina nobis videtur frigida, quemadmodum algentibus hyeme aqua putealis, calida, cæteris autē frigida. [3] *In summa enim, pro suo vnumquodq; affectu, admota cōsueuit sentire corpora. Sic ergo si manum habens frigidam, eam in tritici aceruum immiseris, luculenter calorem percipies: sin calidam, nequaquam.*

3 Quisque pro suo affectu admota consueuit sentire.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

At si columbino stercori accumulato, potissimùm columbarum syluestrium, manũ inseras, etiamsi calidam, manifestam tamen senties caliditatem. Sic misy, sory, chalcitis, ærugo, calx, aliáque id genus innumera, si illis aceruatis manum altius iniicias, protinus videbuntur excalfacere. Cæterùm si bolum ex eis vnum acceperis, cuius extrema superficies ab ambienti fuerit refrigerata, meritò nullum percipies calorem. Quamobrem fieri etiam potest, vt quæ respectu nostri sunt potestate calida medicamenta, ea secundum alterum animantium genus calida esse actu videantur.

CAP. XXI.

1 Deleteria toto genere quæ sint.

QVæ [1] igitur nos contactu per putredinẽ aut erosionem enecant, ea recta quidẽ ratione deleteria humanæ naturæ toto genere existimantur, non vt refrigerantia, quantitate duntaxat. Hæc enim interdum vincuntur & nutrimentum animali redduntur: [2] putrefacientia autem, vel si sumantur portione minima, omnino tamen corrumpunt, quòd videlicet quæ putredini obnoxia sunt, calore humiditatéque putrescant: calidus autem humidúsque sit sanguis. Proinde longo etiã pòst tempore, à quo sumpta sunt, nõnulla interimũt, potissimũ quæ crassa terrenáq; essentia sunt prædita.

2 Putrefacientia vel si sumãtur portione minima, corrũpunt animal.

3 Erodẽtia deleteria quibus casibus non interimãt.

CAP. XXII.

INterdum [3] autem ipsa erodentia medicamẽta adeò

ita adeò exigua sumuntur, vt excerni cum excrementis poßint, prius quàm iniuria corpus afficiant. Interdum etiam qui illa sumpsit, opportunis remediȷs vsus, asseritur. Nam vbi grauis ab ȷs noxa illata est, malum ipsum sisti nullis præsidȷs potest. [1] Cæterùm cantharides medicamentis diureticis commodè permiscentur, [2] sicuti alexipharmacis alia, pleraque letalia. [3] Feruntur enim alioqui sponte sua per vrinam ad vesicam cantharides, ac sic rodendo illam exulcerant, nisi vbi copia modica induntur. Ex quibus patet, quæcunque frigiditate interimunt, si exigua sumãtur, nutrire corpus posse: at quæ putrefaciendo, nequaquam, quum naturæ humanæ aduersentur.

1 Cãtharidas cõmodè misceri diureticis.
2 Alexipharmacis commodè misceri ĩterdum letalia.
3 Cantharides vesicam exulcerant.

CAP. XXIII.

VT igitur in alimentis mistos esse varios sapores diximus, [4] sic in medicamentis intelligere oportet multas diuersi generis mistas esse substantias: id quod inuenias facilè, si consyderes granum cnidium solùm hoc à cnico differre, quòd plurimum habeat caliditatis. Porrò attractio quæ in ipsis cernitur, à qualitatũ proprietatibus, quæ sunt in substantȷs, perficitur. [5] Idcirco purgantiũ medicamentorũ vbi fortè purgatione frustrantur, quædã præterquã quòd noxam corpori nullam inferunt, etiam alimentum corpori præbent: alia verò in corruptionem ac venenum vertũtur. Omnino siquidem medi

4 Medicamẽtis multas diuersi generis im mistas esse substãtias.
5 Purgantium medicamentorum discrimina.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

camentum purgans, vel cum vno saltem humorum, qui in nostro corpore sunt, similitudinẽ habet: non autem perpetuò mista est vis virosa. Quamobrem nec perpetuò, licet non purget, iniuria afficiet: verùm & concoctionem admittet, [1] *talémque producet humorem, qualem erat natum educere.*

CAP. XXIIII.

PLeræque itaque attractiones fiunt qualitatis familiaritate: ac proinde singulæ animalis particulæ familiare sibi alimentũ attrahunt. Ad quam sententiam sequitur,* [2] *medicamenta purgantia familiaria esse purgandis humoribus, quodammodo tamen efficaciora, valentioráq;:* [3] *sicuti magnes ferro: quippe qui ad ferri naturam accedat, reperiatúrque in ferri fodinis, eiq; specie magnopere sit persimilis: verùm fortior est quodãmodo, vt attrahere sit aptior, quàm trahi.* [4] *Cnicus etiam (quem carthamum vocant) colore quidem pituitæ similis, calore illã superat, sic vt trahere, quàm trahi, sit promptior. Ad eundem modum granum cnidium si quando à corpore nostro vincatur, vice purgationis alimentum efficitur:* [5] *veluti veratrum semper coturnicibus.* [6] *Verumenimuerò quoniam attractiones substantiarum similitudine fiũt, necessum est, vt si quod purgatur, pituita est, id quod trahit, sit nõ pituita, sed pituitosum.* [7] *Differt siquidẽ similitudo ab idẽtitate.*

CAP.

1 Purgantia, vbi à natura vincuntur, talé gignunt humorem, qualem ductura erãt.

2 Purgãtia medicamẽta esse familiaria purgandis humoribus.

3 Magnes ferro est specie similis, eo tamen fortior.

4 Cnicus est pituitæ similis.

5 Veratrũ alit coturnices.

6 Attractiones fieri substantiarum similitudine.

7 Similitudo differt

CAP. XXV.

ab identitate.

ADhæc,[1] purgantium medicamentorum quædam iam actu poßident idoneam ad attrahendum similitudinem, quædam ab animantis illam corpore accipiunt. Præterea in vnoquoq; medicamento, permisti similibus sunt alij succi dißimiles, qui partim quidẽ medicamentosi sunt, partim minimé. Quare vbi purgationem haud assequuntur, quædam in perniciẽ, quædam in alimentum vertuntur.

1 Purgantium medicamentorum differentiæ.

CAP. XXVI.

CAeterùm[2] vbi purgãs pharmacum vsqueadeò inualuit, vt in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationem apertionémque multam relinquat, aßiduéque irritans conuellénsque corpora, vasorum facultates dissoluat: vacuationes immoderatæ contingunt, ita vt si, quod pituitam educit, medicamẽtum exhibitum fuerit, prima quidem omnium ipsa euacuetur, dein flaua bilis, mox atra, quarto denique loco sanguis. At si quod flauam bilem detrahat, pituita consequetur, post quam atra bilis: quartus demũ reddetur sanguis. Sin atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam eliciet: post quam, flauam: dein pituitã, ac omnium vltimò sanguinẽ, tãquam ex inanimis vasis effluentem: vt quæ summa iam imbecillitas occupet, quæque ad extremã osculorum apertionẽ peruenerint.[3] Ex quibus manifestũ est post

2 Vacuationes immoderatæ quando & quomodo accidant.

3 Sanguinẽ vacuari omniũ vltimum, ceu naturæ familiarissimum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

est postremũ in immodicis purgationibus vacuari humorẽ qui familiarißimus est: aliorum autem singulos, prout craßi existunt, aut tenues.

CAP. XXVII.

QVum igitur vascula non amplius in se cõtinere succos poßint, & oscula eorum reclusa fuerint, neq; irritare medicamentum desinat, nec poßit amplius familiarem succum attrahere, necessum est reliquos quoque, quo diximus ordine, sequi. [1] *Fit autem orificiorum apertio, ob medicamenti violentiam, ob quam videlicet mordicatio etiam prouenit. Vasorum autem imbecillitas, tum ob ingentem defatigationem, tum ob intemperantiam, quæ immodicas purgationes præcedit.*

1 Vasorum reseratio, imbecillitàsq; vnde accidant.



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIBER IIII.



CONSTAT *igitur vniuersas corporis partes perpeti afficiq; ab alterantibus qualitatibus, quemadmodũ lingua afficitur, sed paßionum sensum non exactè per*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ctè percipere: at linguam ob perfectionẽ, quam habet, sensus, posse naturas earum omnium dignoscere: tametsi passionum similitudinem inuenire sit etiam in aliis partibus vniuersis, ac præcipuè in exulceratis. Quandoquidem cutis duritas densitásque prohibet, quò minus foris incidentium facultates intrò in carnem penetrent.

CAP. I.

SIc enim & illud ab Hippocrate dictum est: [1] Vlceribus frigidum mordax: tametsi cuti, prius quàm exulceraretur, mordax nequaquã esset. Porrò quæcunque frigus contingit, eorum & contrahat, & condenset, & cõstringat substantiam, primúmque tenues tum excernantur humiditates, sicuti ex oculis lacryma, ex naribus mucus, necesse est: postea verò etiam mordax appareat, licet alia ratione, quàm in calido. [2] Nec enim erodendo quod continuum est, sed diuellendo, mollémque substantiam in arctum contrahendo, ac breuiter ipsius partis continuitatem per diuulsionem soluendo, molestum, ac mordax est frigidum. Cæterùm vt in his protinus contractionis condensationísque, sic in illis quæ calore suo mordicant, dissolutionis & fusionis sensus percipitur. Ad hæc, in refrigerantibus quidem, vtcunque tardior est atque cunctantior mordacitas: in excalfacientibus verò quàm celerrimè penetrat. [3] Quamobrem medicaminum mordicantium, alia sanè calida facultate,

1 Vlceribus frigidum mordax.

2 Frigidũ qua ratione sit mordax.

3 Mordicãtium alia sunt facultate calida, alia frigida.

tate, alia necessariò sunt frigida. At quæ moderatè calida sunt, quæque temperata potius, quàm calida, dici deberent, vt poculum atque balneum dum mediam temperiem sortiuntur, nobis grata & amica existunt. Funditur enim per ea, quod in corporibus nostris constiterat atque concretum fuerat, vnde animantibus voluptas maxima oritur. At si quis in eis immoretur diutius, sensim quidem & ipsa molesta euadunt, ídque non, quòd mordicatione infestent, sed quòd substantiam nostram soluentia digerentiáque, deliquium animi, ac tandem mortem inducant. Quæ autem his calidiora sunt, secant, distrahúntque substantiam: quare necessariò mordacia videntur, vt tum aqua feruens, tum ignis.[1] Igitur subiectam materiam contrahere, condensaréque, frigidi semper est proprium:[2] fundere autem atque liquare, calidi: vtriusque verò immoderatius aucti, communis est mordicatio. Verùm quæ à summa frigiditate, aut caliditate absunt, minimè cutem mordicant. Plurimum autem ad id genus affectiones facit essentiæ medicamentorum vel tenuitas, vel craßitudo. Siquidem frigida quæ tenuiũ partium sunt, quum magis in profundum trãseant, vehementius mordicant. Calida verò quæ crassarum sunt partium, quoniam plus vlcerant, vehementius idcirco affligũt. Tenuiorum itaque partium aër est, craßiorum terra: medium

1 Condensare materiam, frigidi semper est propriũ
2 Liquare est propriũ calidi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dium eorum tenet aqua. [1] *Sed aër accensus fit flamma:* [2] *terra autem pruna: at aqua, vehementem sanè caliditatem recipit, sed nec flamma, nec pruna, propter innatam humiditatem, efficitur.* [3] *Siquidem flamma & pruna, ignis sunt genera: ignis autem omnis, calidus est & siccus:* [4] *at aqua sicca vt sit, fieri nequit. Nullum autem est adeò calidum pharmacum, vt flamma, aut pruna, aut aqua feruens. Procedit tamen vsque ad vstionem ipsa medicamentorum caliditas, vbi in crassa consistit essentia. Quæ verò subtilium partium sunt calida, nonnunquam omnino non mordicant, sed calfaciunt duntaxat. Est vbi mordicent, non tamen vrant.*

1 Aër accēsus fit flāma.

2 Terra accēsa fit pruna.

3 Ignis genera sunt flamma & pruna.

4 Aqua esse sicca nō potest.

CAP. II.

Porrò [5] *quæ celeriter in tenuia soluūtur, tenuium dicūtur partium: quæ id perpeti nequeunt, crassarum. Quòd ergo ea soluantur, calor animalis, cui applicantur, est causa: quòd in tenues crassásve partes comminuantur, id à propria natura obtinent. Quocirca refrigerantiū medicaminum ea quæ crassarū sunt partiū, mordicare nequeunt, quòd extimā cutis superficiē penetrare non valeāt.* [6] *At quæ tenuiū sunt partium, maximéq; si inæqualem temperiē sortiantur, valenter mordicant. Sed suprà demonstratum est, inæquabilia esse propemodum omnia: vbi ostenderemus & in vino, & in oleo,*

5 Tenuiū & crassarū partiū quę esse dicantur.

6 Mordicare quæ valeant.

quæ

1 Medicamenta omnia facultatibus constant contrariis.

quatuor reperiri succos diuersos, [1] *in summãque vniuersa medicamenta facultatibus cõtrarijs constare. Enimuerò acetum, tametsi ingenitam vini caliditatem amiserit, ex putredine tamen sibi aliam adeptũ est. Quippè vinosæ vini partes, dum ipsum in acetũ transit, refrigerãtur: at aqueum recrementum putrescens, adscititiã caliditatem acquirit, veluti quæ putrescunt omnia:* [2] *fitq́; acetum quiddã ex contrarijs facultatibus mistũ partim refrigerãtibus, partim calidis sicuti vstorum lignorũ omnes cineres, qui ex adustione nõnullas partes igneas conseruãt, quas macerati postea solent in aquam deponere.* [3] *Hanc enim aquam marinæ & muriæ per omnia correspondentem, vulgò Lixiuiũ appellant.* [4] *In vniuersum autem, quod tantùm est acidum, quicquid id fuerit, planè frigidum est, eóq; vti contra omnes calidos affectus cõmodissimè poteris:* [5] *vt omphacij succo: qui quidem quum omnino acidus sit, perfectè etiam refrigerat, vnicéq; ardoribus prodest, inimicus affectionibus frigidis, quemadmodum omnia exquisitè refrigerantia. Ea autem quæ quum acida sint, habent etiam saporem quendam acrem permistum, qualis planè inest aceto, haud dubiè nonnihil caliditatis poßident. Verùm si frigiditati adstrictio coniuncta sit, aliud est frigiditatis genus.* [6] *Quippe acida frigiditas tenuium est partium:* [7] *at adstringens, crassarum.*

2 Acetũ ex contrariis facultatib⁹ constat.

3 Lixiuiũ.

4 Acida omnia sunt frigida, quatenus acida sunt.

5 Omphaciifacultas.

6 Acida frigiditas, tenuium est partium.

7 Adstringens frigiditas crassarum est partium.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

CAP. III.

NOn igitur ſola ratione per methodos logicas nos exerceri oportet,[1] ſed exercere etiam ſenſum in ſaporibus ſingulis: quod fiet, ſi omnia ea ſedulò experiamur lingua, quæ vnanquanque qualitatem præ ſe ferunt manifeſtiſsimam. Vt ſi acrimoniam cogitatione complecti velis, in allio, cæpis, atque his ſimilibus, ea ſæpè guſtando, te exerceas oportet. Sin adſtrictionem, in galla, rhoë, & ſimilibus. Si amaritudinem, tum in nitro, tum felle. Si qualitatem saporis expertem, in aqua immuni ab omni qualitate adſcititia. Nam hinc exorſus, promptius ad aliorum obſcurorum omnium ſaporum cognitionem peruenies.

1 Sēſus quo pacto exercere debeamus.

CAP. IIII.

SI nautem qualem præbet ſenſum aqua planè omnis qualitatis vacua, talē in re aliqua ſicca inuenias, ea nimirum mediam conſtitutionem ſortietur, aut certè ad frigidius paululùm inclinabit. Quòd ſi talis quum ſit in caloris & frigoris differentia, inſuper cōſiſtentiam nacta ſit ſiccam, terreſtris ſit, ac citra morſum deſiccet, eſt neceſſe.[2] Atque huius generis medicamenta omnia medici appellant emplaſtica.

2 Emplaſtica medicamenta quæ dicantur.

CAP. V.

DVplex[3] autem eſt emplaſticorum natura: altera exactè terrea & ſicca: altera viſcoſa quidē omnino, ſed ex aqua & terra, & ple-

3 Emplaſticorū natura duplex.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

runque etiam aëre commista: sicuti oleum dulce. 1 Olei partes. *[1] Hoc siquidem ex aërea, terrea, aqueáque essentia conflatur. At oui albumen, ex iisdem quodammodo, sed magis terreum est oleo. Quin & quod lactis est caseosum, emplasticum quoque est:* 2 Adipis differētiæ. *[2] & suillus adeps. Nam tauri, & hirci pinguedo, acrimoniam & multam, & igneam poßidet: bouis item, ouísque adeps acris existit. Porrò anseris & gallinacei calidior est pinguitudo, & siccior quàm suum, necnon subtiliorum partium, & minimùm terrestris, sicuti & auium omnium. Quæcunque ergo pinguedines nondum vllam nactæ sunt acrimoniam, emplasticam & illinendi poros poßident facultatem: eámq; tantò efficaciorem, quantò sicciores, magísq; terrenæ fuerint.* 3 Cera elota est emplastica. *[3] Huiusmodi enim est cera elota, quæ ex melle tum aquosiore, tum minimè mordaci conficitur.*

CAP. VI.

4 Adstringentiū natura. *ADstringentia [4] porrò terrena sunt, & crassa corporis consistentia, qualitate verò frigida.* 5 Acidorū natura. *[5] Acida autē tenuitate pollent corporis, sed perinde vt adstringētia, refrigerāt.* 6 Fructuū sapores. *[6] Etenim arborū fructus, quotquot nobis, vbi maturuerunt, dulces apparēt, nuper enati, acerbi siccíq; sunt consistentia: progressu verò temporis humidiores redduntur, acquirúntq; ad acerbitatem, aciditatem quandam: quam exuēntes sensim, postea dum perficiuntur ac maturescunt,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dulces euadunt. [1] *Sunt qui nō in arboribus, sed posteaquàm repositi aliquandiu fuerint, dulcedinem indipiscantur. Alij non interueniente aciditate, paulatim in dulcedinem transeunt.* [2] *Omnes tamen coquuntur & maturescunt calido:* [3] *quod quidem duplex existit: alterū nempe & proprium, & cuiq; ingenitum: alterū externum, à sole videlicet, sed naturæ ipsorū conueniens & familiare. Si igitur, quum initio acerbi essent, tempore maturescentes dulcescunt: sequitur ex calore ipsis prouenire dulcedinem, acerbitatem verò aciditatémq; ex frigore. Ad hæc etiam, initio quidem lignosi quum sint, necnon sicci & acerbi, postea verò humore adueniente reddantur acidi:* [4] *palàm est saporem acerbum acido magis terrenum existere. Quinetiam si ab acerbo sapore manifestè linguam contrahi, siccari, asperaríque contingit (quæ vnius frigiditatis sunt opera)* [5] *liquet planè frigidum esse saporem acerbum. Quoniam verò inæquabiliter etiam desiccat (id enim est, quod exasperat) fuerit vtiq; omnino etiam terrenus: nam aqueus omnia æquabiliter penetrat.* [6] *Præterea, velox quidem acidorum saporum transitus in partibus fit sentientibus: acerborum autem tardus. Tum acida quidem in alto magis agere apparent, in superficie autem acerba. Quæ omnia crassarum esse partium acerba indicant, acida verò tenuium. Cæterùm vtraque*

1 Fructuū differētiæ.

2 Fructus omnes coquuntur, & maturescūt calido.

3 Calidum duplex.

4 Acerbus sapor acido magis terrenus existit.

5 Acerbus sapor est frigidus.

6 Acerbi & acidi saporis discrimen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dicuntur adstringere, tum quæ acerba sunt, tum quæ austera: sed in maioris minorísq; ratione differunt. Insunt autem ipsis medicamẽtis qualitates complures, non diuersæ modò, sed pugnantes etiam, atque interim subcontrariæ. Quare vbi adstringentium, exempli gratia, diligenter explorare actionem contendis, ea tantum disquiras, quæ gustui exquisitè acerba videntur, nullámque saltem manifestam habent qualitatem admistam. Quæ quidem vbi nactus fueris, tum in optima sanorum corporum constitutione tum in affectibus simplicissimis, de illis facies periculum. Nam si corpus sanum manifestè cernatur refrigerare, & calidis prosit affectibus, intrepidè sanè poteris, de adstrictione ipsa, quòd refrigeret, pronuntiare. Sin contrà appareat, taléque medicamen acerbum in illis conspicuam caliditatem inducat, calidum natura putandum est: in cæterísque saporibus pari iudicio experiundum. Ego verò, etsi facultates medicamentorum vel citra sapores sola experientia noscuntur, vsus tamen prædicta methodo,[1] omne exquisitè adstringens, frigidum perpetuò comperi nonnulláq; modicè dulcia, aut amara, aut acria, simul cum adstrictione sum expertus etiam apertè refrigerãtia. Item quæ adstringũt pariter atq; acida sunt, ea quoq; manifestè refrigerare experientia didici. Sola verò dulcia omnia pro dulcedinis modo

1 Adstringens omne exquisitè, esse frigidum.

prot

protinus etiam calorem continent. [1] *Quocirca eorum quæ admodum dulcia sunt, nullum omnino est frigidum.* [2] *At amara omnia calidam poßident facultatem.*

1 Dulcium nullum esse frigidū.
2 Amara omnia calida.

CAP. VII.

AVsterus igitur sapor, exolutus acerbus est. [3] *Quum autem corpus acerbum, terreum sit atque frigidum, tripliciter necessariò exoluitur: nēpè aut incalescens, aut humescens, aut vtrunq; simul perpetiens.* [4] *Si ergo incalescat duntaxat, solidam dulcedinem contrahet, qualis castaneis inest. Sin tantùm humescat, siquidem ea crassarum sit partium, & aquea humiditas, austerū euadet: sin verò aërea, acescet. Si pariter humescat & calfiat, humiditate quidem aquea, in dulcedinem, aërea verò transibit in pinguitudinem. Ac sanè secundùm propositarum qualitatū misturas, varias fructus mutationes sortiuntur.* [5] *Cæterùm acerbus ad extremum perseuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, & corni. Acerbus simul & dulcis, myrti fructus est, pyri agrestis, & roboris. Austerus vnà & dulcis, palmarum fructus. Pinguis exactè, tum fructus, tum succus oleæ.*

3 Acerbum corpus exolui tripliciter.
4 Acerbitatis in alias qualitates mutatio.
5 Saporum differētiæ in variis fructibus.

CAP. VIII.

QVicūq; [6] *ergo fructus oleosi dūtaxat sunt, edēdo ij sunt, & dulces. Quibus verò alterascentibus amaror aduenit, ij edi nō possunt.* [7] *Quippè amarū omne edi nequit, taléq; effi-*

6 Fructuū quinā sint vesci, & qui minimé.
7 Amara edi nequeunt.

1 Dulcis sa citur à caloris excessu. [1] Verùm dulce omne ca-
poris natu lidum est: nec immodicè calorem nostrum exu-
ra. perat, sed inter limites se continet fundentis, læ-
uigantis, mollientis. Quum autem quædam sint
quæ vna, quædam quæ duabus in sese qualita-
tibus & agunt & patiuntur: quædam verò e-
tiam totis substantijs suis: in horum certè nume-
ro medicamenta non pauca ponuntur: sicuti &
2 Nutrimẽ nutrimenta vniuersa: [2] quorum duplex est ge-
torum du- nus. Siquidem quædam sunt pinguia, vt ipsa
plex gen⁹. pinguedo: quædam dulcia, magis minúsve, vt
omnia illa, quibus nutrimur.

CAP. IX.

3 Nutrimẽ Est [3] tamẽ & pingue ipsum & quicquid nu-
tum omne trit, dulce. [4] Nam quum nutritio, euacua-
esse dulce. ti repletio sit: quod euacuatum autem est, fami-
4 Nutritio liare & benignum esset: certè etiam id quod
quid. nutrit familiare, iucundum, & amicum sit est
5 Nutrimẽ necesse: [5] ac proinde calidum modicè respectu
ta esse me- illius quod nutritur. Sed in hoc nõ parua est ma-
diocriter ioris minorísq; ratio: quandoquidem nec ad ci-
calida. bos accedimus exactè secundum naturam affe-
cti. Corpus siquidem eorum qui cibos appetunt,
sit duntaxat inanitũ oportet, si absoluti futuri
sint familiaris ipsorũ qualitatis cognitores. Nã
si præter id calidiores, quàm conueniat, aut frigi-
diores euaserint, non solùm quæ nutriãt, verùm
6 Iucundũ etiam quæ refrigerent aut calfaciant, postula-
esse duplex bũt. [6] Quocirca cibi quoq; illis aliàs alij iucun-
genere. diores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

diores videntur. Nam quum duplex sit genere iucundum: alterum, quod impleat id quod vacuatum est: cuiusmodi est nutrimentum: alterum quod medeatur ei quod alteratum est: id quod medicamentum existit: euenit vtique cibis, vbi non modò vacuatis exhibentur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, vt duobus nominibus delectent: vt cibi scilicet, & vt medicamenta. Quamobrem nec eduliorum nec medicamentorum vna est animantibus omnibus species: siquidem pro sua vnaquæq; familiari substantia simul & affectione sũ delectantur, tum iuuantur ab vtrisq;. Sed si hæc sic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoque erit calidum: quod dulcius, tantò nimirum erit calidius, quantò videlicet dulcius: sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dulce erit, sed iam apparebit amarum.

CAP. X.

Etenim [1] vt à moderato calore bifariàm cuique corpori dulcedo prouenit (partim enim sunt proprio & insito calore dulcia, partim verò adscititio) ad eundẽ modum amara. Alia nanq; sunt, quæ suapte natura excalfaciunt: alijs autẽ id accidit ab acquisititio calore accẽsis. [2] Porrò dulcia omnia proximè accedũt ad naturam eorum, quibus apparẽt dulcia, idq; aut proprio calore, vt mel: aut acquisititio, vt sunt omnia quæ ab igne præparãtur. [3] At mu-

1 Dulcedo à moderato calore prouenit.
2 Dulcia proximè accedunt ad naturã eorũ, quibus talia videntur.
3 Mustum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſtum nō ſuo modò, ſed etiā adſcititio calore dulce eſſe videtur. Siquidem haud parū veluti ardoris ex ſolari calore tū acinis, tū alijs ineſt fructibus: à quo id, quod illis aqueū ac veluti ſemicoctum ineſt, ad concoctionē ducitur. [1] Nā ex quibuſcūq; pomis ſi ſuccū exprimas, eū protinus nō ſecus atq; muſtū ferueſcere depræhēdes: tantò tamē feruoris diſcrimine, quāta erit vnius fructus ab alio in calore diuerſitas. Cæterùm vbi quod ſemicoctū erat, trāſmutatū iā fuerit, euanueritq; is, qui excitabat feruorē, calor, iam tū deniq; ſyncerę ſuccorū proprietates cernuntur, propriáq; vinorū natura agnoſcitur. [2] Iā verò, quæ inueterātur, vina omnia calidiora redduntur: ac primùm quidē quandā dulcedinem acrimoniámq; adſciſcūt: quæ verò prius inerat illis adſtrictio, auſteritáſq;, tēpore ipſam deponunt. Dein rurſus acrimonia increſcente, dulcedinem indies abijciunt, paulatímque amareſcunt. [3] Vnde cōſtat dulce eſſe calidius auſtero, [4] ſicuti & dulci amarū. Atqui ſi verū eſt dulcedinem prouenire à moderatione caloris, [5] patet adſtrictionem à frigido vincente perfici.

1 Succū cuiuſuis pomi ferueſcere, vt muſtum.

2 Vina vetera calidiora.

3 Dulce eſt calidius auſtero.

4 Amarū eſſe calidius dulci.

5 Adſtrictio à frigido oritur.

CAP. XI.

VT igitur vinum acerbum, tēpore dulcius primùm, mox acrius amariúſq;, vltimò verò planè amarum naturaliter redditur: ad eundem modū quod veluti rigorē præter naturam perpeſſum eſt, protinus acidius efficitur: ac

ſi

si prorsus refrigeret, acescit penitus. Præterea quod in vindemia ipsa per aßiduã pluuiã aliena humiditate fuerit imbutũ, leui occasione acescit. [1] *Contrà verò accidit ijs, quæ talia quum sint, igni admouentur: nã & protinus, & progressu temporis dulciora reddũtur: tãdémq; si perdurauerint, alijs similiter amarescũt. Quũ itaque omphax sit acida, vua verò dulcis,* [2] *ac fructibus omnibus maturatio à solari calore proueniat, planũ est, imperfectius & frigidius esse, quod acidũ: perfectius verò & calidius, quod dulce fuerit. Cæterùm diuersis viribus acetum atq; succus omphacis cõstãt.* [3] *Nã acetum proprio quidẽ vini calore, est frigidũ: adscititio autẽ, cõtractóq; ex putredine calidũ.* [4] *At omphacis succus calorẽ non habet, ac proinde nec acrimoniã. Præterea omphacis succo acetũ tenuius est. Quamobrẽ frigiditas, quæ ab aceto infligitur, excellit eã quæ procedit à succo omphacis, ídq; & vehementia, & mistione. Nam tametsi succo omphacis ne minima quidẽ caliditas insit, aceto autẽ acrimonia quædã excalfaciens: hæc tamen satis nõ est ad superandã ab aciditate prouenientẽ frigiditatẽ: sed potius veluti sternẽs viã, atq; aperiens meatus, illius celeritatẽ promouet. Caliditas siquidẽ, quæ à præcedẽte aceti acrimonia oritur, protinus à frigore insequẽtis aciditatis extinguitur, ita vt multò maior ex aceto frigiditas percipiatur. Adhæc*

1 Vinaigni admota, dulciora reddi.

2 Maturatio fructibus omnibus à solari calore prouenit.

3 Aceti facultas.

4 Omphaciũ & acetum in quibus differant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

autem, si pari mole acetum melli permisceas, aceti frigiditas superabit mellis caliditatẽ, eóq; magis, quò fuerit maior aceti copia. Quòd si multò plus mellis, quàm aceti, indideris, parem calorem atque frigiditatem in ea mistura cõperies. [1] Siquidem multis numeris acetũ plus ab ijs quæ moderatè sunt calida, ad frigiditatem recessit, quàm mel ad caliditatẽ. Porrò omphacis succus, qui & ipse ([2] vt omnes fructus in primo sui ortu) est acerbus, ad ardentia hypochondria longè præstantior est, quàm acetum, quòd nec violentam, nec ferientem, nec mordaci calore iunctam frigiditatem sortiatur.

1 Acetum magis refrigerat, quã mel calefaciat.

2 Fructus omnes in primo sui ortu esse acerbos.

CAP. XII.

Porrò quòd vina quædã inualida vere atq; æstate acescãt, quódq; vehemẽtius mota, in meridianísq; locis reposita, idẽ etiã patiãtur: cõtrà verò hyeme, atq; versus Aquilonem defossa, integra & secundum suas vires seruẽtur, nonnulli à calore nasci aciditatẽ existimarũt. [3] Se autem ij falsos esse deprehendent, vbi viderint nõ calida & vetera vina, sed quæ principio sunt frigidiora, sic per calorem acescere.

3 Vinorũ quænam acescant.

CAP. XIII.

Persimile autem quid vinis accidit, quæ natura frigidiora aquosioráq; sunt, quale flãmis exiguis & imbecillis. [4] Quippè si eas ad feruidum solem exponas, prorsus obscurari, aut etiam extingui cõspicies. Quòd si valido etiam

4 Flammulas extingui à feruido sole.

flatu

flatu cõcutias infirmam ac paruam flammam, citius illam extinxeris, quàm inauxeris. [1] *Natura enim infirma validum nec motum, nec calorem sustinet. Cæterùm multis in locis fortiora vina, ex industria commouent & transportant, necnon soli exponunt, & calfaciũt, ac deniq; ad Meridiẽ obuertũt cellas, vt citius sic maturescant & potui idonea euadant. Nam quod multo tempore alijs, hoc ijs, quæ sic excalfacta sunt, breuissimo accidit. Quemadmodum igitur exercitia valida & sol calida & robusta corpora etiam validiora efficiunt, prosternũt autem, digerũt, & refrigerãt quæ nõ sunt eiusmodi:* [2] *sic vina natura calida, motus veluti ventilans, sol excalfaciens flãmáq; iuxtà ardẽtes, celerius cõcoquũt: quæ verò frigidiora & aquosiora existunt, eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriúsque perpeti cogunt, quæ alioqui pòst passura essent:* [3] *quum nimirũ res quælibet in propria natura seruetur calore proprio: corrũpatur autem ab immoderatione extrinseca, non minus caloris, quàm frigiditatis.*

1 Infirmã natura validum neq; motũ, neq; calorem sustinet.

2 Vrina calida à quibus concoquãtur celerius.

3 Calore proprio seruantur singula, corrumpũtur contrario.

CAP. XIIII.

IN vniuersum autem [4] *aciditas nascitur calore quidem mutante, non autẽ vincente siue alimentum, siue medicamentum: quemadmodũ videre est in acidis ructibus, qui à semicoctis cibis oriuntur. Quod autem opus sit calore alterãte, argumẽto sunt lac, & ptisanæ succus, quæ*

4 Aciditas vnde oriatur.

temp

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tempore æstiuo citius acescunt, quàm hyeme. [1] Quum enim sapores acidi sint essentiæ simul tenuis & frigidæ, quemadmodū constitutio Borealis, nasci certè sine calore non possunt: sicuti nec ille ipse aër: ac proinde licet frigidi sint omnes sapores acidi, nullū tamen eorū quæ extremè refrigerando enecant, acidū est. [2] Exploranda porrò acidi saporis natura est in oxalide & oxylapatho, vt in quibus reperiatur maximè syncerus & simplex. Etenim quod propriè in saporibus appellatur acidum, à sola lingua percipi potest, sicuti & acre: cæterùm quod vtrique est commune, nempe mordacitas, etiam à tactu sentitur. [3] Porrò ex quatuor elemētis impari mistura coëuntibus particulatim omnium corporum constant generationes. Ex ea autem imparitate perficiuntur proprietates corporum particularium. Quippe ex elementorum inæquali mistura, plantarum: ex plantis autem, animalium proprietates oriuntur. Ac transeūt sanè quædam protinus in se mutuò: nonnulla mediantibus alijs: veluti terra in triticum, hordeum, & alia id genus: rursum horum singula in carnem humanam: quum tamen ipsa terra caro vt fiat sit impoßibile, transiliendo eam quæ in medio est mutationem. At eorum quæ in sese mutuò transeūt, quædam celerem, quædam diuturnam alterationem obtinent. [4] Verùm quæ maximè sunt inter se similia, celerē: quæ

1 Acidi sapores sunt essentię simul tenuis & frigidæ.

2 Acidus sapor syncerus in oxalide & oxylapatho reperitur.

3 Generationes omniū corporū ex quatuor elemētis cōstare.

4 Similiū faciliorem esse transitum in se inuicem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quæ dissimiliora, tardiorem. [1] *Lingua igitur exactissimo sensu prædita omnes qualitates dijudicat, necnon familiaria & similia, ab ijs quæ sunt contraria, discernit.* [2] *Cuius vsus gratia in hanc solam particulam complures nerui inseruntur, quum in aliarum singulas inseratur aut vnus tantùm, aut alter, nec is magnitudine insignis. Quum igitur quædam naturæ nostræ magis sint familiaria, quædam minus: atq; hæc quidem temperamento huic, illa autem illi: necessariò plures qualitates ipsius gustus existunt.* [3] *Cæterùm omnium, quæ nutriunt, cõmunis dulcedo est: quandoquidem quicquid nutrit, necessariò plus aut minus sit dulce oportet. Quæ verò non nutriunt, ea aut non dulcia, aut salsa esse, est dicẽdum.* [4] *At verò id quod cuiq; rerum familiare est, vnum est: nam & natura eius est vna: quæ autem aliena, complura, partim plus, partim minus à substantia eius dissidentia. Porrò quæ dulcia simul & acerba sunt, ea crassioris essentiæ sunt, & temperaturæ frigidæ. Quæ acida simul & dulcia, tenuiora sunt, quàm acerba, refrigerant tamen & ipsa. At amara, calida sunt,* [5] *sed acria his calidiora. Nutriunt ergo hæc omnia, si iunctam habeant dulcedinem. Per se autem nullũ dictorum nutrit: quorum saporum mistiones minimè quidem fiunt subitò, sed in alteratione consistunt. Nam ijs quæ à natura mutantur, sensim fiunt*

altera

1 Linguæ facultas.

2 Linguæ cur plures nerui tributi.

3 Dulcedo est communis omniũ quæ nutriunt.

4 Familiare cuiq; esse vnicum, aliena autem, plura.

5 Acria amaris calidiora.

alterationes. Sicuti igitur quod est summè dulce, aptum esui est: quod verò exquisitè amarum, ineptum esui: ita quæ in medio sunt eorum, nutriunt quidem, verùm minùs, quàm dulce. Eadem ratio est in cæteris qualitatibus: siquidem præter dulcem nulla nutrire potest.[1] At elementa multò sanè etiam minus nutriunt, nullámque gustui qualitatem offerunt.

1 Elementa nec nutriunt, nec vllam gustui qualitatem offerunt.

CAP. XV.

SEd quemadmodum edulia, quæ nutriendorum naturæ quàm simillima sunt, ea & dulcedinem præ se ferunt, nec vllam præparationem requirunt: sic quæ temperaturam nacta sunt remotiorem, alia cōdimentis, alia coctione, alia vtroq; indigent.[2] Etenim cōdimenta, quũ ex se edendo non sint, suauitatem tamen ijs quæ per ipsa præparantur, conciliant, quòd illa reducant ad medium. Apparet etiam natura calidi, quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atque in aliam mutare speciem. Quædam tamen suauiora, quædam insuauiora igni applicata redduntur: sicuti & quædam longo tempore, quædam minimo, vt coquantur, indigent. Etenim quæ nutriendorum corporum temperaturis similia sunt, ea vel citra coctionem, aut præparationem, iam dulcia apparēt. Quæ verò dißimilia existunt, omnia insuauia sunt, antequàm præparentur.[3] Atq; ea quidē quæ nimis calida sunt, frigido corrigi debēt: quæ verò impen

2 Cōdimētorũ vsus.

3 Alimēta intēperata quomodo corrigēda.

pensè frigida, calidorum mistura obsoniorum, & igni. Ad eundem modum humiditate, quæ terrea sunt & sicca: siccitate, quæ humidiora sunt, quàm expediat. Maximam eorum, quæ dicta sunt, faciet fidem, quæ in ore fit transmutatio. Nam qui plusculum sustinuerunt ieiuniũ, ijs saliua salsa redditur: qui verò plurimùm, amara. Sic etiam vniuersum corpus biliosum redditur. [1] Est autẽ ipsa flaua bilis, amara: atra autem, acida: sanguis qui secundum naturam est, dulcißimus: at pituita linguam contingens, nunc dulcis, nunc acida, nunc salsa videtur.

1 Humorũ, qui in corpore sunt, sapores.

CAP. XVI.

Nihil igitur mirũ, nec cur rerum omnium dulcißimum mel, succũ generet amarißimum: [2] nec cur id maximè ætate florẽtibus & calidis natura, & febrientibus accidat. [3] Nam vt foris, quũ plusculũ igni admouetur, amarũ efficitur, ad eundem modum in animantiũ corporibus, vbi syncerum validúmq; nactum calorem fuerit, biliosum succũ procreat. At in temperaturis & affectibus frigidioribus, facilè in moderatum sanguinem vertitur. Nec verò ab alieno tantum calore, sed à suo etiam proprio, [4] mel amarum temporis spatio redditur. [5] Porrò lac, etiãsi gustu sit dulce, ex se tamen nũquã amarũ efficitur. Vincitur enim in eo caliditas à frigiditate: ac proinde acescit repositũ. [6] Cõstat autem ex tribus substantijs, qualitate diuersis,

2 Mel quibus in bilẽ vertatur.

3 Mel plusculũ igni admotum amaricat.

4 Mel temporis spatio amarescit.

5 Lac nunquam amarum effici.

6 Lac ex tribus substãtiis constat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

prima quidem craſſa, ex qua caſeus conficitur: ſecunda pingui, ex qua butyrum: tertia aquea, quam nominamus ſerum. Ex quibus pinguis quidem, maximè tẽperata eſt: craſſa verò paululùm ab ea declinat: excremẽtum autem illud ſeroſum, frigidum eſt & humidũ. Si igitur guſtari lac poſſet, vbi in ventre & per venas concoctum eſt, ipſo melle dulcius inueniretur. [1] *Nã quod foris & ex ſeſe mel obtinet, id dum coquitur, lac accipit: & quum admodum ingens calor in animante extiterit, tantam acquirit lac dulcedinem, quantam deperdit mel. Rectáque id ratione euenit. Etenim quod ſummè dulce eſt, ac proinde nihil apponi ad eius dulcedinem poteſt, id vt in conſequentem verti pergat qualitatem, eſt neceſſe. At cui quid deeſt, id per concoctionem acquirit.* [2] *Verùm lac, vbi cruditatem in ventre perpetitur, in frigidiori quidem, aceſcit: in calidiore nidoroſum amarúmq; efficitur: nunquam autem inter coquendum mel aciditatem contrahit. Porrò vtraq;, tum quod acidum eſt, tum quod amarum, linguam mordicant.* [3] *Cæterùm mordacitas ipſa, à tactu propriè, non à guſtu, ſentitur: tribúſq; iſtis ſaporibus, acido, amaro, & acri, eſt mordicatio cõmunis: verùm acido quidem, vt frigido ſimul atque ſubtili: amaro verò & acri, vt calidus.*

1 Lac incidens in vẽtriculi ingentem calorem, tantam dulcedinem contrahit, quã tam amittit mel.

2 Lac quomodo in alienas qualitates mutetur.

3 Mordicatio acido, amaro, & acri ſapori eſt communis.

4 Acer ſapor eſt calidus.

CAP. XVII.

QVod [4] *ſapor acer ſit calidus, nõ eſt cur in de*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

in demonstrando sim anxius: quandoquidem id nemo addubitat, & euidentia sensus demonstrationis fidem præuertit. [1] Porrò quæ ex acribus idonea sunt esui, dulcem quandam, etsi obscuram, necessariò habent qualitatem admistam. Proinde multis ipsorum pro obsonio vtimur: multis verò, vt condimentis tantùm: at vt cibo, ipsorum omnino nullo, ídque ob virium vehementiam. [2] Eorum autem quæ non eduntur, alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamẽta: omnia* tamen cuti nostræ imposita, celeriter vlcus moliuntur. Sunt & quæ ne gustare quidem audeas, cuiusmodi sunt cantharides, thapsia, & ea quæ erosione aut putrefactione interimunt. Multa verò etiam ipso statim odore pugnantiam cum homine indicant: veluti & hæc ipsa quæ nunc diximus, & ex summè refrigerantibus, cicutæ, papaueris, mandragoræ, lycopersij, & hyoscyami succus. [3] Terminus autem siue finis saporis amari est abstergere: acris verò, vrere: at dulcis, nutrire: vbi in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, minimè alienis qualitatibus offuscatus. [4] Porrò quod in vlceribus nati sunt præstare amari sapores, id ipsum assumpti in corpus efficiunt. Abstergunt quippè & expurgant, quæque in venis est, craßitiem incidunt. [5] Quamobrem menses mouent: educendóque ex pectore & pulmone puri auxiliantur: comitialíque etiam compe-

1 Acria esculenta, necessariò habẽt admistã dulcedinem.

2 Acrium medicaminum differentiæ.

3 Saporum singulorũ qualis sit finis aut terminus.

4 Amari saporis facultas.

5 Amara quib9 morbis conueniant.

tunt morbo: si modò naturam deleteriam non habeant. Iis tamen, qui sanguinem expuunt, sunt noxij. Aristolochia autem, iris, & panax, adeò amara sunt, vt proximè ad saporem acrẽ pertingant: ob ídque nec abstergant tantùm, sed etiam exedant & mordicent. Staphis agria etiã nihil ab istis amaritudine vincitur: [1] *éstq; iam adeò & acris & calida, vt non modò sordem vlceribus auferat, sed ipsam etiam carnem colliquet.*

1 Staphis agria colliquat carnem.

CAP. XVIII.

2 Acrium saporũ facultas.

IGitur [2] *sapores acres, primùm exactè esse calidos dicimus: dein exedentes, vrentes, crustam mollentes, & colliquantes, si vel ipsi cuti imponantur. Nam intra corpus assumpti, si quidem tota substantia animanti aduersentur, ipsum putrefacientes corrumpunt: sin verò caloris immoderatione duntaxat, si crassæ sint essentiæ atque terreæ, interna exulcerãt: sin tenuis, vrinam atque sudores promouent: in summáque, incidendi & digerendi in halitum obtinent facultatem. Ex quo genere quidam tum expuitionibus ex thorace, tum mensium motibus auxiliantur.* [3] *Nec verò sola vehementi caliditate ab amaris acres sapores differunt: sed quòd amari omnes non modò calidam habeant facultatem, sed etiam siccam, & fuligini asimilem, nimirum à dulcibus excalfactis & exiccatis suam suscipientes generationem:*

3 Acres sapores quomodo ab amaris differant.

tionem: acres autem, quicunque amari nõ sunt, admistam nullam humiditatem sortiantur: quo fit, vt eiusmodi corporum à nobis non pauca esi tentur. Cæterùm adstringentibus medicamentis non parum tenuiora sunt medicamẽta amara, acribus verò crassiora. Quare nec facilè crassos viscidósque humores pertranseunt, veluti ea quæ tenuiori essentia sunt prædita: nec ad incidendum inepta sunt, perinde vt crassiora. [1] *In medio siquidem sint vtriusque excessus oportet, quæ incisura sunt.* [2] *At verò ferro lapidíque ignito, ea quæ per erosionem interimũt medicamenta, similia sunt: quæ à corporis nimirùm calore huc perducuntur: veluti chalcitis, misy, sory, arsenicum hydrargyros, lithargyros, & alia innumera.* [3] *Crassarum enim sunt partium id genus omnia, & potestate calida: proindéque temporis spatio accensa, per eam quæ ab animante proficiscitur mutationem, non aliter quàm lapis ferrúmque ignitum, ventrem tum exulcerant, tum exurunt: quum scilicet in corpus distribui præ grauitate non possint. His tamen tenuiora sunt, calx, cantharis, lepus marinus: necnon aristolochia, & iris: quæ quidem vltima duo, & magis sunt illis acria, minimèque deleteria existunt.* [4] *Cantharis autem modicè sumpta, quibúsque oportet admista, non modò nihil offendit vesicam, sed renes etiam expurgat.*

1 Incidẽtia qualia esse debeant.

2 Erodẽtia medicamẽta ferro esse ignito similia.

3 Erodẽtiũ species variæ.

4 Cantharis commodè exhibita, expurgat renes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

CAP. XIX.

Quoditaque amarus sapor siccis temperie corporibus insit, hinc colligere est, [1] quòd & minimè omnium amara putrescãt, miniméque tum vermes, tum animalcula illa, quæ in radicibus, herbísque & fructibus putrescentibus oriri solent, producãt. Maximè nanq; videmus in humidis nasci corporibus vermes ac putrilaginem. [2] Quamobrem quæ exactè amara sunt, animantibus propemodum vniuersis sunt esui inepta: [3] quum nimirũ animal omne sit humidum. Porrò absinthium nõ solùm amarum est, sed adstringit: marina verò aqua salsa potius est, quàm amara. [4] At aqua, quæ est in lacu Syriæ Palestinæ, quem alij vocant mare mortuum, alij stagnum bituminosum, alij denique Sodomenum, gustantibus non salsa modò, sed amara videtur: éstque adeò grauis & corpulenta, respectu aliarum, vt ne si coneris quidem insiliens, in profundum deferri poßis. Ineſt enim ei salis substantia admodum grauis & terrea: ac proinde tantò est aqua quæ in eo lacu est, marina grauior, quantò marina fluuiali. Poteris autem ipse aquam marinam efficere, colliquato sale in aqua fluuiali: cognoscéque simul, quantò grauior reddatur aqua eiusmodi, quàm sit dulcis. [5] Quin & modum iam inuenerunt moderatam ad saliendum conficiendi salsuginem, si in ea ouum natare videatur.

1 Amara minimè omniũ putrescere.

2 Amara cur animalibus vniuersis sint esui inepta.

3 Animal omne esse humidũ.

4 Maris mortui cuiusmodi sit aqua.

5 Salsuginẽ eam esse ad saliẽdum optimam, cui ouũ innatare videatur.

deatur.[1] Quòd si decoquere salsuginem ipsam velis, protinus amarior reddetur. Nam quicquid salsum plusculum excalfeceris, amarum euadet.[2] Ergo in eo Syriæ lacu, quòd nimirum aqua quæ in eo est, amaricet, nullum neque animal, neque plãta inesse conspicitur. Imò quum duo in eum longè maximi fluuij confluant, pisciúmque copia scatentes, præcipuè qui propè Ierichuntem fluit, quem Iordanem appellant, nullus omnino piscium fluuiorum ostia excedit: & si captos quis in lacum inijciat, celeriter eos mori conspicit:[3] adeò est omnibus tum hominibus, tum plantis aduersum, quod amarum existit.[4] Omni autem sali obscura quædam adstringendi vis inest, qua eas quæ condiuntur carnes constringit ac densat, potissimùm vbi durus, & minimè fragilis fuerit. Talis est exactissimus quidem fossilis ferè omnis: minus autẽ illo, marinus: tum qui multis in locis aquis leuiter salsis arescentibus prouenit, tertium locum obtinet, abstergere magis, quàm adstringere contrahere'que, potens. Proximas his vires Sodomiticus habet, æquè atque marinus durus.

1 Salsa amarescere, amplius excalfacta.

2 Mare mortuum, cur nec plãtã, nec animal vllum alat.

3 Amara esse hominibus atq; plãtis aduersa.

4 Salis vires, & differentiæ.

CAP. XX.

PRopinquus est sapor salsus amaro, quum terreni sint ambo, & calidi:[5] non obscura tamẽ diuersitate dissident, quòd videlicet amarus à calore arido magis sit extenuatus, & elaboratus.[6] Sic in genere salis, qui durior, dẽsior,

5 Salsi & amari saporis discrimen.

6 Salis genera.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

atque terrestrior est (qualis ferè est vniuersus fossilis) minus existit calidus, subtiliúmque minus partium: qui verò rumpi facilis, laxúsque, tenuior simul atque calidior est: in quo genere & subamarus cõsistit, mediam naturam inter salem durum & aphronitrum obtinẽs. At verò spuma nitri omnium est iam dictorum tenuissima: veluti & Asiæ petræ flos, qui aphronitro tamen minus est calidus: quare hic excrescẽtias carnium minori cruciatu colliquat. Mordicat verò eas nitri flos siue spuma: mordicat etiam tum aphronitrum, tum nitrum. Cæterùm quæ sunt crassa essentia, plus rodunt, vbi quendam fuerint calorem nacta.

CAP. XXI.

1 Odores pleriq; similiter saporib⁹ nos afficiunt.

PLeriq; [2] odores similiter saporibus nos afficiunt. Siquidem acida omnia, & præcipuè acetũ, similiter odoratũ gustúmq; mouẽt. Tum acria quoq;, veluti allia, cæpæ, & ipsa nõ minus quàm gustum, odoratũ offendũt, mordicántq;. Itaq; nonnullorum corporũ, etiã nõ gustantes, qualitatẽ cognoscimus, veluti fimi: proinde ne gustare quidem aggredimur, quòd maxima fides odoratui habeatur. Quinetiam siqua boni odoris edulia putrilagine corrupta, odore nos suo offendant, ne gustare quidẽ illa dignamur: feréq; in omnibus mutuò cõsentiũt odoratus & gustus. Attamen in odore suauissimis, veluti rosa, plurimum sanè dissidẽt. Tantùm enim abest

vt

vt gustantibus suauia sint, vt amaritudinem non vulgarem exhibeāt.[1] Tametsi quod amarum est, nunquàm sit odoratum. Siquidē generatio amari saporis ex dulcibus proficiscitur à calore extenuatis: ac proinde amara calidiora simul & tenuiora sunt dulcibus.[2] Porrò sensus odoris in cerebri collocatur ventriculis anterioribus: odorabiliúmque vaporosa est substantia. Ea quippè, quæ à corporibus defluunt, aëri ambienti permista, in cerebrúmque per narium inspirationē delata, sensum mouent.[3] Recta ergo ratione odorata omnia, eadem & calida sunt quadantenus, quum vaporum copia à calore excitetur.[4] At non quicquid odoratum est, suaue continuò erit. Siquidem non omne id spiritui cōtento in ventriculis cerebri, familiare existit. Iam verò in beneolentia & graueolentia odorabilium pleraque reducimus, appellantes beneolētia quidem proportione quadam ad ea quæ linguæ sunt dulcia: graueolentia autem, ad ea quæ omnino insuauia. Cæterùm ab ijs quæ exactè tum salsa, tum acerba sunt, aut nihil, aut omnino parum vaporis defluit.

1 Amara odorata non esse.

2 Odoris sensum in cerebri vētriculis anterioribus collocari.

3 Odorabiliū esse vaporosam substantiā.

4 Odoratum omne non esse suaue.

CAP. XXII.

ITaq;[5] haud solida res est, ex odore de sensibilium temperatura conijcere, perindè vt gustu, nimirum ob substantiarū inæqualitatē & differentiam. Etenim quæ odore carent, crassam quidem essentiam obtinent: cæterùm quæ

5 Odor nō perinde vt sapor, sensibiliū temperies indicat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſit eorũ in calore & frigore conſtitutio, id nondum conſtat. At quæ odorata ſunt, tenuia vtique ſunt quadãtenus, calidáque. [1] Porrò quum in roſæ ſucco, præter ipſius roſæ corpus durum terreúmq;, tria excrementa inueniantur, vnũ craſſum, quale eſt in vinis fæx: alterum aëriũ, quod vini flori reſpondet: tertium aqueũ, quod in omnibus bullitionem corruptionémque molitur: certè guſtus id genus omnia dijudicat. [2] Siquidem roſam guſtantibus aliud quidem acerbum eſt, id quod terreum vt ſit, & craſſum & frigidum, eſt neceſſe: aliud verò amarum, quod tenue eſt & calidum: tertium denique aqueũ, neceſſariò quidem frigidũ, ſed in tenuitatis craßitudiníſque oppoſitione, quodãmodo extremorum, quorum vires exoluit, medium. Hæc itaque omnia de ſucco roſæ per guſtum ipſum diſcernas: at per odorem, haud æquè: quũ non perinde omnes eius partes euaporent, nec perinde ſenſum moueant. [3] Multò minus ex coloribus de viribus medicamentorum licet ratiocinari: quum in coloribus ſingulis calida, frigida, humida & ſicca reperias. In particularibus autem ſeminum, radicum, aut ſuccorũ generibus, aliquam ex coloribus licet ſumere indicationem. Vt ſi dicas cæpam, ſcillam, vinum, quantò fuerint albidiora, tantò & minus calida: quæ verò ſubflaua fuluáque, calidiora. Idẽ vſu venit tritico, milio, ochris, phaſelis, ciceri,

1 Roſæ ineſſe excremẽta tria.

2 Roſę partium examen.

3 Colores ad medicaminũ vires dignoſcendas parum conferunt.

ireos radici, aſphodelique, & alijs compluribus. [1] *In quoque enim genere in vniuerſum fulua, flaua, rubráq; omnia albis ſunt calidiora. Itaq; etſi hinc quoque coniectura fieri queat, optimum tamen fuerit per experientiam diſcretã facultates inuenire medicamentorum. Siquidẽ in hac falli non poßis: licet priusquàm experiẽtia virtutem agnoſcas, guſtus pleraq; indicet, pauculum etiam approbante ipſo odore.*

1 Calidiora ſunt albis fulua, flaua, rubráq;.



GALENI PERGAmeni de ſimplicium medicamentorum facultatibus,

LIB. V.



SVNT [2] *ergo (quatenus dictum eſt) qualitates primæ, caliditas, frigiditas, humiditas, atq; ſiccitas. Quæ verò ab illis denominantur corpora, ea ſunt tum cõmunia omnium elementa: tum ea, quæ per harum excellentiam, calida, aut frigida, aut ſicca, aut humida nuncupantur: tum ea, quæ ad conueniens ſiue ſymmetrum generis eiuſdem, aut ſpeciei conferuntur: quæque ad quiduis obuiũ. Diximus præterea,* [3] *nutrimentum vinci ab*

2 Qualitates primæ quæ ſint.

3 Nutrimẽtum vinci ab eo quod nutritur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

eo quod nutritur: [1] medicamentum autem vincere, ac superare, alteraréque corpus, cuius fuerit medicamẽtum: ídque aut vna qualitate, aut coniugatis duabus, aut vniuersa substantia, vt complura letalium medicamentorum, nec pauca etiam amuletorum, tum purgantia omnia, & pleraque eorum quæ attrahẽtia vocantur. Quæ verò vna duabúsve qualitatibus in vniuersum nostrum corpus agunt, ea hoc in libro exponemus, hinc sumpta hypothesi, [2] quòd simplicium medicamentorũ pleraq; dissimilarium sunt partium, réq; vera cõposita, tametsi appellẽtur simplicia, quòd cuiusmodi sint, talia natura sint, nec quicquàm ex nostra industria assumpserint.

1 Medicamentũ vincit, alteratq; corpus, cuius medicamẽtũ existit.

2 Simplicium medicamentorũ pleraque dissimilarium sunt partium.

CAP. I.

MEdicamentis [3] frequenter vtuntur homines, tum ob alterationem, quam qualitatibus primis moliuntur, dum videlicet calfaciunt, refrigerant, humectant, & siccant: tum ob eam quæ à secundis proficiscitur qualitatibus, quarum nimirum ratione, alia emollientia dicuntur, alia tẽdentia, alia laxantia, atq; alia deniq; aliter nominãtur. [4] Siquidem quũ particulatim vnunquodq; medicamentorũ non pari modo ex illis primis qualitatibus suam temperaturam acceperit, inde fit, vt hoc quidẽ ex ijs vim laxandi, tendendi illud, aliud aliam facultatem sortiatur. De quibus sanè siue secundis, siue tertijs facultatibus agere in hoc quinto commenta

3 Medicamẽtis quorsum vtantur homines.

4 Medicamentorum tãta in agẽdo diuersitas vnde oriatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mentario est animus. Porrò ad simplices intemperies, facilésq; affectus pellendos, sæpe natura duce plerique idiotarum ipsa remedia inueniũt. At phlegmones, scirrhi, œdematis, erysipelatisque, nullus, ex illis sibi remedium ducit peruestigandum: tanquam vnumquodq; eorum maius iam sit, quàm pro captu hominis plebeij, ac scientiã requirat venerabiliorem, quã Medicinam appellãt, sicuti & illius professorem, Medicũ. [1] Atq; hucusq; & ipsi procedunt, vt sciant vlcus cauũ impleri carne, sordidum purgari debere, æquabile cicatrice induci: nõ tamen norũt, quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice inducat: sed ea inuenire, vnius opus est Medici.

1 Idiotarũ cognitio, quousque progrediatur.

[2] Cæterùm quũ ferè numerari nequeant omnes particulatim vires medicamentorũ, si secũdum singula quæ ab eis perficiuntur, dum huic aut illi morbo auxiliãtur, imponamus ipsis deflexa nomina: multò sanè præclarius videtur, missa omni prolixitate, commodis speciebus compositas definire ipsorum facultates compendiosissimè, sub quibus cæteræ omnes quæ dici possunt, compræhenduntur. Vt si dixerimus non puris mouendi, aut doloris sedandi in triticeæ farinæ cataplasmate, exempli gratia, facultatem inesse, sed modicè tum humidam, tum calidam.

2 Medicamentorum vires particulares numerari nõ posse.

CAP. II.

QVæ in commentario hoc discutienda veniũt, ijs quæ in alijs exposita sunt, magis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ad medendi rationem pertinent. Igitur ab emollientibus & pus mouẽtibus orsi, dicamus vtraq; calida & humida existere: [1] *cæterùm hæc quidem, ceu simillimum corpori in pus mouendo calorem producere, absque vlla existentis in eo humiditatis aut consumptione, aut adiectione: illa verò, ceu maiorem quàm pro natura accendentia, nonnihilque humiditatis contrahentia.* [2] *Est autem suppuratio idẽ quod in pus motio.*

1 Pus mouẽtia ab emollientibus quomodo differant.

2 Suppuratio quid.

CAP. III.

SEd nec de emollientibus medicamentis, nec de ipsa emollitione, simpliciter loqui licet, quandoquidem nec de corpore duro, vel molli. Siquidem partim absolutè durum dicitur, vt terra: partim per excessum, vt vnguis: partim ad symmetrum sui generis vel speciei, vt elephas nimirum ad Herculem: partim ad quiduis obuium, vt Diogenes ad Aristotelem: ac de molli pari iudicio. Omißis tamen significatis cæteris, de mollibus durísq;, vt ad cutẽ hominis temperatißimi, contemplemur, [3] *quàm sanè regulam & mensuram statuimus omnium quæ ita dicuntur. In idem autem recidit, si quod per excessum ad totam substãtiam dicitur, sic durum molléq; appellites,* [4] *quandoquidẽ mediũ quoddã est tactus noster: vti & Aristoteli visũ est, & Plato quoq; sensisse videtur, vbi ait:* [5] *Dura quidẽ, quibus caro nostra cedit:* [6] *mollia verò, quæ cedũt carni. Quòd verò in cõparatione,*

3 Cutẽ hominis temperatißimi esse regulam, secundũ quã omnia diiudicãtur.

4 Tactus hominis tẽperati medius est omniũ tangibilium.

5 Durum quid.

6 Molle q̃d

ad

ad quiduis obuium durum ac molle est, id in eo quod magis minúsque cedat, iudicari videtur. [1] *Porrò corporum præter naturam indurato-rum ad statum naturalem reditus emollitio est.* 1 Emollitio quid.

CAP. IIII.

VErùm [2] *quum variè quidq; efficiatur durius, nempè aut siccescens, aut concrescēs, aut nimia repletione, sic vt vehementer tendatur, aut deniq; aliqua coniugatione:* [3] *sequitur vt & propria suáq; cuique emolliendi sit ratio. Cæterùm quod in se cedit, molle est, si quidē corpus id simplex fuerit.* [4] *Nam quod ex pluribus constat, ac sese inuicem cōtingentibus, vt tritici aceruus: aut inuicem implicatis, vt lana, simul & cedere potest, nec tamen esse molle. Contrà in ijs quæ summè plena sunt, vt vtres, neutrū latus in se cedit: nec tamen quod continetur, est durum: sicuti neq; id quod cōtinet, quàm antea, durius, etsi sit tensius effectum.* [5] *Ac talia sanè nō dura, sed renitentia appellamus.* [6] *Vt autem non est vna induratorum natura, ita neq; vna medela. Nā quod à siccitate induratū est, humectari postulat: quod à congelatione, excalfieri: quod à repletione, euacuari: quod à siccitate simul cōcretionéq;, humectari simul & incalescere, per ea scilicet quæ tātò sunt calidiora & humidiora, quātò ipsa intēperies fuerit frigidior et siccior: quod à cōgelatione simul & repletione, pariter & calfieri & vacuari. Siccantur porrò*

2 Durius quibus modis reddatur aliqd.

3 Molliendi rationes plures.

4 Cedentia omnia non esse mollia.

5 Renitentia quæ.

6 Induratorū variæ medēdi rationes.

corp

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

corpora citra congelationem, tum in validis exercitijs, tum in sole feruenti, tum in ingenti media, tum in ardenti febri, & medicamentis quæ ita siccant, vt non refrigerent. Congelantur à vehementi duntaxat frigore: sicuti & implentur à largi tantùm humoris affluxu. At siccantur simul & congelãtur, coëuntibus, quæ simul conuenire possunt, causis: vt si quis supra modũ laboret in frigore. Sic quoq; replentur simul & congelantur ab influxu frigido ac partis refrigeratione. [1] *Frigoris rursus causa triplex est: vna, à foris incidentibus: altera est, propria particulæ patientis temperies: tertia, ab influente in ipsam humore prouenit.* [2] *At emollientia pharmaca peculiariter congruunt ijs, quæ concretione induruerunt, magísque si in eis collectus sit humor præter naturam, veluti in scirrhosis. Nam si à siccitate indurcerint, humectanda, non emolienda sunt. Similiter quæ sunt impleta, non molliri sed euacuari postulant, ídq; aut refrigerantibus, aut calfacientibus, aut resiccantibus.* [3] *Vacuant siquidem frigida repellendo, simúlque cum calore exprimendo vaporis plurimum: excalfacientia autem, humorem contentum discutiendo in vaporem: quæ verò propriè sicca appellãtur, in halitus digerendo, ídq; aut ebibendo humores, aut totam alterando particulam. Porrò oleum & aqua calida humectãt simul & calfaciunt, ídq; multò magis in vnum*

1 Frigoris causa triplex.

2 Emolliẽtia quibus conueniãt.

3 Vacuationum modi diuersi.

coëun

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

coëuntia, quàm si singula per se adhibeantur. Idem efficit eduliorum qualitas, si similiter habeat.[1] Quæ quidem ob id fami caninæ auxiliatur, quòd affectus is sit frigiditas siccitati coniuncta.[2] Cæterùm cataplasma ex farina triticea in temperatis naturis pus mouens, nec naturalem partium humiditatem minuit, nec quicquam illam adauget, sicuti nec calorem intendere potest, nec hebetare, sed tantùm illius substantiam augere. Id igitur genus medicamenta humida & calida dicimus, ceu similem habẽtia nobis temperiem, quæ calida existit & humida.

1 Fames canina qualis sit affectus.

2 Cataplasmatis è triticea farina vires.

CAP. V.

MEdicamenta [3] igitur quæ pus mouent, substantiam similarium particularum secundum naturam se habentium, tueri potius, quàm alterare sunt nata, quũ nimirum eis similem temperaturam obtineant: humiditatem autem ipsam quæ in vacuis hæret, atq; adeò etiam contusam carnem immutant. [4] Etenim quum tres in animalium corpore fiant alterationes, vna planè secũdum naturam est, qua cibi in cremorẽ nutritioni aptum vertuntur: altera cõtraria huic, præter naturã, qua cõputrescũt omnia: tertia ex vtraq; mista, & media est, partim quidẽ cũ prima illa cõmunicãs, partim autẽ cũ hac secũda, quã præter naturã dicimus. [5] Siquidem alterationi secundũ naturam duo hæc insunt, * vt & ex familiari materia animãtis naturæ

3 Pus mouẽtia tueri non immutare substãtiã partis sunt nata.

4 Alteratio in animalib9 triplex.

5 Alterationi naturali, prĉter naturã, & medię, quę insint.

alter

alteratio fiat, et materia ipsa à calore ingenito superetur. Ei verò quæ præter naturam est, & ab aliena caliditate mutatio accidit, & ad nihil vtile. At media earum, quæ comitatur suppurationes, ab ingenito quidem calore fit, sed non planè vincente. Præterea nec ex materia prorsus benigna peragitur, nec etiam omnino aliena. Itaq; quemadmodum [1] naturales alterationes, quæ ab innato calore proueniunt, à simili iuuantur extrinsecus, (nam quid æquè concoctioni ventris conferre nouimus, quàm illi humanum corpus admotum? vnde nonnulli tum puellos, tum catellos, per quietem ventri imponũt) pari modo & quæ in mouendo pure conspicitur. [2] Cæterùm tale esse debet, quod mouendo puri adhibetur, medicamentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. [3] Quare si iusto calidior natura fuerit, in eo corpore, medicamen quod pus mouebit, tantò oportet sit temperato calidius, quantò & natura eius temperatam in caliditate exuperat. Quare cuiusque singulatim hominis suum proprium est mouendo puri medicamentum. Exploranda autem sunt vniuersæ facultates medicamentorum iuxta hominem optimè temperatum: quo quidem proposito canone, [4] quæ mouendo sunt puri idonea, calida & humida dicimus, quòd illius calidæ & humidæ temperaturæ sint consimilia: sicuti calidiora multò, quæ indurata emolliunt.

1 Cõcoctio quæ fit ab innato calore, ab externo calido iuuatur.

2 Pus mouentia qualia esse debeant.

3 Pus mouens medicamẽ æqualem habet calorẽ, cum corpore, in quo pus mouetur.

4 Pus mouentia esse calida & humida.

CAP.

CAP. VI.

INitium [1] autem sumit induratorũ affectio ex fluxione viscida & crassa, paruis particulæ poris impacta. Digesto verò per halitum quod in ea fluxione est tenue & subtile, ac deinde quod reliquũ est, refrigerato, ac veluti cõcreto, vocata sequitur scirrhosis. [2] In qua quidem quoniã cum frigiditate humor redundat superfluus, idcirco etiã cõpositam eius esse oportet medelam: ob refrigerationem scilicet excalfacientia poscente affectu, ob superuacaneam autẽ humiditatem, vacuantia. Quia verò quæ immodicè tum calfaciunt, tum siccãt, fluxionem ipsam magis impactam reddunt, manifestum est sola ea quæ non admodum calfaciunt, quæq; non magnoperè exiccant (vocant enim talia emollientia) eiusmodi affectus posse sanare.

1 Scirrhus quomodo fiat.

2 Scirrhũ tollentia qualia sint.

CAP. VII.

QVapropter calida sunt id genus medicamenta, nec admodum sicca, [3] à pus mouẽtibus eo dissidẽtia, quòd calidiora sint & sicciora. Illa enim cognatam ac simillimã corporibus nostris caliditatẽ possident: emolliẽtia verò, licet validiorẽ habeant, non tantã tamẽ, vt attractationis violẽtia desiccẽt reliquũ. [4] Præterea, quæ pus mouẽt, humorẽ qui præfuit in partibus induratis, conseruant: emollientia autem, paulũ quidẽ eius absumunt. In summa, illa quidem, quantitate potius, quàm qualitate, caloris

3 Emollientia, & pus mouentia, quomodo differant.

4 Pus mouentia humorẽ, qui præfuit in partib9 induratis, cõseruant.

agunt: quæ verò indurata molliunt, qualitate potius, quàm quantitate. [1] *Itaq; si in parte, quæ suppuratione indiget, aßiduè impositas liceret seruare manus, celerrimè suppuratio perficeretur.* [2] *Porrò inter emollietia cõnumerãtur bdellium, styrax, galbanũ, ammoniacũ thymiama, medulla tum ceruina, tum vitulina, adeps caprinus, taurinus, & quæ eiusdem sunt generis.*

1 Manibus afsiduè appositis perfici suppurationem celerrimé.
2 Emolliētia medicamenta.

CAP. VIII.

QVinetiam [3] *quòd emplasticũ esse debeat id genus medicamentũ, vt exactè puris generatiuum sit, liquidò constat. Nã si substantiam innati caloris augere, non intendere qualitatem ipsam cõueniat, poros corporis obstrui est necesse, quò videlicet halituosos trãspiratus includant. Siquidẽ ea cataplasmata, quæ aut detergentia, aut validius excalfacientia, halitus difflari permittunt, exiccant quidẽ sed pus non mouẽt. Talis est hordacea, cicerum, fœnigræci, fabaceáq; farina: amplius etiam ærina, eruina, panici, lupinorũ, milij, omniúmq; similiter exiccantium. Per detergentia quippè, quòd meatus reserent, particulæ calor euolat: ab immodicè autem calfacientibus etiã natiui caloris substantia minuitur, sed qualitas ipsa intenditur: quum tamen halituosus quidam exuberánsq; spiritus desyderetur, caliditate tamẽ cõmoderatus.* [4] *Qui quidem quũ in pueris copiosißimus sit (quod nimirũ intellexit Hippocrates, crescentia dicens*

3 Pus mouentia debere esse emplastica.
4 Pueris inesse plurimum halituosi spiritus.

pluri

plurimum habere calidi innati) eorum omnes actiones naturales adauget. [1] Verùm nihil prohibet, sanguineam substantiam, simúlq; aëreã, vnà cum spiritu, calidum inaudire innatum. [2] Qui spiritus in omnibus animantis contentus partibus, licet non vndequaq; sui similis, si non sit essentia animæ (vt Stoici quidem existimant) at certè primum eius est instrumentum. Continetur autem in spatijs inanibus quædã veluti spiritus ipsius materia, etiamnũ mutationẽ exposcẽs leuiculam, vt spiritus innatus euadat: nihilo secius tamen conducens admodum ad naturalia opera: ex quibus vnum est, ea quæ in pus fit conuersio, quum in ipsa quædam etiam perficiatur concoctio. Quum igitur aliquid concoquere nobis consilium est, quamplurimum spiritum intus seruare oportet, non autem discutere, quod faciunt illa, quæ nuper cõmemorauimus. [3] Porrò omnium ad puris generationem aptissimum est, ex ijs quidem quæ irrigantur, aqua temperata, aut hydrelæum: ex ijs verò quæ perfundũtur, oleum temperatum. At ex ijs quæ ex hydrelæo illinuntur, farina triticea, & panis ipse, qui videlicet modicè est coctus. Nam qui plurimum coctus est, quodammodo siccior est aptúsque phlegmonis quæ ægrius concoctionem admittunt: qui verò minus, ijs quæ feruentes sunt. Et sanè quod ex pane conficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis

1 Innatum calidum.

2 Spiritum esse, aut substantiã animæ, aut primum illius instrumentum.

3 Puri mouendo quæ cõgruant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

idoneum est. Siquidem pani, tum sal, tum fermentum miscentur. Quod verò ex triticea farina præparatum est, calidioribus vtilius est. Et ipsius etiam triticeæ farinæ quæ pura est, tum panis quoq; qui purus est, puri mouēdo cōgruentior existit: [1] *quū furfur & minus sit calidum, & magis desiccet. Farina autem pura, humida est & calida: qualia certè ad pus mouendū conferunt. Itaque medicamenta, quæ phlegmone tentatis imponuntur partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendum conducunt,* [2] *vti adeps suillus & vitulinus. Nam taurinus caprinúsque illis acrior existit: quamobrem phlegmonis tum frigidioribus, tum durioribus, magis cōgruit. Est & adeps gallinaceorum phlegmonis coquendis familiarißimus, magísque etiam anserum: quodammodo tamen ad digerendum potentior. At agrestium omnium animalium adeps multò acrior & siccior est, quàm domesticorum, maximéque pardalis, atque leonis. Quare horum nullus mouendo puri est idoneus. Porrò pus mouent & pix, & resina, ad feruentes quidem phlegmonas ex rosaceo, ad frigidiores verò ex calfacientium aliquo oleo liquatæ, vtputà cicino, raphanino, veteri, aut Sicyonio. Quū autem cera per se minus sit calida, quàm vt pus mouere poßit, solis feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorum quopiam liquata.* [3] *Igitur quæ pus mouent, naturam modicè*

1 Furfuris facultas.

2 Adipis differētiæ.

3 Pus mouentia modicè excalfaciunt, humectántq;.

dicè excalfacientem & humectantem sortiuntur. Cæterùm medicamen puri mouendo idoneum, facultate quidem est tale: vbi verò corpori nostro est admotum, fit actu tale, siue energia.[1] Ergo scirrhum vocant tumorem præter naturam, doloris vacuum, sed durum: interdum etiam sensus expertem.[2] Oritur scirrhus ex humore crasso & frigido, quales sunt duo duntaxat, bilis videlicet atra, & superexiccata pituita. Proinde tumores scirrhosi omnino aut pituitosæ substantiæ sunt, aut atrabilariæ, aut ex vtraque misti.[3] Propriè autem emollientia dicuntur, quæ medentur scirrhosis tumoribus ex pituita exiccata, crassísque humoribus ortis. Consueuerunt enim ij potissimùm in musculorum capitibus gigni.[4] At quæ ab atrabilario succo duruerunt, cancrosa sunt omnia, & ab emollientibus medicinis exasperantur. Sed his quo pacto prospicere oporteat, in commentarijs Methodi medendi docebimus.[5] Quæ verò à lento crassóque humore concreto indurata sunt, calida in secundo aut tertio ordine, sicca autem in primo medicamenta desyderant. Sed quum non exigua sit in corporibus induratis maioris minorísque latitudo, necessum est medicamentorum illis medentium non paruam etiam latitudinem esse.[6] In vniuersum autem ex emollietibus medicamentis, præstantiora sunt, quæ recentia existũt.

1 Scirrhus quid, & vnde gignatur.

2 Scirrhum qui gignãt succi.

3 Emolliẽtia quæ.

4 Cancrosos scirrhos ab vsu emollientiũ exasperari

5 Scirrhis à viscida pituita ortis, qualia medicamenta conueniãt.

6 Emolliẽtia, quo recẽtiora, eò meliora.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

siquidẽ inueterata, validius, quàm expediat, exiccant. Porrò radix althææ & cucumeris agrestis, nonnullæq; aliæ plãtæ, partim in oleo, partim in aqua decoctæ, emolliunt: sicuti maluæ agrestis folia, tum cruda, tum cocta. Atq; hoc simplex medicamentũ est sicut porcinus adeps inueteratus, cui salis nihil indere oportet, sicuti nec emollentium vlli.[1] *Valde siquidem sal exiccat. In summa verò, quæcũq; alia emollire possunt, calida sunt ex secundo, & interdũ ex tertio ordine, leuiter verò sicca.*[2] *Sed & his etiam emplastica vis insit oportet, nõ secus quàm pus mouẽtibus: at quæ nõ perinde meatus obstruat, quòd magis, quàm illa, euacuare sint nata.*

1 Sal emolliẽtibus iniiciendus non est, quòd exiccet valde.

2 Emolliẽtia debent esse etiam emplastica.

CAP. IX.

AT[3] *indurantia frigida sunt, & humida, vt semperuiuum, portulaca, psyllium, lenticula palustris, solanum:*[4] *quanquam hoc in medio exiccantium & humectantiũ consistit, duplicem in se habens substantiã, nempe terrenam & aqueã. At verò si quid simul & refrigeret & desiccet, sanè & ipsum indurabit omnino: impropriè tamen, quũ cõcretione potius quàm euacuatione induretur corpus. Illa siquidem potius siccitas est, ac proinde non emollitione, sed humectatione curatur, quemadmodum tensio relaxatione, & relaxatio tensione.*

3 Indurantia sunt frigida & humida.

4 Solani natura.

CAP. X.

POrrò[5] *laxatio in articulis fit, humectatis*

5 Laxatio vbi fit & quomodo.

immod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

immodicè, quæ circa eos sunt, ligamētis pariter & tendonibus: [1] *tensio verò, non etiā simpliciter, sed aut plusculum exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, aut scirrho. In cute autem non tantùm ita, sed musculis quoq; subditis quoquo modo in tumorem sublatis: quemadmodum etiā in inflāmationibus accidit.* [2] *Quamobrem non simpliciter vna est species remediorum laxantium, vtpotè quum alia humectādo, alia calfaciendo, alia emolliendo, quædam vacuando, nonnulla tumores præter naturam purgando, alia etiam per coniugationem horum quippiam agendo, laxare assolent.* [3] *Est autem emplasticum medicamētum, quod terrena viscidáq; substantia, minimég; mordaci præditū, illitum meatibus corporis, tenaciter hæret.*

1 Tensiōis causæ.

2 Laxantiū species variæ.

3 Emplasticorū essentia qualis.

CAP. XI.

QVod [4] *emplastico contrarium est, dici queat poros repurgans, & infarctu liberans: éstq; nec viscidū, nec mordacitatis expers, sed subtile & nitrosum. Nam in ratione tātùm maioris, ac minoris differūt, tū emplastica ab ijs quæ sordes nutriūt, tū repurgantia ab extergentibus. Nā quæ poros obstructos reserant, subtiliora extergētibus sunt, emplasticísq; contraria. Sunt autē hæc, tum nitrosa, tū amara.* [5] *Cæterùm ad extergenda ea quæ in superficie sūt, requiritur vt cuti extimæ imposita medicamēta ipsa, solā exactāq; nitrosā qualitatē*

4 Emplastici oppositū quale.

5 Extergētia cutē debēt esse exactè nitrosa: viscera autē extergētia, etiā si aliquid adstrictionis sortiantur, nihil nocuerint.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

poßideant. At intrò in corpus assumpta, etiamsi adiuncta sit quædam adstrictio, possunt tamen sic quoq; magnos purgare abstergeréque meatus, cuiusmodi in vasis consistunt. Nā foris meatuum exiguitas prius ab adstrictione occlusa, quàm probè queat expurgari, neq; inde in altum abstergentem substantiā recipit, nec expurgatur. At quæ circa ventrem visceráque sunt partes omnes, quum maximos in se habeāt meatus, maius accipiunt commodum ex vasorum corroboratione, quàm propter osculorum exiguitatem lædantur. [1] *Proinde intus absinthium repurgare potest, foris non potest, quippè quod ex amara acerbáque facultate est compositum. Quæcunque igitur repereris nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus omnes, valere noueris. At cutis & vlcerum sordes, non hæc tantùm, sed & viribus minora possunt auferre, qualia sunt dulcia quæ tenuium sunt partiū.* [2] *Porrò scilla, iris, nitrū per se, aphronitrum, spuma nitri, seriphion, abrotonum, cum cibo potúque assumpta, crassos viscidósque humores extenuandi vim obtinent. Quamobrem lentis ac pituitosis thoracis pulmonísque humoribus, aut purulentis & incidendis, & extenuandis, & educendis, aptiora inuenire alia præ istis medicamenta non poßis. His ipsis & iecinoris obstructiones expurges, & modicas etiam lienis. Nam quæ maiores sunt, vehementiora de-*

1 Absinthiū intus repurgat meatus, foris nequaquam.

2 Medicamenta ad crassos viscidosq; humores expectorādos commoda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſyderant: nempe capparis corticem, radices tamarices, ſcolopendrion, & ſcillam, & aſplenon. [1] Sed tamen iſtis vtendum eſt ad iecur quidē, ipſis per ſeſe duntaxat: ad lienem verò, miſtis aceto, aut ei incoctis: ad thoracem pulmonémq; melicrato, ptiſanæ, oxymeliti, aut dulcium vinorum cuipiam.

1 Obſtructiones iecoris & lienis, quæ potiſsimum tollant.

CAP. XII.

QVum autem plurimam vrinam mouere eſt conſilium, non admodum dictis vtendum eſt pharmacis ſed quæ acriora ſunt, & magis excalfaciunt. Eſt enim [2] omne acre calidū: [3] cuius generis ſunt ſemen apij, petroſelini, fœniculi, dauci, agrioſelini, ſmyrnij, ipſumq; ſeſeli, ammi, phu, meon, aſaron, & cum his acoron: à quibus ſanguis nō extenuatur dūtaxat, ſed & funditur et ſecernitur: nēpe ſeroſo & tenui ſeorſum ſegregato ad renes, craſſo verò in ſeſe coëunte. [4] Quamobrem puris ex thorace expuitioni ea omnia aduerſantur: quum nimirum excalfactoria exiccatoriáq; ſint, necnon ſecretoria & coactoria. [5] At quæ expui debent, mediocrem caliditatem deſyderant: ne videlicet impenſè exiccentur: ac proinde medicamenta illis congruentia, eiuſdem vtilitatis gratia, cùm ſorbitiunculis potionibúſque exhibentur. Quæ verò renes expurgant, & ipſa incidēdi vim poſſidentia, larga humiditate non indigent. [6] Porrò quæ calloſas conſiſtentias ſunt incidere ido-

2 Acria omnia eſſe calida.

3 Diuretica medicamēta quæ.

4 Diuretica puri ex thorace expuendo aduerſantur.

5 Expuitionibus quæ ſint idonea.

6 Callis incidendis diſcutiēdíſq; congruentia, qualia eſſe debeāt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

nea, admodum quidem incidunt, sed minimum sanè caloris poßident. Caliditas quippè callum porúmve gignit, non incidit, nec diuidit. Cæterùm quæ & incidunt & mediocriter calida sunt, meliora existunt: vt radices regiorum asparagorum, & rubi, & betonica, & polium, tum ochra, & vitrum vstum, & ex scilla confectum acetum, & consimilia.

CAP. XIII.

1 Rarefacientia.

QVæ [1] cutis meatus reserant, ea rarefacientia dicimus: quæ verò vasorum oscula, aperientia. Quin & illis contrariorũ, quod poros contrahit, condensans dicũt: quod autẽ osculum claudit, occludẽs siue obstruens nominant. Cæterùm rarefacientiũ quidem natura modicè calida est, ac tũ minimè siccãs, tũ tenuiũ partium: [2] aperientium verò, tum crassarum partium, tum acris ac mordax. His porrò contrariorum, [3] condensantium quidem frigida sanè & aquea: [4] occludentium autem, tum frigida, tum partium crassarum. Rarefacit igitur chamæmelum, & althæa, quódq; ex ipsis conficitur oleũ, nec minus quod ex agrestibus cucumeribus. Quin & vetus, & cicinũ, & rhaphaninũ, ex eadẽ sunt nota. Aperiũt autẽ cyclaminus, allia, cæpæ, fel taurinũ, vnguentúmq; irinũ & amaracinũ, [5] quæ & occæcatas hæmorrhoïdas aperiũt. At cõdensantia sunt aqua frigida, semperuiuũ, portulaca, tribulus viridis, psylliũ, auricula,

2 Aperientia.

3 Condensantia.

4 Occludẽtia.

5 Hæmorrhoidas aperientia.

ricula muris, lenticula palustris, ac deniq; quæcunq; refrigerant, sed non adstringunt. Proinde mandragora, cicuta, altercum, papauer, si eis quis modicè vtatur, condensandi vim obtinẽt: sin liberalius, non modò condensandi, sed stupefaciendi, & necandi. Occludunt porrò meatus omnia quæ validè adstringũt, nec tamen acrimoniam habent adiunctam: quum nimirum essentia talium sit simul terrena & frigida. Medicamenta verò quæ frigida quidem sunt aut æquè, aut amplius, sed substantiam sortiuntur aqueam, ea, inquam, debiliter & contrahũt & constringunt, videlicet propter ipsam mollitiẽ: quare cõdensantia potius, quàm obstruentia, dicuntur. Quippè quicquid valenter tum constipare, tum constringere debet, robur quoddam renitens, & durum habeat oportet.

CAP. XIIII.

QVæ [1] itaq; citra molestiã excalfaciũt, ea sola omniũ sunt rarefacientia. [2] Si verò non modò calida fuerint, sed etiam consistẽtia crassa, siquidem vehementia sint, & caustica, hoc est vrẽtia, ignis instar corpus colliquant, & sæpe escharas ritu cauterij inducunt. [3] At si debilius, quàm vt vrere poßint, excalfaciãt, anastomoticam, siue aperiendi vim obtinent. Quod autem causticum est, non tamen vehemẽter, præterea essentiæ tenuioris, id prorsus ab omni mordacitate aberit: aut cum exiguo tum dolore

1 Rarefacientia.
2 Colliquãtia.
3 Anastomotica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dolore, tū morſu eliquabit partes carnoſas. Nā quod non confertim alterat, vt quæ vehementer ſunt calida, quódq; non ægrè penetrat, vt quæ craſſæ ſunt eſſentiæ, ea latentem actionem obtinent. Porrò alterationum ſubitæ confertæq; mutationes, ſicuti & penetrationum quæ violentæ ſunt, quales proficiſcuntur à cauſticis & eſcharoticis, maximè ſenſibiles ſunt. Cæterùm de quibus nunc agimus, minimè faciunt eſcaras, vocantúrq; putrefacientia, licet impropriè, atq; ob ſymptomatis tātùm ſimilitudinem: quū ab vtriſq; nullo doloris ſenſu corruptio fiat. Nā quæ verè putrefacientia ſunt, humectant ſimul & calfaciunt. [1] Multis autem modis corrumpi quid poteſt. Corrumpūtur ſiquidem plus nimio refrigerata, aut excalfacta, aut humectata, aut exiccata. [2] Non tamen quicquid corrumpitur, computreſcit: ſed quibus id cum fœtore accidit. [3] Ad medicamenta, de quibus nunc ſermo eſt, putrefacientia, qualia ſunt auripigmentum, quod arſenicū vocāt, ſandaracha, chryſocolla, dryopteris, pityocāpe, & aconitum, omnia colliquare ſunt nata, & potiſsimùm carnē tenellā, ídq; abſq; dolore. Ex quibus quidē nonnulla imbecilliora cæteris, vt vſtæ petræ flos, extimam tantùm ſuperficiem, quam contigerint, exedendo, vlceribus excreſcentibus cicatricem inducunt: [4] quanquam medicamenta quæ verè ad cicatricem perducunt, nec detrahere, nec liquare

1 Corruptionis modi diuerſi.

2 Putrefactioni fœtor neceſſariò accedit.

3 Putrefacientia quę carnē abſque dolore liquant.

4 Cicatricem inducētia medicamēta quæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

re carnem, sed durare, & siccare sunt nata: vt alumen, galla omphacitis, æs vstum, ac maximè lotum, cum eísque fructus spinæ Aegyptiæ, siccáq; mali granati putamina.

CAP. XV.

ID igitur est in planis vlceribus ad cicatricem ducẽdis consiliũ, vt caro alteretur, fiátq; cutis: id quod perficitur per ea quæ illam contrahere, constringere, constipare, densare, siccare, & in callum cogere valeant: quum nimirum cutis veluti in callũ durata caro sit.[1] Ea ergo medicamenta quæ sic agere possunt, primariò propriéq; dicuntur epulotica, siue ad cicatricem ducentia: cætera verò quæ exedunt carnem, secundariò, & per accidens: sicuti & ea quæ absq; adstrictione desiccandi vim habent mordacitatis expertem. Nã & hæc quoq; ex accidenti cicatricem inducunt: cuiusmodi vtique medicamenta sunt myrrha, lithargyrus, ostreũ & diphryges combusta: quãdoquidem & ipsa cicatricem sæpe inducunt illita. At verò medicamenta citra morsum mediocritérque abstergentia, cauitates vlcerum implent.

1 Epulotica quæ dicantur primò & quæ secundarió.

CAP. XVI.

POrrò attrahentes facultates sunt quæ ex alto vehementius extrahunt: repercutiẽtes verò, quæ in altũ occurrẽtes sibi succos repellũt. At essentia illis quidẽ calida est & tenuiũ partium: his verò frigida, & crassarũ.[2] Attrahit enim

2 Attrahit calidum.

1 Repellit frigidum.

enim perpetuò calidum:[1] *repellit verò frigidū. Verùm quod calori iunctam partium tenuitatem sortitur, trahit vehementius: quod autem crassitudinem frigori, violentius repellit. Atq; adstringuentiū quidem nota est essentia.*[2] *Attrahentium autem alia sponte est nata, vt dictamni, propoleos, thapsiæ, sagapeni, succiq; Cyrenaici & Medici essentia: alia verò * à putredine exasperante suam ducit originem: qualis tum ferm ēto, tum psorico inest.*[3] *Quòd si fimus quoq; ex putrefactione generatio constat, vtiq; omnes attrahendi facultate pollebunt: sed non parua illis differentia inest.*[4] *Nam columbinus admodum attrahit. Ex æquo autem vtrinq; ab eo recesserūt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius verò gallinaceus. Hoc etiā magis vincuntur humanus & suillus. At canum stercus simile est medicamentis extergentibus, maximè si vescantur ossibus. Crocodilorum autem stercus magis etiam id perficit.*[5] *Est & aliud attrahentium medicamentorū genus, quod qualitatis familiaritate attrahit: id quod aliud est nihil, quàm totius essentiæ similitudine: ceu quæ nutriuntur, familiaria nutrimenta attrahūt. Talium enim medicamentorum sunt purgantia omnia, & amuletorum nonnulla. Cæterùm calida vt sint id genus omnia est necesse.*[6] *Quinetiam inter ea quæ essentijs similia sunt, quod calidius fuerit, id potentius attrahet.*

2 Attrahētium essentia duplex.

3 Fimus omnis attrahit.

4 Stercorū differētiæ.

5 Trahentia similitudine essentiæ.

6 Calidiora trahere potentius.

CAP.

CAP. XVII.

IAm verò [1] facultatum alexipharmacarum natura est duplex. Quædam siquidem alterant, quædã euacuant venenũ lædẽs, aut delete riũ medicamentũ. Alterant igitur vna qualitate, idq; ratione cõtrarietatis, aut duarũ cõiugatione, aut deniq; tota substantia. Euacuant totius substantiæ similitudine, & caliditate subtilium partium. [2] Cæterùm alexipharmaca medicamenta, sanè facultate sunt media inter corpora quæ oblædũtur, & medicamẽta lædentia: vt videlicet eadẽ sit proportio corporis, ad facultatem alexiteriã, quæ illius ad deleteriam. Quamobrem omnia propemodum, quæ deleterijs aduersantur medicamentis si largius sumpta fuerint, grauiter animantis corpus offendunt. Quapropter ea exhibeãtur moderatione, vt nec copia nimia corpus oblædãt, nec exiguitate sua à deleterijs vincãtur. Euacuatur autẽ omne deleterium venenũ à foris impositis medicamentis, nempè aut caliditate attractionẽ molientibus, aut totius substantiæ similitudine. Quum igitur omnia deleteria medicamenta aduersissima secundum temperiem sint corporibus quæ ab ipsis læduntur, certè si à similibus temperie medicamentis vacuentur, erunt vtiq; & hæc corporũ naturis contraria: vt sunt haud dubiè aliqua ex parte contraria, non tamen adeò vt interimant, sed in corporis perpetientis,

1 Alexipharmacarum facultatũ natura duplex.

2 Alexipharmaca esse media inter oblæsa corpora, & lædẽtia medicamẽta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tis, & medicamenti lædentis medio librentur.

CAP. XVIII.

1 Anodynę facultatis natura. *AT[1] facultas quæ verè & est & dicitur anodyna, eorũ est, quæ primo ordine excalfaciunt, tenuémq; essentiã sortiuntur. Quæ verò impropriè anodyna vocatur, ijs medicamentis inest, quæ suo ingẽti frigore partẽ stupefaciunt.* 2 Stupor quid. *[2] Est autem stupor paulò minus quàm insensibilitas, ac sensus priuatio. Cæterùm quæ affectũ sanãdo dolorẽ sedãt, nec meritò dici anodyna possunt: nã id est omniũ curãtium cõmune. Quæ itaq; reuera sunt anodyna, partiũ sint tenuium, & calidiora quàm quæ symmetra sunt, est necesse,* 3 Anodynorũ opera. *[3] vt scilicet euacuent, digerant, rarefaciãt, extenuent, concoquãt, & æquabile reddant, quicquid partibus doloris est causa.* 4 Anodynis nihil debere inesse adstrictionis. *[4] Quare nihil prorsus adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidẽ aut affectus exposcãt. Ex quibus liquet, quòd interdũ affectionẽ non iuuabũt, sed tantũmodo mitigabũt dolorẽ, quando videlicet verè anodyna dicentur. Interdum adiuuabunt affectũ, dicẽtúrq; simul anodyna, & salubria.* 5 Anodynorũ differentia duplex. *[5] Igitur medicaminũ anodynorũ quædã ex primo sunt calfacientiũ ordine, quæ propriè anodyna dicuntur, vt anethinũ oleum: quædã similiter vt corpus nostrũ, qualia sanè pus mouentia. Quæ verò soporem epota inducunt, temperiem sortiuntur vel summè aduersam ijs, quæ reuera sunt anodyna. Refrigerant*

siquid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſiquidem omnia corpus, & ſenſum eouſque ſtupefaciunt, vt ſi paulò liberalius bibantur, mortem afferant. Cæterùm ad vſum propoſitũ optima ſunt quæ deſiccãt. Quæ verò exiſtentia frigida, humiditatis etiam copiam obtinent, vt cicuta, ea potui non ſunt vtilia. Talis eſt mandragora, excepto eius cortice ſicco, & alterc ũ præter ſemen. [1] Sunt tamẽ & quæ nobis tota eſſentia aduerſentur. Proinde ſi vel minimum eorũ aſſumptum fuerit, omnino lædat neceſſe eſt: ceu dryopteris, pityocãpe, thapſia, ſolanum manicum, hydrargyros, & fungorũ nonnulli: præterea ſaliua & fel animalium venenatorum. Nam talia omnia genere ſunt deleteria, non quantitate. Ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, [2] vt ſolet papaueris ſuccus, myrrha, ſtyrax, & crocus. Nam tametſi quædam horum dementent largius bibita, quædam mortem inferant, menſura tamen conuenienti permiſta alijs, adiuuant. Eorum porrò quæ mentem lædunt, pleraque etiam caput degrauant, vaporibus ipſum implentia. Sunt quæ id affligant, oblædentia ventriculum. Communiter verò cerebrum vniuerſa duobus modis infeſtant, aut totius ſubſtantiæ contrarietate, aut quum vna duabúſve qualitatibus illius temperaturam immutant.

1 Deleteria tota ſubſtãtia quæ.

2 Deleteria quantitate quæ ſint.

CAP. XIX.

VOcabulum [3] hoc purgans, vna quidẽ eáq; cõmuni ratione de ijs omnibus dicitur, quæ

3 Purgans medicamẽ multiplex habet ſignificatũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quouis modo animalis excrementa expurgant: alia verò de ijs tantùm enuntiatur per excellentiam, quæ aut per vomitum, aut per alui deiectionem purgationem moliũtur: ita vt ab his diuersi generis sint ea, quæ tum per nares, tũ per os à capite humores eliciunt. Eiusdem cum istis sunt generis, quæ vuluæ admota, vi quadã attractrice illius excrementa repurgant.[1] Quæcunque siquidem purgare animaduertimus, ea trahendi vim poßident, alia vnum quempiam succum, alia duos, aut etiam plures: ídque illis inter sese commune existit. Nam quæ crassos humores extenuãdo, aut vrinam ciere possunt, aut ex pectore pulmonéq; eijciendis excreationibus auxiliari, aut menstruas purgationes ciere, purgant sanè & ea aliquo pacto, verùm antè dictis non similiter nuncupantur, sed alia dicuntur diuretica, alia bechica, alia menses mouentia, hac re à superioribus diuersa, quòd non habeant vim familiarium succorum attractricẽ, vt illa.[2] Bifariã autẽ dicũtur bechica: partim quòd tußim prouocẽt, partim quòd eandem sedẽt. Atqui cõtrariæ horũ sunt facultates. Aliæ enim extenuãdi naturã habẽt, alia incrassandi. Atq; extenuãdi quidẽ facultas in calidis & tenuiũ partiũ substãtijs sita est: incrassandi verò, frigidis, & crassarũ partium essentijs inest.

1 Purgantium alia vnum, alia duos trahũt humores.

2 Bechica dicit bifariám.

CAP. XX.

LActis & seminis effectrices facultates, sunt

ſunt partim in medicamentis tantùm, partim in alimentis. In medicamentis quidem, quum ſuccos pituitoſos excalfacientes in ſanguinẽ vertimus: in alimentis autem, ſecundũ ſubſtantiæ totius ſimilitudinem, vbi videlicet boni ſunt ſucci, & humida, & tepidè calida, ceu ipſum lac. [1] Siquidem ſanguis eſt caloris mediocris particeps: plus verò quàm mediocris, bilis: ſicuti pituita frigiditatis. [2] In medio autem pituitæ & ſanguinis lac ipſum conſiſtit, propius tamen ſanguinem verſus inclinans. [3] Vbi igitur ob penuriam ſanguinis parum lactis in mammis conficitur, humectante ſimul & calfaciente victus ratione eſt opus. Si verò, quòd biliosus fuerit, in primis purgationem ipſe ſanguis deſyderat: mox victum, quem nuper diximus. At ſi, quòd pituitoſus, medicamenta requirit excalfacientia aut primo, aut ſecundo ordine, non tamẽ exiccãtia. Verùm inter ea potiora ſunt, quæ nõ tantũ medicamenta ſunt ſed & nutrimẽta, veluti eruca, fœniculũ, anethum. Intelligo enim ipſas herbas etiamnũ virẽtes et humidas: nã quæ ſiccæ ſunt, plus quã par ſit & excalfaciũt & deſiccãt. Huius generis eſt ſmyrnion, apium, ſion, poliõ, eaq; prius quàm exiccẽtur. [4] In ſumma verò, quæcũq; calfaciunt plus quàm expediat, quæq; deſiccant, aut refrigerant, partim qualitatẽ ipſius ſanguinis vitiãtia, partim ipſum minorem reddentia, lactis prohibent generationem.

1 Humorũ corporis humani temperies.
2 Lactis tẽperies.
3 Lactis gignendi ratio.
4 Lactis generationem quæ prohibeãt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

CAP. XXI.

1 Sanguis est materia mensiũ & lactis.

2 Venas esse communes uberibus & matrici.

3 Lacti mẽsibusq; gignendis, eandem victus & medicinæ rationẽ desyderat.

4 Menses demitti in uterũ, non ab illo attrahi.

Porrò dictis adsimilem facultatẽ obtinent, quæcunque prouocare aut sedare menses possunt.[1] Vtrorunque enim communis materia est, nempe sanguis in venis contentus. Quare vbi hic fluxilis fuerit, & qualitate contemperatus, vtrique abundantem copiam suppeditat.[2] Cõmunes præterea vberibus vteróque venæ sunt non exiguæ. Itaque vbi ad alterutrã partem sanguis defertur, altera siccescit. Proinde quibus menses mediocriter deferuntur, ijs lac minimè in mamillis colligitur. Quibus verò hoc largè suppetit, ijs planè menses cohibentur.[3] Quocirca mirandum non est, si tum victus, tum medicamẽta similia sint, nempe & ea quæ gignunt & sedant menstruas vteri purgationes, & ea quæ lactis in vberibus generationem tum procurant, tum supprimunt: quanquam hactenus differant, quòd & calidioribus, & magis incidentibus nonnunquam menstrua purgatio indigeat: quum nimirum ea in parte sitæ venæ magis aperiri debeant, quàm quæ tendũt in mammas, & sanguinem fluxilem magis requirant, vtero ad delationem eius nihil conferente.[4] Mittuntur enim in venas quæ comittuntur illi, non attrahũtur menses. At sanguis in vbera nõ tantùm mittitur, sed etiã trahitur: ac proinde leuiori subsidio medicaminũ opus habet, quum non abundè in mammas is confluit.

Medi

Medicamenta etiam quæ iuuant vt sanguis in mamillas feratur, imperfectas etiam purgationes promouent. Sin autem nimis oblæsæ sint, aut planè retentæ, nullum eiusmodi eas sanare potest: [1] *verùm Sabina, meion, iris, calamintha, pulegium, dictãnum, asarum, costus, casia, cinnamomum, amomum, aristolochia, bunium, & eius generis reliqua, exactas vteri purgationũ retentiones persanant: taliáque etiam vrinam promouent.* [2] *Sed ab ijs quæ diuretica tantùm dicuntur, hoc quidem differunt, quòd non vehementer desiccent. Etenim quæ non desiccant, & modicè calfaciunt, lacti sunt generando vtilia: quæ verò plus excalfaciunt, non tamen valenter desiccant, mensibus eliciendis sunt cõgrua. Verùm & vtraq; hæc vrinas prouocãt, necnon in primis ea quæ desiccantia etiam calfaciunt. At præter alia & reddendis ex pectore pulmonéq; excreationibus incõmoda sunt desiccãtia. Poscunt quippè & ipsæ incidi quidẽ, non tamen exiccari: ceu & renum vesicæque calculi.*

1 Mẽses & vrinas quę eliciant.

2 Menses ducentia à diureticis quomodo differant.

CAP. XXII.

S*Emen* [3] *generant cibi, qui probè nutriunt, & flatulenti sunt, familiaréſque totis substantijs: medicamenta verò flatulẽta etiam & calida. Extinguunt autem desiccantia & refrigerantia omnia, quæ que totis substantijs contraria sunt.* [4] *Porrò prouocant quæcunque calida sunt & flatuosa absque desiccatione: suppri-*

3 Semen q̃ gignãt, extinguãtq;.

4 Semen prouocantia, supprimentiaq;.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

munt verò contraria. Etenim quũ seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur, sitq́; etiam flatuosa: bene nutriãt & flatulenta sint, necesse est, quæcunque semen aut procreare, aut prouocare possunt. Quare bulbi, cicer, fabæ, polypodes, cornus, edulia multi seminis & dicũtur & sunt. At scincus & satyrion medicamenta ad id apta existunt. Porrò simul cibi & medicamina multi seminis sunt lini semen, & eruca.[1] *Cæterùm quæ refrigerare sunt nata, tam edulia, quàm medicamenta semen cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsum supprimentem, non autem corrũpentem: vt lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora melopepones, cucumeres, siue maturi, siue immaturi.*[2] *Iam verò quæ desiccãt, ne esse quidem semen permittunt, etiamsi natura calida sint, vt ruta. Quòd si etiam non calfaciant, multò minus: vt nymphæa. Eandem proportionem tum esculentorum, tum medicamentorum est inuenire, circa lac & menstrua. Sub idem genus cadunt, quanuis alio modo, quæ respirantium instrumentorum reijciendis excreationibus auxiliantur, quæque vrinam ciere possunt. Hæc enim omnia extenuandi facultatem obtinent, vti contraria incrassandi.*

1 Semẽ supprimũt omnia refrigerantia.
2 Semẽ ne esse quidẽ permictũt, quæ siccãt.
3 Ocularia medicamẽta.
† In vetustioribus Galeni codicibus sic legitur, καὶ τῷ κύκνῳ προσαγορευομένῳ, καὶ τῷ λιβανωτῷ. hoc est & eo quod

CAP. XXIII.

TAmetsi[3] *collyrio dià rhodon, & dià pompholygos, † & cygnio, & thure, vti possimus*

mus ad aures, aut os, aut nares affectas, nec nõ ad pudendum & anũ: quia tamen frequentius ad oculorum morbos ijs vtimur, ob id nimirum ocularia medicamẽta vocantur: sicuti alia hepatica, alia splenica, stomachicáve, secũdum differentiam particularum quibus solent auxiliari creberrimé.

cycnus appellatur, et quod Libyanum. Quorũ collyriorũ & confectionem, & nominis rationẽ explicat Gal. libr. 4. de Cõpos. medi. secund. loc.

CAP. XXIIII.

DVm autem ij qui Methodici nominãtur, metasyncriticas quasdam materias & facultates appellãt, præterquàm quòd obscura & falsa loquuntur, etiam suæ ipsorum hæresi maximè repugnantia adstruunt.

CAP. XXV.

EX operibus autem contrarias iudicare facultates oportet, dicentes quasdam esse facultates emplasticas, & his contrarias, tum extergentes, tum farctu liberantes, præterea emolientes, indurantes, laxantes, & contendentes. [1] *Nã adstringentes, acres, amaras, acidas, atque dulces, non facultates medicamentorum, sed gustus esse qualitates mõstrauimus. Quanquam & harum etiam tum actiones, tum temperaturæ, nobis veniũt inuestigandæ.* [2] *Etenim adstringens, terrestre est & frigidum: acidum, subtile & frigidum: amarũ terestre & subtile: quod insignis qualitatis expers, frigidum simul & aqueũ: acre, igneum: salsum terrestre & calidum, nondum tamen igneum: similiter dulce,*

1 Gustus qualitates quæ sint.

2 Saporum temperaturæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

calidum, sed nondum urens: quæ denique oleosa sunt, omnia aquea sunt & aërea. [1] Sequuta sanè sunt temperaturas eorum, & opera. Nam adstringens contrahere, constringere, densare, repellere, incrassare, & ante omnia refrigerare, exiccaréque est natum: acidum verò incidere, extenuare, farctu liberare, & perpurgare citra calfactionem & cum aliquantula repercußione potest. At acre, similiter vt acidum, extenuátque & perpurgat, necnon perrumpit, attrahit, & escharam inducit, cæterùm calfaciens, & digerens. Sic amarum quoque meatus perpurgat, abstergit, extenuat, incidit humorũ craßitiem absque manifesta excalfactione. Quod qualitatis est expers, incrassat, cogit, contrahit, extinguit, stupefacítque. Porrò salsum contrahit, constringit, condiendo seruat, desiccat citra apertam aut frigiditatem, aut caliditatem. Dulce verò concoquit, laxat, rarefacit: oleosum denique humectat, emollítque, & laxat. Ex quibus sanè facilè inuenire licebit, quinam sapores temperiei, & qui sint contrarij operibus.

1 Gustatilium qualitatum facultates & opera.

CAP. XXVI.

SYmmetrum [2] appellare medicamentum conuenit, quod nec excalfacit, nec desiccat, nec refrigerat, nec humectat, nec calidum, frigidũ, humidum, siccúm ve existit. Quod verò aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut siccius est, à

2 Symmetrum quid dicatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

est, à vincente seu excedente facultate cognominatur. [1] Porrò per vnumquęque excessum quatuor posuisse ordines, quod ad vsum spectat, sufficit: calidum quidem exempli gratia, nominantes primi ordinis, quod nos excalfacit, non tamē euidenter, sed ita vt opus sit rationali demonstratione. Quæ verò manifestè calfacere nos dicuntur, ea secundi ordinis esse dicentur. At quæ iam vehementer quidem, non tamen summè, tertij. Quæ autem adeò excalfacere possunt, vt escharam moliantur & vrant, quarti: similitérque in alijs exuperantijs existimandum. Nam quæ adeò vehementer refrigerāt, vt extinguant, & ipsa quarti sunt ordinis. [2] Cæterùm nullum inuenire est, quod quarto desiccet ordine, quod non etiam vrat. At tertij ordinis exiccantium quippiam esse poßit, quod minimè vrat, ceu omnia quæ vehemēter adstringunt: ex quibus est omphacium, rhus, alumen, balaustium, galla omphacitis. In his autē ipsis quædam vicina sunt adurentibus, vt squama æris, & æs vstum, quasi inter tertium quartúmque ordinem hæreant. In medio tertij est æs vstum, si lotum sit: in principio tertij hypocystis. Sic in secundo & quarto differentias licet constituere triplices: quum non perinde vrant cauterium & napy, licet ambo quarti sint ordinis.

1 Ordines, siue grad⁹ excessuū, quatuor.

2 Exiccantia quarto ordine, etiā vrunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIB. VI.



ENERALIS *igitur sermo de facultate medicamẽtorum simplicium vniuersus iam superioribus libris finem suum consequutus videtur. Tempus verò iam est ad sermones particulares, siue speciales transire,* [1] *hoc solũmodo repetẽtes, primùm quidem in natura temperatißima, secundò in intemperata, postea deinceps in simplicibus morbis, faciendum esse periculum de facultate ipsorum medicamentorum. Cæterùm quoniam medicamenta omnia, partim quidem sunt animalium partes, aut plantarum, aut fructuum, aut horum liquores, aut succi: partim autem ex metallis sumũtur: optimum mihi visum est de plantis ante omnia disserere: dein de metallicis pertractare: ac vltimò ad animaliũ partes transire, ídque obseruato literarum Græcarum ordine. Curabimus autem semper, vt (quod monuit primo oraculo Hippocrates,* [2] *vitam pronuntians breuem & artem longam) festinantes quàm*

1 Medicamenta in quibus experiri debeamus.

2 Vita breuis, ars longa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quàm maximo studio, viam incedamus compendiosissimam, per ea nempe quæ sunt in arte vtilissima. [1] *Inter omnes porrò Dioscorides perfectissimè mihi videtur confecisse tractatum de medicamentorum materia. At qui aggrediuntur figuras herbarum describere, quas ne per somnium quidem viderunt, ij certè videntur præconibus similes, qui notas ab alijs acceptas fugitiui mancipij publicant, quod ipsi nunquàm viderunt: imò quem ne agnoscere quidem possint, si propè assisteret.* [2] *Illos etiam non possum non accusare, qui primi herbarum formas scriptis docere conati sunt, quum melius existimem ab ipso præceptore oculis discere, ac non assimilari ijs, qui ex libris prodeunt gubernatores.*

1 Dioscorides exactissimè tradidisse historiam plantarum.

2 Herbarũ formas nõ esse ex libris discendas.

Abrotonum.

ABrotonum [3] *calidum & siccum est facultate, in tertio recessu aut ordine, qui ad temperatam naturam expenditur, situm. Valde siquidem est amarum: qui sapor, quum essẽtiæ terrenæ sit, à largo est calore extenuatus.* [4] *Porrò si quibus per circuitus redeũt rigores, ante inuasionem rigorum eos abrotono cõfrices, minus vtiq; concutientur, subitóq; sensum caloris percipient.* [5] *Quòd abrotonum etiam lumbricos perimat, par quidem est, quum sit amarum. Cæterùm & digerendi & incidendi quandam vim habet, ipsóque absinthio maiorem: quandoqui*

3 Abrotoni temperatura, & essentia.

4 Abrotono siquis perfricetur ante inuasionem, minus à febrili rigore infestabitur.

5 Abrotonũ vermes perimit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

doquidem paucißimæ acerbitatis particeps est abrotonum, haud autem exiguæ absinthium. [1] Vnde inimicum sanè est ventriculo abrotonum, veluti etiam Seriphium: [2] gratum verò & amicum absinthium. Per se quippe amarum omnifariàm est infensum ventriculo: [3] austerum verò, aut acerbum, aut in summa adstringens, amicum & familiare. Abrotoni duæ sunt species: quarum alteram sanè marem, alteram fœminam vocant. [4] Similiter & absinthij tres species, aut differentiæ aßignantur: quarum vnam eodem cum genere ipso nomine appellant absinthium: cuiusmodi est Ponticum. Secundam autem Santonicum: ac tertiam denique Seriphium. Quibus omnibus absinthium quidem minus est calidum, nempe plurimam adstrictionem obtinens: non tamen minus desiccatorium existit. Cæterorum autem, [5] Santonicum à Santonia regione, in qua nascitur, nomen sortitum, proximam habet facultatem, Seriphio paulò imbecillius in extenuando, calfaciendo, desiccandóque. [6] Porrò ipsum Seriphiũ abrotono minus est calidum, verùm calidius absinthio, stomacho impendiò inimicum, nempe cum amaritudine præ se etiam quandam ferẽs salsedinem. Sed nonnullam tamen, etsi minimã, adstrictionem sortitur. Sic abrotonum & Santonicum admodum sunt infesta ventriculo. Solum enim inter ea absinthiũ, & maximè Ponticum,

1 Abrotonũ inimicum ventriculo.

2 Absinthium ventriculo gratum.

3 Adstringẽtia sunt amica ventriculo.

4 Absinthij tres species.

5 Santonicum.

6 Seriphium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cum, gratũ stomacho existit. Abrotonũ vstum, calidũ siccúmq; facultate est, magis etiã quàm cucurbita sicca vsta, & anethi radix. [1] *Illa enim vlceribus humidis simul & citra phlegmonen callo induratis conueniunt: ac proinde maximè præputij vlceribus congruũt. At cinis abrotoni vlceribus omnibus mordax est: atq; iccirco ex oleo aliquo tenui, cicino scilicet, aut rhaphanino, aut Sicyonio, aut veteri, & maximè Sabino, ad alopecias accommodatur.* [2] *Tum barbam tardius nascentem, in eorum aliquo, nec minus lentiscino, maceratum elicit.*

Agnos. Vitex.

Agnos, [3] *aut vitex, fruticosa illa plãta, calidus quidem & siccus est tertio ordine, verùm multùm tenuis substãtiæ, tũ gustu acris simul & adstringens: ipsas tamẽ vitices ad medicinã habet inutiles. Cæterùm folia, semẽq;, & flos, calida siccáq; sunt facultate, necnon tenui substãtia: quare sæpe nobis sunt vsui. Porrò semen edendo est:* [4] *tam perspicuò tamen calfacit, vt capiti dolorem hoc nomine pariat: quanquàm si id frigatur, minus caput tentat. Vtcũq; autem sumatur, flatus vẽtris discutit.* [5] *Præterea tum semen, tum flos, tum folia, venereas intemperantias compescunt. Quare non tantùm esa potáq; conferre ad castitatem videntur, verùm etiam substrata: vnde planta ipsa agnos, hoc est casta vocatur.* [6] *At ruta, quàm agnos,*

mag

1 Cucurbita vsta, & anethi radix præputij vlceribus congruunt.

2 Abrotoni cinis ex aliquo oleo calido barbã tardius nascentẽ elicit.

3 Agnos. Vitex.

4 Viticis semen capitis grauitatem parit.

5 Vitex venereas intẽperantias compescit.

6 Rutæ facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

magis quidē excalfactoria & exiccatoria existit. Ad hæc, agni quidē semen ac germina modicam adstrictionem ferunt: at ruta vbi aruerit, exactè amara est & acris: quandiu verò humida fuerit, subamara. Nulla tamen austeritas aut acerbitas illi inest, aut illa certè obscurissima. Quocirca & ad iecur & lienem indurata & obstructa, agni semen potius,
1. Vitex obstructis cōfert, mensesq; promouet. *quàm rutæ, competit.* [1] *Præter dicta autem agnus & menses mouet, & indurata digerit, & lassitudinem tollit.*

Agrostis, Gramen.

2 Agrostis. Gramen.

GRaminis [2] *radix modicè frigida est & sicca, mordacitatem quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. At herba ipsa primo quidem recessu refrigerat, in humiditate verò & siccitate existens moderata.*

Gramen esculentum.

3 Graminis esculenti radix cruēta vulnera glutinat, frāgitque lapides.

EIus radix est modicè frigida et sicca [3] *proindéque cruenta vlcera glutinat. Ipsa autem herba illita non vehementer refrigerat, in medio constituta humiditatis & siccitatis. Radici porrò mordacitas & tenuitas quædam exigua inest, qua nimirum lapides frangit si quis eam decoctam bibat.* [4] *At semen alterius quidem imbecillum est: eius verò quæ in Parnasso nascitur, vrinam ciet, ac fluxus ventris & stomachi resiccat. Vis enim eius est exiccatoria, tenuium partium, & subacerba.*

4 Graminis semen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

De quatuor Anchusis.

ONoclea,[1] quam vocant, radicẽ habet admodum refrigerantem, desiccantem, adstringentem, & subamaram, corporibus condensandis & modicè extenuandis idoneam, tũ abstergẽdis quoq; & abluẽdis biliosis & salsis succis.[2] Quare aurigini & lienosis est vtilis. Praeterea cum polenta illita, iuuat erysipelata, & abstergit non modò epota, sed etiam admota extrinsecus: proinde aceto macerata, vitiligines et lepras sanat. At folia ipsius herbae imbecilliora radice sunt, non tamen à resiccatione & adstrictione aliena. Itaq; profluuiũ sanãt cũ vino pota.[3] Lycopsos nominata, refrigerans etiã & siccãs, similiter erysipelatis cõgruit. Caeterùm radicẽ, quàm onoclea, magis adstringentẽ sortitur.[4] Onochilo cognominatae vis & calidior & medicamẽtosior inest. Quare eos qui à viperis morsi sunt, admodum iuuat, tum illita, tum suspensa tum esu.[5] Reliqua verò quae quarta est, & parua, caeteris est calidior, amarior, & medicatior: ac proinde ad latos lumbricos idonea, oxybaphi mensura cum nasturtio & hyssopo epota.

1 Anchusę quatuor species.

2 Onoclea qbus morbis conueniat.

3 Lycopsos.

4 Onochilos.

5 Anchusę quarta species anonymos, latos lumbricos perimit.

Agarici radix.

PRimò quidẽ gustu dulcis, sed paulò pòst subamara apparet, acrimoniaeq; & adstrictionis leuiculae quandã speciem temporis spatio inducit: estq; consistentia laxa. Quare composita[6] haec radix est ex substãtia aërea & terrea,

6 Agaricũ radicẽ esse credit Gal.

à cal

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

à calore extenuata. Minimum autem habet es-
1 Agarici facultates insignes. sentiæ aqueæ.[1] Hac ratione & digerendi vim possidet, & crassitudinem incidendi, tum anfractus viscerũ expurgandi. Idcirco regio morbo laborantes ex obstructione iecinoris, necnon morbo comitiali obnoxios, sanat: tũ rigores per circuitus recurrentes, ex crassis viscidísq; humoribus ortos, exterminat. Iuuat & morsos à bestijs frigore lædentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impositum, tum intrò in corpus assumptum, pondere drachmæ vnius cum vino diluto. Est etiam & purgatorium.

Ageraton.

2 Ageratō. FAcultatẽ[2] digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum, Polytrichum, Callitrichum, Vulgò capilli Veneris.

3 Adiantō, Polytrichon. Capilli Veneris. IN calore & frigore symmetrum est: siccat tamen, & extenuat, & digerit. Caput ex alopecia glabrum, capillis vestit strumas & abscessus digerit: epotum lapides frangit: viscidorũ crassorúmque è pectore pulmonéque excreationibus, non mediocriter confert: ac denique ventris profluuium sistit,

Aeizoon, Semperuiuum.

4 Aeizoō. Semperuiuum. AEiZoon[4] vtrũq; tum maius, tum minus, desiccat quidem leuiter, vtpote adstringens modicè: est tamen ex tertio ordine refrigerantium: in eóq; aquea essentia præpollet. Quare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

re ad eryſipelata, herpetes, & phlegmonas à fluxione ortas accommodatur.

Aegilops, Auena.

D*Igerendi*[1] *vim obtinet, exiſtens leuiter acris. Vnde phlegmonas induratas, & ægilopas ſanat.* 1 Aegilops. Auena.

Aera, Lolium.

I*N*[2] *principio tertij ordinis excalfacientium, ſecundi verò extremo exiccantium conſiſtit, ſic vt accedere magis, quàm iris, naturæ acrium videatur: à qua tamen eſſentiæ tenuitate relinquitur.* 2 Aera. Lolium.

Aegyrus, ſiue populus alba.

P*Opuli flores calidi ſunt in primo receſſu, paulúmque ad ſiccius declinant, ſubtiliorúmq; potius, quàm craßiorum, ſunt partium. Floribus ſimilia ſunt folia, licet imbecilliora. Reſina etiam floribus ſimilem facultatem, ſed calidiorem, obtinet. At ſemen, tum reſina, tum floribus ſubtiliorum eſt partium, & exiccantius, non tamen multò calidius.* 3 Aegyrus. Populus alba.

Acacia.

A*Cacia*[4] *& planta ipſa acerba eſt, & fructus, & ſuccus: qui lotus acrimoniam deponit. Porrò ſi parti illinatur, protinus eam ſicciorem atq; contractam reddit: éſtq; tertij ordinis exiccantium, & ſecundi refrigerantium, vbi quidem elotus fuerit: alioqui ſi illotus ſit, primi. Eſt autem conſiſtentia terreus habétque in ſe* 4 Acaciæ facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

partes quasdam aqueas, necnon alias tenues & calidas.

Acalephe, Vrtica.

1 Acalephe. Vrtica.

2 Vrtica extimulat Venerem.

HVius[1] *herbæ tum fructus, tum folia, admodum digerentis sunt facultatis, adeò vt phymata & parotidas sanẽt.*[2] *Sed & quiddam flatuosum exhibent, dum coquũtur, quo extimulãt. Venerem, & maximè, vbi semen cum musto bibitur. Quòd non calfaciat vehementer, sed nimis tenuium sit partium, testimonio est humorum crassorũ ex pectore eductio, tum pruritus quem in partibus excitat.*[3] *Porrò subducit ventrem titillatione magis, quàm purgatione. In vniuersum, quæ exiccari citrà mordicationem postulant, ea conuenienter persanat.*

3 Vrtica subducit aluum titillatione magis, quàm purgatione.

Acanthos, Spina vulgaris.

4 Acãthos, Spina.

FOlia[4] *quidem mediocriter digerentẽ facultatem obtinent: at radix exiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuium partium.*

Acanthion.

5 Acãthiõ.

RAdix[5] *huius & folia facultatis sunt excalfactoriæ, vt & ijs qui conuelluntur auxilientur.*

Acanthe leuce, Spina alba.

6 Acãthes leuces, siue spinæ albę facultas.

RAdix[6] *eius desiccatoria est, & modicè adstringens: quamobrem & cœliacos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, œdematáq; illitu contrahit, ac dentes dolentes iuuat, si decocto eius colluantur. Semen te-*

nuia

nuis essentiæ & calidæ facultatis est: itaque potui dari ijs qui conuelluntur conuenit.

Spina Aegyptia.

VAlidius, [1] *quàm spina alba, tum astringit, tum sic at. Quare profluuium muliebre radix eius supprimit. Fructus verò & columellæ prodest, & ijs quæ in sede inflata sunt: vlceráq; ad cicatricem perducit.* 1 Spinæ Aegyptiæ facultas.

Acoron.

HVius radice vtimur, quæ gustu modicè amaro est, odoréq; non iniucundo. [2] *Itaq; facultatis calidæ est, & consistētiæ tenuis. Quare & vrinam mouet, & lienes induratos discutit, ceratoidísq; craßitiem detergit, extenuátque. Ad quod succus præstantior existit. Calfacit enim & siccat in tertio ordine.* 2 Acori facultates.

Aconitum pardalianches.

HOc [3] *putrefaciētis & deleteriæ facultatis existit: quare in cibo potúq; fugiendum.* 3 Aconitū pardalianches.

Aconitum lycoctonum.

ESt [4] *& hoc similis alteri facultatis: sed peculiariter lupos interficit, vt illud pardos.* 4 Aconitū lycoctonū.

Acte, quam sabucum: Chamæacte, quam Ebulum vocant.

VTraq; [5] *potentiā habet & desiccādi, & cōglutinandi, necnon digerendi modicum.* 5 Acte, siue Sabucus. Chamæacte, siue Ebulus.

Alimum.

SEmen [6] *simul & lac hæc planta gignit, éstq; gustus acris, & subastringentis: ex quibus* 6 Alimum.

constat ipsam esse dissimilarem. Maior tamen pars eius temperatè est calida, cum humiditate inconfecta, & leuiter flatuosa.

Aloë.

1 Aloës faculeates.

HAec herba, optima in India nascitur, cuius liquor est id quod ad nos importatur cognominatum aloë, medicamentum ad plurimas res, propter siccitatem mordicationis expertem, vtile. Quod quidē astringit modicè, sed fortiter amarum est, ac proinde subducit ventrem. Est autem tertij ordinis exiccantium, calfacientium autem aut primi intensi, aut secundi remissi.[2] *Ad hæc verò gratum est vētriculo medicamē, vt si quid aliud:*[3] *& sinus glutinat. Sanat vlcera quæ ægrè ad cicatricē perduci possunt, & maximè quæ in ano sunt & pudēdo. Cōfert similiter si maceretur aqua ad eorū phlegmonas, necnō eas quæ in ore, naribus oculísq; oboriuntur. In summa, repellere & digerere simul potest, cum hoc vt paulùm extergeat, quantum videlicet vlceribus puris non sit molestum.*

2 Aloë est grata ventriculo.

3 Aloë quibus affectibus conferat.

Alysson.

4 Alysson morsos à cane rabido, rabientémq; ipsū sanat.

NVncupata[4] *est hæc herba Alysson, quòd mirificè iuuet morsos à cane rabido. Sed rabienti quoque data, sæpe in totum sanauit, ob totius substantiæ similitudinem. Siccat autem digerítque mediocriter: ac præterea detergit nonnihil. Qua ratione vitiliginem, & ephelim purgat.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Alſine, Auricula muris.

H*Aec* [1] *quum eſſentiæ ſit aqueæ, citra adſtrictionem tum refrigerat, tum humectat. Quare ad feruentes phlegmonas & mediocria eryſipelata confert.* 1 Alſine. Auricula muris.

Amaracon, Maiorana,

C*Alfacit* [1] *quidem in tertio ordine: in ſecundo autem ſiccat.* 2 Amaracon. Maiorana.

Ambroſia.

I*Llita* [3] *vim habet adſtringentem, ac repellentem.* 3 Ambroſia.

Ammi.

E*Ius* [4] *ſemẽ eſt admodum vtile. Quũ enim ſit ſubamarum & acre, conſtat ipſum & digerere, & prouocare vrinas. Calfacit autem, reſiccátque in tertio ordine intenſo.* 4 Ammi.

Amarantum.

F*Acultatis* [5] *eſt incidentis & extenuantis. Quare coma eius cum vino pota, menſes educit: omnéſque pota fluxiones deſiccat, ſtomacho infeſta. Grumos etiam ſanguinis diſſoluere creditur.* 5 Amarantum.

Amurca.

E*X* [6] *ſecundo eſt ordine calfacientium: at ſiccantium, intenſo quodammodo magis, terreſtris ſubſtantiæ quum ſit. Sic & vlcera corporum temperatura ſiccorum, curat: quæ verò in alijs omnibus ſunt, exaſperat, perinde vt reſina, pix ſicca, & bitumen.* 6 Amurcæ vires.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ampeloprason, Porrum agreste.

1 Ampeloprason. 2 Agrestia omnia esse acriora hortensibus.

EST[1] *herba hæc porrum agreste: ob idque acrius eo, atq; siccius*[2] *vt agrestia omnia hortensibus. Proinde stomacho, quàm illud, nocentius. At crassos & lentos humores potentius incidit, valentiúsque infarcta organis obstructione liberat. Hac quoq; ratione sæpe prouocauit vrinas, vbi à crassis & lentis retinebantur humoribus. Adeò verò est calidum, vt illitum cataplasmatis ritu, exulceret.*

Ampelos agria, Vitis agrestis.

3 Ampelos agria. Vitis agrestis.

RAcemi[3] *eius extergendi vim possidēt: ac proinde cutis extimæ vlcera purgare possunt. Sed adstrictionem quandam sortiuntur extrema germina: quæ & sale condiri assolent.*

Ampelos hemeros, Vitis satiua.

4 Ampelos. Vitis.

VItis[4] *cultæ assimilis facultas est agresti, sed ad omnia imbecillior.*

Ampelos leuce, Vitis alba, Bryonia.

5 Ampelos leuce. Vitis alba. Bryonia.

PRima[5] *huius germina vere edi solent, edulium ventriculo propter adstrictionem acceptum. Cæterùm subamarā, & modicè acrem adstrictionem possident. Quare & vrinam modicè cient. At radix & abstergentem, & desiccantem vim habet, & moderatè calidā. Quāobrem & lienes induratos liquat epota: cum ficubúsq; foris imposita, psoram & lepram sanat. Porrò fructus eius, racemi speciem præferens, ijs qui coria depsant, est vtilis.*

Amp

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ampelos, melæna, Vitis nigra.

VOcatur [1] autē hæc propriè bryonia, prædictæ ad omnia similis, nisi quòd imbecillior. 1 Vitis nigra.

Amygdala.

QVæ [2] quidem palàm amara sunt, omnino extenuandi vim poßident. Siquidem ephelin purgant, & excreationibus ex pectore pulmonéq; crassorum lentorúmque humorum mirè auxiliantur. Obstructiones præterea iecinoris à craßis & viscidis succis ortas expediunt. Quin & lateris, & lienis, & coli, & renum dolores, ab huiusmodi causa natos, persanant. Ipsius arboris etiam radices coctæ, illitæq; ephéleis purgant. Porrò amygdala dulcia, quæ & ipsa nonnihil sortiuntur amaritudinis, moderatè sunt calida. 2 Amygdalorū vires.

Ammoniacum.

CVius dā [3] ferulæ est lacryma, intēsam emolliendi vim poßidens, adeò vt articulorum tophos dissoluat, & lienes induratos sanet, & chœradas per halitum digerat. 3 Ammoniacum.

Amomum.

ACoro [4] similem facultatem obtinet, nisi quòd acorum siccius sit, maiore autem concoquendi vi amomum. 4 Amomū

Anagallis.

ANagallis [5] vtraque, & quæ cœruleum, & quæ purpureum fert florē, extergētis est facultatis. Habent verò nonnihil etiam ca- 5 Anagallidis vtriusque facultates.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

loris, & quandam trahendi vim, qua corpori infixa extrahunt. Succus earum ex naribus purgat eadem de causa. In summa, desiccandi vim habent citra mordicationem. Quamobrem vulnera glutinant, & putrida corrigunt.

Anagyros.

1 Anagyri facultas. FRutex [1] est grauiter olens, & digerẽtis, excalfacientísque facultatis. Cuius folia viridia tumores reprimunt: at resiccata, incidentis sunt, exiccantísq; potentiæ. Similem ferè vim habet eius radicis cortex. Semen autẽ subtiliorum est partium: vomitum tamen prouocat.

Androsæmum, Officinis Milleperforata, Hispanis Coracõcillo, hoc est, corculum.

2 Androsæmon. Milleperforata. PLãta [2] est fruticosa, natura duplex. Vnum enim dicitur Ascyron, species hyperici: alterum à quibusdam appellatur Dionysias. Est autem semen eorum purgatorium: foliorũ verò facultas modicè extergens & desiccans, vt & ambusta curare credantur. Cæterùm in vino austero decocta, vinum ipsum vulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

Androsaces.

3 Androsaces. AMara [3] & acris est herba. Potest autem resiccata ebibitáque tum ipsa, tũ fructus eius, magnopere prouocare vrinam, & nimirum etiam digerere & desiccare.

Andrachne, Portulaca.

4 Andrachne. FRigida [4] & aquea est tẽperie, paucæ partícept

ceps austeritatis: proinde fluxiones repellit, maximéq; biliosas & calidas. Estq; tertij ordinis refrigerantium: humectantium autem secundi. Quare maximè æstuantes adiuuat, tũ ventris osculo imposita, tum hypochondrijs, ac præcipuè in febribus hecticis. [1] *Præterea dentium stuporem lenit. Quoniam autem restringit, vtiliter dysentericis editur, & muliebri profluuio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hæc sanè multò est, quàm herba, succus ipsius efficacior.*

1 Portulaca dẽtium stuporem lenit.

Anemone.

R*Adix* [2] *commansa pituitam euocat: succus è naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida vlcerum anemonæ expurgant, & lepras detrahunt, mẽsésq; appositæ eliciunt, & lac trahunt.*

2 Anemone.

Anethum.

A*Deò* [3] *excalfacit anethum, vt habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantis verò ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Itaq; meritò in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, crudos humores concoquit.* [4] *Vstũ autem, tertij ordinis, tum calfacientium, tum exiccantium fit. Proinde vlceribus nimis humidis prodest: potissimum ijs quæ in pudendis consistũt. At quæ in præputio sunt inueterata, ea probè cicatrice inducit. Cæterùm viride humidius & minus calidum est. Itaque magis concoquit, &*

3 Anethi facultates.

4 Anethũ vstum pudendorum vlceribus confert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

somnum conciliat, sed minus discutit.

Anthyllis.

1 Anthyllis vtraq;. *ANthyllis* [1] *vtraq; modicè desiccat, vt & vlcera glutinet. At quæ chamæpityi aßimilis est, subtiliorum est partium, magísq; detergit: præterea comitialibus competit.*

Anthemis, Chamæmelum.

2 Anthemis. Chamæmelum. *CAlfacit,* [2] *& desiccat in primo ordine: éstq; tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi vim obtinet.*

Anisi semen.

3 Anisi semen. *CAlfacit* [3] *& siccat in tertio ordine. Proinde vrinam mouet, ac digerit, flatúsque ventris reprimit.*

Antirrhinum, Anarinum.

4 Antirrhinum. *SEmen* [4] *habet inutile, éstque cum bubonio similis facultatis.*

Aparine, Philanthropos.

5 Aparine. Philãthropos. *MOdicè* [5] *extergit & desiccat, habétque nonnihil subtilium partium.*

Apios, Pyrus.

6 Apios. Pyrus. *PYri* [6] *folia pariter et turiones, austera sũt. Ex fructu autem, pars vna terrea est, alia aquea. Cæterùm vtraq; frigida: necnõ alia temperata. Proinde esũ pyra stomacho grata sunt, & sitim prohibent. Illita autem desiccant, modicè refrigerãt. Vnde etiam vulnera glutinant.*

7 Achrades. Pyra sylueſtria.

Achrades, Pyra syluestria.

MAgis [7] *quàm pyra reliqua astringunt & de*

& desiccant: ob ídq; maiora vulnera glutinãt, fluxúsque reprimunt.

Apocynum, Cynocrambe, Cynomorum, Syluestris mercurialis.

CAnibus [1] iuxtà & hominibus est venenũ, herba grauiter olens, ob ídq; vehemẽter calida: nõ tamen proportione desiccat. Itaq; illita admodum digerentis est facultatis. 1 Apocynũ Cynocrambe. Cynomoron.

Argemone.

ET [2] huius herbæ facultas abstersoria est & digerens. 2 Argemone.

Arisaron.

MVltò [3] minus est aro. Radicẽ habet oliuæ magnitudine, sed multò est ipsa acrius. 3 Arisarõ.

Aristolochia.

RAdix [4] eius est amara & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est, quæ rotunda. Aliarum verò duarum, quæ clematitis appellatur, fragrãtior est, infirmior tamen. At longa, tenuitate quidem à rotũda vincitur: abstergendi tamen, calfaciẽdíq; & ipsa potẽtiam obtinet; minus sanè, quàm rotunda, abstergens & digerens, sed non minus calfaciens, imò forsan plus. Itaq; in quibus vsus est modicæ abstersionis, commodior est lõga, vtputa in vlceribus carne implẽdis. At in quibus crassum humorẽ validius extenuare oportet, illic vsus est rotundæ. [5] Proinde dolores à crasso spiritu inductos, rotunda exactius persanat: extrahit spicula: 4 Aristolochia triplex. 5 Aristolochiæ rotundæ admirãda opera.

putre

putredines corrigit: vlcera sordida purgat: dentes et gingiuas splēdidas facit: auxilio est asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricísq; si cū aqua bibatur. Tū ruptis & conuulsis, vt si quid aliud, medicamen idoneum est.

Arceuthus, Iuniperus.

1 Arceuthus. Iuniperus.

CAlida[1] & sicca est tertij ordinis. At fructus, similiter calidus est: siccus tamen in primo ordine.

Arctium.

2 Arctium.

QVod[2] thapso verbasco est simile, radice tenera, candida, dulci, caule oblōgo & molli, semine cymino simili, tenuium est partiū: ob ídque facultatis modicè exiccantis & extergentis. Quamobrem radix ac semen eius in vino cocta, quadantenus dentium dolores mitigant. Porrò ambusta & chymethla non horum modò decoctum, sed & caules teneriores sanare possunt.

3 Lappa maior. Bardana.

Arctium aliud, Lappa maior, Bardana.

DIgerit[3] simul & desiccat: adstringit tamen nonnihil: vnde folia eius antiquis vlceribus prosunt.

4 Arnoglosson. Plantago.

Arnoglosson, plantago.

REfrigerat[4] pariter & siccat in secundo gradu: habétque nonnihil austerum, ratione terrearū partium. [5] Porrò medicamēta, quæ cum hoc quòd refrigerant, vnà etiam adstringūt, ea & ad vlcera rebellia omnia, & ad

5 Refrigerantia simul & adstringētia qbus morbis conueniant.

fluxi

fluxiones & putredines conueniunt, ac proinde & ad dysenterias. Nam & sanguinis profluuia sistunt, & si quid aduratur, refrigerant. Tum sinus quoq; glutinant, & alia vlcera recentia simul & vetera. Atque in omnibus ferè id genus medicamentis primas tenet, aut certè nulli secundum est arnoglossum, ob temperaturæ symmetriam & conuenientiam. Nam siccitatem obtinet morsus expertem, & frigiditatem quæ nondum stupefaciat. Fructus etiam & radix similis sunt facultatis, nisi quòd tum sicciores, tũ minus frigidæ. Quin & semen subtilium est partium, radices verò craßiorum. At herbæ folia exiccata subtilium partium existunt, & minus frigidæ facultatis. [1] Radicibus vtuntur ad dentium dolores, tum mandentes, tum collutionibus incoquentes: præterea ad iecinoris renúmque obstructiones non has tantùm adhibent, sed folia quoque, & multò magis semina.

1 Plantaginis radicibus ad dolores dentium vtuntur.

Arum.

M*Ediocrem* [2] *extergẽdi vim poßidet: éstq; primi ordinis calfacientium & exiccantium. Radices eius comesæ mediocriter humorum craßitiem incidunt, ita vt sint excreationibus ex pectore idoneæ.*

2 Arum.

Artemisia.

D*Vplex* [3] *est, vtraq; tamen calfacit secundo ordine: intenso autem primo, aut secundo remisso desiccat: suntq; tenuium partium: vnde*

3 Artemisia vtraq;.

calcul

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

calculis renum, vteriq; fomentationibus haud mediocriter congruunt.

Asarum.

1 Asarum. RAdices [1] eius facultate similes radicibus acori sunt, intensiores tamen.

Asclepias.

2 Asclepias. HVius [2] nondum nos periculum fecimus.

Aspalathos.

3 Aspalathos. ACris [3] simul & adstringens est. Quare partibus quidẽ suis acribus excalfacit, austeris verò refrigerat. Itaq; vtriusq; ratione desiccat: vñ ad putredines & fluxiones est vtilis.

Asparagus petræus.

4 Asparagus petrę9. ABstergẽdi [4] vim habet citra manifestã caliditatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maximè radices eius, & semen: quin & dentium dolores sanat.

Asplenum.

5 Asplenũ. TEnuium [5] quidem partium, non tamen calida est herba. Hac vtique ratione lapides frangit, & lienes liquat.

Astragalos.

6 Astragalos. RAdices [6] adstrictorias sortitur: quare non instrenuè siccat. Nam & vlcera glutinat, & aluum fluentem sistit, si quis in vino decoctam radicem bibat.

Aster Atticus, Bubonium.

7 Aster Atticus. Buboniũ. PArtim [7] quidem digerens est, partim autem refrigerans: verùm non adstringit.

Astaph

Astaphis, vua passa.

CVlta [1] quidem, concoquendi, adstringēdi, & leuiter digerēdi facultatē obtinet. At agrestis, vehementer acris existit, adeò vt ex capite purget, abstergátque valenter. Itaq; ad psoram accōmoda est. Sed & vrēdi vim habet. 1 Astaphis. Vua passa.

Asphodelus.

HVius [2] radix extergentis est facultatis. Vstæ autem cinis, calidior, exiccantior, subtilior, ac digerere potentior existit: ac proinde alopecias sanat. 2 Asphodelus.

Atractylis, Cnicus agrestis.

FAcultatem [3] habet desiccandi, & modicè digerendi: éxq; spinarum est genere. 3 Atractylis. Cnicus agrestis.

Atraphaxis, Atriplex.

HVmida [4] quidem est in secundo ordine, frigida verò in primo: éstq; aquea similiter maluæ. Quin & ventrem celeriter permeat, vt illa, ob lubricitatem. Hortenses autem atriplex & malua, quàm agrestes, tū humidiores sunt, tum frigidiores: proinde phlegmonis & phygethlis incipiētibus, hortenses: vigentibus autē & declinantibus, agrestes magis conueniunt. Semen eius abstergendi vim habet. Itaque icteritiæ ab obstructione iecinoris ortæ auxiliatur. 4 Atraphaxis. Atriplex.

Aphace.

ADstringit, [5] editúrq;, vt ipsa lenticula: ægrius tamen concoquitur. Cæterùm valentius desiccat, & moderati caloris est. 5 Aphace.

Absint

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Absinthium.

1 Absynthium.

ADstrictoriam,[1] amaram, & acrẽ qualitatem sortitur, excalfaciens, extergens, roborans, & exiccans. Proinde biliosos ventris humores deijcit, ac per vrinas euacuat. Verùm contentam in ventre pituitam nihil adiuuat sumptum. Sic nec si in thorace aut pulmone contineatur: nam adstringẽs in eo facultas, quàm amara, valentior est. Est autem calidum in excessu primo, siccum verò in tertio. At succus longè, quàm herba, est calidior.

Balanus, Myrepsica, Glans vnguentaria.

2 Balanus myrepsica. Glans vnguentaria.

SVcco[2] eius, qui calidus est, vnguẽtarij vtuntur. Reliquiæ autem vnde expressus est succus, vincentem habent qualitatem amaram, cui admista est quædam adstrictio. Proinde extergentem, incidentem, contrahentem, & stipantem effectum posſident. Quòd si quis carnẽ eius drachmæ pondere cũ melicrato bibat, medicamen experietur vomitoriũ. Sæpe etiam per infernam aluum subducit largiter. Sed lienes liquat iecúrq; indurescentia: ad quorum viscerum expurgationem, ex oxycrato ipsam exhibere cõsueuimus. Ex aceto etiam lepras, psoras, lentes, vitiligines, ionthos, ephelin, exanthemata, achoras, alióſque id genus cutis affectus exterit. Abstergentem itaq; & incidentem cum adstrictione obtinet facultatem. Cortex autem eius, admodum adstrictorius existit.

Balsam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Balsamum.

BAlsamum[1] desiccat & excalfacit secundo excessu: est autem & tenuium partium, adeò vt odoratum sit.[2] Eius lachryma subtiliorum est partium, quàm ipsa planta: non tamen adeò calida vt nonnulli existimāt.[3] Fructus eius persimilis facultatis est, longè tamē in subtilitate partium inferior.

1 Balsamū. 2 Opobalsamum. 3 Carpobalsamū.

Balaustium.

FLos[4] est agrestis Punicæ,[5] sicuti domesticarum cytinus. Valenter gustum adstringit. At verò si omne adstringens terrestre est & frigidum, meritò quis dixerit ipsum valēter & exiccare, & refrigerare. Quo nomine vlcera ad cicatricem perducit. Quinetiam ad sanguinis reiectiones, dysenterias, necnon ventris vterique profluuia, nemo est qui non hoc medicamento vtatur.

4 Balaustium. 5 Cytinus.

Batus, Rubus.

RVbi[6] folia, germina, flos, fructus, & radix, qualitate adstringente, neq; obscura, participant. Sed folia germináque recèns nata plurimum in se habent substantiæ aqueæ, parū verò adstrictionis. Quare vulnera glutinant. At fructus maturus, non parum habet succi calidi temperati, qui existit dulcis: ob ídque, & ob modicam adstrictionē, non est insuauis gustui. At immaturus, acerbus est & validè exiccatorius. Ac sanè vterq; siccatus recōditur, validius

6 Batus. Rubus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quàm recens deſiccans. Flos eandem vim fru-ctui immaturo poſsidet. Vtraq; ad dyſenterias, vẽtris profluuiũ, robur deperditũ, ſanguiniſq; expuitionẽ ſunt idonea remedia. [1] *Radix præter adſtrictionẽ, nõ paucã habet ſubſtantiã in ſeſe tenuẽ, per quã & lapides renũ comminuit.*

1 Rubi radix comminuit lapides.

Batrachium, Ranunculus.

2 Batrachium. Ranunculus.

HVius [2] *omnes quatuor ſpecies adeò acres exiſtũt, vt cũ dolore exulcerent. Quare ſi conuenienter vtare, pſoras & lepras excoriant, & vngues diuellunt. Tum leproſis ſtigmata digerũt, & verrucas detrahunt. Quin & alopecias iuuãt exiguo tempore admotæ. Radix arefacta ſternutationem prouocat. Sed & dentes dolentes iuuat, ſic vt eos frangat. Eſt itaq; val de calida & ſicca, tũ radix, tũ vniuerſa herba.*

Bdellium.

3 Bdelliũ.

QVod [3] *Scythicum nominãt, éſtq; acrius & reſinoſius, emolliẽtis admodũ & efficacis virtutis eſt. Arabicum autem, quod ſplendidius eſt, magis quàm emollientia exiccat: videtúrque in potu ſumptum calculos renum frangere, tum vrinas ciere, & crudorũ flatuum diſcurſus, præterea laterum dolores, rupturáſque ſanare.*

Bechion, Tuſsilago, Vngula caballina.

4 Bechiõ. Tuſsilago Vngula caballina.

TVſſes [4] *& orthopnœas iuuare creditur, ſi quis folia arida aut radicem in prunis*

vrens,

vrens, ascendẽtem inde fulginem inspiratu attrahat. Est autẽ modicè acris, vt sine molestia, noxáve omnos thoracis affectus credatur rumpere. Folia virentia partem recenti phlegmone obsessam illitu adiuuant.

Blitum.

HOlus[1] est esculentum, humidæ frigidæq; temperaturæ in secundo ordine. 1 Blitum.

Bulbus satiuus.

FRigidior[2] quidem & craßior agresti est, lentúmq; succũ procreat. Nam & coctu difficilis est & flatuosus, & venerem prouocãs. Attamẽ illitus ob amaritudinẽ simul & adstrictionem abstergit simul & glutinat, & nimirum etiam exiccat. 2 Bulbus satiuus.

Bulbus vomitorius.

MVltò[3] est calidioris temperaturæ, quàm superior. 3 Bulbus vomitorius.

Bubonium, After Atticus.

CReditur[4] sanare bubonas & illitum, & alligatũ inguini. Digerit enim mediocriter, quia modicè est calidum. Cæterùm non ita siccat, vt tendat. 4 Bubonium. After Atticus.

Buglosson.

HVmidæ calidæq; tẽperiei est:[5] viníq; iniectũ hilaritatis causa esse creditur. Sed gutturis etiã lenit aspredinem, si melicrato coctum sumatur. 5 Buglosson vino iniectum, hilaritatẽ parit.

Bunium.

ADeò[7] excalfacit, vt & vrinas moueat, & menses prouocet. 6 Bunion.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Buphthalmon.

1 Buphthalmon. FLos[1] eius floribus chamæmeli est tũ maior, tum acrior: vehementiúsque digerit, adeò vt & duritias sanet, cerato mistus.

Brathy, Sabina.

2 Brathy. Sabina. QVantùm[2] in acrimonia cupressum vincit, tantũ ab eo superatur in adstrictione: quare illo & calidior est, & potẽtius digerit. Quin et similiter cupresso putredinibus accõmodari potest, maximè vbi rebelliores fuerint, & diuturniores. Carbũculos item soluit: mensésq;, vt si quid aliud, essentiæ tenuitate prouocat, & sanguinem per vrinas mouet. Fœtum etiã viuẽtem interficit, & mortuum educit. Esto autem hoc medicamen tertij ordinis tum excalfacientium, tum exiccantium, ex numero eorum quæ vel maximè tenuium sunt partium.

Britannica.

3 Britannica. HVius[3] folia adstringentia sunt, & vulnerũ glutinatoria similia agrestibus lapathis. At expressus ex illis succus perinde natus est adstringere, videtúrq; sanare iã putrescẽtia.

Bromus.

4 Bromus. ILlita[4] desiccat, digeritq; mediocriter, & sine morsu. Temperiem autẽ habet paulò frigidiorem. Nonnihil etiã adstrictionis obtinet, vt ventris profluuia iuuet.

Bryon thalattion, Alga.

5 Bryõ thalattion. Alga. COmpositũ[5] est ex terrena & aquea essentia,

tia, vtraque frigida. Siquidem & gustum adstringit, & calidis quibusuis illitum, ea refrigerat, adiuuátque.

Bryon, aut Splanchnon, Muſcus.

VIm¹ habet adstringentem inualidam, cæterùm mediocriter frigidam. Nam & digerendi, & emolliendi facultatis est particeps. 1 Bryon. Splāchnō. Muſcus.

Galium.

INde² nomen sumpsit, quòd lac coagulet. Facultatem autem obtinet exiccatoriã, & subacrem. Flos eius competere sanguinis profluuijs videtur, & combustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei. 2 Galium.

Gentiana.

HVius³ radix efficacißimè extenuat, purgat, abstergit, liberat obstructione, vtpote impensè amara existens. 3 Gētiana.

Gigarta, Acinorum vuæ nuclei.

EX⁴ secundo exiccantium sunt ordine, refrigerantiū verò primo. Omnibus autem ventris cum profluuio iunctis affectibus impendiò conferunt, vtpote quum acerbi appareant. 4 Gigarta. Acinorum vuæ ſemina.

Gingidium.

GVstu⁵ amarum & adstringens quum sit, temperie calidum frigidúmque videtur. Secundum vtranque verò qualitatem desiccatorium est. Cæterà porrò stomacho amicum existit. 5 Gingidium.

Glaucium.

1 Glauciũ.

ADstringit [1] cum quodam fastidio: tum adeò insigniter refrigerat, vt solum sæpe erysipelata, si valẽtia nõ fuerint, curare poßit. Constat enim ex aquea terreáque substantia, vtraq; frigida.

Glaux herba.

2 Glaux herba.

EX [2] lacticinijs quum sit, calida quodammodo humidáque fuerit.

Glechon, Pulegium.

3 Glechon. Pulegium.

QVandoquidem [3] acris & subamara est, valde extenuat & calfacit. Quare & illita rubricat: & exulcerat, si diutius hæreat. Quinetiã humida, crassa, et lẽta, ex thorace & pulmone excreatu facilia facit: mẽsésq; mouet.

Glœos, Strigmenta balneorum.

4 Glœos. Strigmenta.

MOdicè [4] emolliendi vim obtinet.

Glycyrrhiza, Dulcis radix,

5 Glycyrrhiza, Dulcis radix.

SImiliter [5] radici ipse succus, dulcis leuitérq; adstringens existit. Proinde nõ modò asperæ arteriæ, sed vesicæ etiam scabritiem lenire potest, idque temperaturæ mediocritate. Quare fuerit sanè natura eius familiaris nostræ temperaturæ. Cæterùm tepidam quandam caliditatem sortitur. Porrò [6] quoniam temperie quoq; est humidum, id quod modicè est dulce, [7] iure sanè etiam siti congruens medicamentum est, nimirum modicè humidum, humanáque natura frigidius. Dioscorides ait, arefactæ radicis pollinem vnguibus oculorum mederi.

6 Dulcia modicè esse humida.

7 Glycyrrhiza sitim lenit.

Gly

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Glycysida, Pæonia.

RAdicem[1] *habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine: at si plusculum, dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamaram subesse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato, amygdali pota quãtitate. Expurgat porrò etiam iecur obstructum, & renes: ventrísque sistit fluxiones, si in aliquo austero vino cocta sumatur. Est præterea omnino resiccatoria:*[2] *quare ex collo pueris suspẽsa, meritò comitialem morbum persanat, idq́; aut ali quem à se fluorem per infantuli inspirationem immittens, aut aërem aßiduè mutans, atque alterum reddens.*[3] *Nam hoc pacto succus Cyrenaicus columellam phlegmone affectam iuuat:*[4] *& melanthium frixum palàm catarrhos & coryzas desiccat, si quis id in calidum lintheum rarum liget, aßiduéque calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat.*[5] *Quinetiam si cõpluribus linis, & maximè marinæ purpuræ, collo viperæ iniectis, illis viperam præfoces, eáque postea cuiuspiam collo obuincias, mirificè profueris, tum paristhmijs, tum omnibus ijs quæ in collo expullulant. Pæonia itaque & exiccat, & tenuium est partium: calfacit autem mediocriter.*

1 Glycysida. Pæonia.
2 Pæonia' appensa comitialem morbum persanat.
3 Cyreniacus succus.
4 Melanthium.
5 Vincula quibus prefocaueris viperã, con ferro tumoribus gutturis.

Gnaphalium.

FOlia[6] *eius modicè adstringunt: quare ex aliquo vino austero dysentericis prosunt.*

6 Gnaphalium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Gongylis, Rapum.

1 Gongylis. Rapum.

Gongylidis [1] semen Venerem excitat, vt pote spiritum flatuosum gignens. Sic & radix coctu difficilis est: inflátq;, et semẽ generat.

Damasonium, Alisma.

2 Damasonium. Alisma.

Decoctum [2] radicis eius calculos renum comminuit. Quare abstersoriæ facultatis est particeps.

Daucus, Staphylinus.

3 Daucus. Staphylinus.

Domesticus [3] esui aptior, sed imbecillior, acrem calidámque facultatem sortitur: ac proinde etiam extenuat. Ac radix sanè flatuosum quid obtinet, ac venereum. Semen autem, domestici quidem, & ipsum quandam ad Venerem ciendi potentiam poßidet: agrestis verò planè flatu caret, ac proinde vrinam menséſque ciet.

Dauci semen.

4 Dauci semen.

ADeò [4] vehementer excalfacit, vt inter prima tũ vrinã, tũ mẽses prouocet. Multũ etiã digerere per halitũ foris impositũ valet. Ipsa verò herba moderatè calida est, similémq; etiam vim obtinet, cæterùm infirmiorem.

Daphne arbor, Laurus.

5 Daphne, Laurus.

HVius [5] folia calfaciũt & siccant vehemẽter: at fructus adhuc vehemẽtius. Radicis cortex minus quidem acris est & calidus, cæterũ plus amarus: habétq; etiã adstrictionis nonnihil. Quamobrem & calculos confringit &

iecori

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Iecori prodest. Bibitur ex vino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne herba, quam Alexandrinam appellant.

EVidenter[1] est calida, acris, & subamara, potáque tum vrinas, tum menses prolicit. 1 Daphnē herba.

Chamædaphne.

PErsimilis[2] quidē est viribus daphnæ Alexādrinæ: sicuti & quod daphnoides vocāt. 2 Chamædaphne.

Dictamnum.

TEnuiori[3] essentia cōstat, quàm pulegiū, cætera illi simile. At pseudodictamnum ad omnia imbecillius existit. 3 Dictamnum.

Dipsacos.

DIpsaci[4] spinæ radix ex secundo ordine exiccatoria est: habétque nonnihil & abstersorium. 4 Dipsacos.

Dorycnidion.

AQuea[5] excellit frigiditate. Quamobrem, pauculum quidem soporem conciliat: plusculum verò sumptum, perimit. 5 Dorycnīdion.

Dracuntium, Dracunculus.

QVidam[6] aro persimile obtinet, tum foliis, tum radice. Cæterùm illo acrius est, & amarius, ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiā & adstrictionem leuiculam. Radix omnia viscera expurgat, optimúmq; remedium est contumacium vlcerum. Verùm exterget etiā cætera omnia, quæ 6 Dracuntium. Dracunculus.

extersionem desiderant. Folia præterea similem facultatem sortiuntur: ob idque si sint viridia, recentia vulnera glutinant. Fructus valentior est, non folijs tantùm, sed radice. Itaque & cancros, & polypodas creditur eliquare. Succus eius quoque vitia oculorum expurgat.

Dryopteris, Filicula.

1 Dryopteris. Filicula.

DVlcis,[1] acris, amara, & in radice etiam acerba existit. Habet autē facultatē putrefaciēdi: proinde pilis glabram cutem efficit.

Drys, Quercus, Robur.

2 Drys. Quercus. Robur.

EXiccandi[2] adstringendíque poßidet facultatem, cum mediocri quadam tepidáque caliditate. Cæterùm plus cæteris eius partibus adstringit quæ in trunci cortice membrana subest: tum quæ ipsius fructus conuestit carnem. Quamobrem ad profluuium muliebre, sanguinis expuitiones, dysenterias, & diuturnos ventris fluxus, eam esse credunt accōmodam.[3] Valentius tamen adstringunt fagus[4] & ilex. Quarum plantarum folia tenella illita nō instrenuè desiccant, necnon vulnera glutinant, Eandem folijs vim habet & fructus roboris: Eóque Medici nonnulli vtuntur ad incipientes atque crescentes phlegmonas.

3 Fagus.
4 Ilex.

Ebiscus, Althæa, Agrestis malua.

5 Ebiscus. Althæa. Malua syluestris.

FAcultate[5] digerendi, laxandi, phlegmone liberandi, mitigandi, & concoquendi difficiles coctu affectus est prædita. Cæterū radix & semen,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

semẽ, quàm folia, & tenuiorum sunt partium, magisque exiccatoriam & extersoriã facultatem ostendunt: vt & vitiligines detergant, & semẽ renum calculos frangãt. At radicis decoctum, ad dysenteriam, diarrhœam, & sanguinis reiectionẽ est aptum: quum nimirũ etiã nonnihil adstringant.

Ebenus.

EX[1] ijs lignis est, quæ trita in aqua soluuntur. Vis ei inest excalfaciendi, extergendi, & tenuium partium. Quamobrem, quæ pupillas offuscant extergere creditur: miscetúrque alijs ocularibus medicamentis. 1 Ebenus.

Elæa, Olea.

OLiuæ[2] rami quantum habent adstrictionis, tantæ sunt frigiditatis participes. Fructus verò si quidem ad vnguem maturuit, moderatè calidus est: sin immaturus magis tum adstringit, tum refrigerat, 2 Elæa. Olea.

Elæon, Oleum.

OLeum[3] quod ex oliuis exprimitur, humectatoriũ esse & moderatè calidum, iam suprà docuimus. 3 Elæon. Oleum. [4] Eiusmodi est, quod est dulcißimum: fitq; potißimùm ex oliuis quas drupas appellant. 4 Olei differentiæ. Cæterùm quod omotribes & omphacinum nuncupant, quale ab Hispania vehitur, id quantũ in se habet adstrictionis, tantum etiã illi inest frigiditatis. Porrò oleũ vetus, quod quidẽ ex dulci inueterato efficitur, & calidius est, & potentioribus ad euaporandum viribus:

quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quod verò ex crudo, id dum reliquũ quippiam seruauerit adstrictionis, mistæ permanet facultatis: vbi verò illã prorsus abiecerit, reliquo euadit simile. Quinetiam, quicunq; in præparando ramos iniiciunt, ij omphacino simile oleum efficiunt. [1] Porrò quòd oleum lotum minimè omnium mordacitatem contineat, suprà etiam traditum est. Sunt autem varia oleorum genera: è quibus sanè cicinum & tenuius, & ad discutiendum potentius est, quàm simillimum oleo ex oliua vetusto. Rhaphaninum autem cætera huic est simile, sed calidius tamen. At hoc etiam calidius sinapinum: cui simile est, quod ex melanthio conficitur. Pugnant cum istis myrtinum & sesaminum, tum quòd adstringant, tum quòd crassarum sint partium. Mistæ facultatis est lentiscinum, terebinthinum, & mastichinũ. Non enim tantùm emolliunt, sed & adstringunt. Amygdalinum porrò amaritudinem exuperantem possidet, cæterùm cuiusdã adstrictionis est particeps: nõ tamen caryinum, sed id vel maximè simplicis est digerendi facultatis. Calidius eo est laurinum, & hoc etiam magis cedriuum. Proximum ei est, quod ex nigra pice conficitur. Dadinum minus quidem laurino calidum, verùm valentius desiccans. Hyoscyaminum verò mistæ facultatis est, emolliendi videlicet, ac refrigerandi. Oleum porrò cicinum, ventrem subducit. Hoc verò magis, quòd fit ex gni-

dio

[1] Oleũ lotum est minimè mordicans.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dio grano. Quod ex agresti oliua exprimitur, extergit, simúlq; adstringit. Squallidißimum enim id est ex omni olei genere, & post Istricum quoq;: deinceps illis Hispanum. Pinguißimum est Libycum, & Cilicium: simul autem pingue & tenue, Sabinum. In medio compræhensorum omnium sunt, tum id quod per Cyclades insulas nascitur, tum quod per Græciam, Asiámq;. Etenim [1] oleum pingue æstimatur viscositate: tenue verò, si pelluceat, si purum sit, si plurimũ minima eius portione inũgatur, si facilè à cuti cõbibatur. Omne autem oleũ pro cuiusque iniectorum natura variari contingit.

1 Oleũ pingue, tenuéque qua ratione æstimetur.

Elatine.

M*Odicè* [2] *tum refrigerat, tum adstringit.*

2 Elatine.

Elaphoboscos.

E*Xcalfacit* [3] *& tenuium est partium: ob ídque exiccat, maximè in secundo ordine.*

3 Elaphoboscos.

Elenium, Enula campana.

R*Adix* [4] *eius calida & sicca est cum recrementitio humore. Quare ecligmatis, quæ faciũt ad educẽdos crassos ex pectore succos, idoneè miscetur. Iuuat etiam ad rubrificandas partes vexatas frigidis diuturnísque affectibus.*

4 Eleniũ. Enula campana.

Elelisphacos, Saluia.

E*Videter* [5] *excalfacit, ac leuiter subadstrĩgit*

5 Elelisphacos. Saluia.

Helleborus, Veratrum.

T*Am* [6] *albus, quàm niger helleborus, extergentis calfacientísq; est potentiæ. Quãobrem*

6 Helleborus. Veratrũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

obrem ad alphos, lichenas, psoras, lepráſque, ac- commodi ſunt. Quinetiam niger ſi in fiſtulam callo induratam infundatur duobus tribúſve diebus, callum detrahit. Dentibus prodeſt cum aceto colluentibus. Sunt autem in tertio ordine excalfacientium & deſiccantium. Porrò niger guſtu calidior eſt, candidus amarior.

Helxine, quam Parthenium vocant.

1 Helxine. Parthenion.

ABſtergit,[1] conſtringítque cum humiditate ſubfrigida: vnde phlegmonas incipientes vſque ad augmentum ſanat, maximè ſi calidæ fuerint. Incipientibus etiam phygethlis cataphaſmatis ritu illinitur: ad auriúmque dolores phlegmonoſos ſuccus eius inſtilatus, ſicuti ad pariſthmia gargarizatus, conducit.

Helxine, quam ciſſampelon vocant.

2 Helxine altera. Ciſſampelos.

DIgerendi[2] obtinet facultatem.

Elymus, Meline, Panicum.

3 Elymus. Neline. Panicum.

FAcultate[3] pauci nutrimenti eſt, & exiccatoria. Siſtit nonnihil ventris fluxus, vt milium. Si verò foris illinatur, exiccat atq; refrigerat.

Empetron.

4 Empetron.

AD[4] ſolas purgationes eſſe videtur commodum, bilem ac pituitam educens: iuuat tamen ad alia guſtu ſalſum exiſtens.

Epithymum.

5 Epithymum.

THymi[5] facultatem habet, ad omnia efficacius. Exiccat et calfacit in tertio gradu.

Epi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Epimedium.

REfrigerat[1] moderatè, cum aquea humiditate. Vberibus illitum, surrecta ea seruare potest. Aiunt verò, si potu hauriatur, sterilitatem parere. 1 Epimedium.

Epimelis, Pomus syluestris.

FRuctus[2] eius acerbus est, stomacho tamen ingratus, & capitis mouens dolores. 2 Epimelis. Pomus syluestris.

Erebinthus, Cicer.

LEgumen[3] est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ vrinæ idoneum, lacti & semini generãdo aptum. Prolicit verò & menses. Cæterùm quod arietinum dicitur efficacius vrinam prouocat: cuius decoctum renum calculos frangit. Reliquum erebinthorum genus eâdem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi & modicè sicci, participes item amaritatis: cuius vi & lienem & iecur, & renes expurgant: psorásque, & lepras, & lichenes extergũt: tum parotidas & testes induratos discutiunt: tum vlcera maligna cum melle sanant. 3 Erebinthus. Cicer.

Erebinthus agrestis.

CAlidior[4] & siccior domestico est, quantò & acrior, & amarior existit. 4 Cicer agreste.

Erice.

DIgerendi[5] per halitum facultatem obtinet: sed præcipuè flore eius ac folijs vtendum. 5 Erice.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Herpyllus, Serpyllum.

1 Herpyllus. Serpillum. VSqueadèo [1] calfacit, vt vrinas & menses moueat. Estq; & gustu admodum acre.

Erysimum.

2 Erysimũ. SEmen [2] eius igneum est, & calfactorium. Vtile est cum ecligmatis ad promouendas crassorum ex pectore expuitiones. Quin & parotidas induratas, & duritias antiquas vberum & testiculorum iuuat, & vt Dioscorides ait, etiam occultos cancros.

Erythrodanum, Rubia pasiua.

3 Erythrodanum. Rubia tinctorum. ESt [3] autem tinctorum rubia radix acerba & amara. Quare lienem, & iecur expurgat: & vrinas crassas, multas, & interdum sanguinolentas promouet. Quin & menses ciet, extergítque mediocriter. Proinde vitiligines albas cum aceto illita iuuat.

Eupatorium.

4 Eupatorium. TEnuium [4] est partium, incidendíq; & extergendi vim citra manifestam caliditatem obtinet: quocirca obstructiones iecoris aperit. Inest ei quædam etiam adstrictio, per quam robur visceri addit.

Euphorbium.

5 Euphorbium. VRentem [5] & tenuium partium facultatem sortitur.

Ephemeron, Iris agrestis.

6 Ephemeron. Iris agrestis. ADstringit [6] quidem, éstq; suauis odoris. Quare & repellit, & per halitum digerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vit. Non inefficaciter autē radix eius in dentiū dolore colluitur. At folia cocta in vino, phymatum augmento & statui congruunt.

Echinus herba.

FRuctus [1] eius acerbus est: atq; idcirco repellentis facultatis & exiccatoriæ. Vtuntur eo ad oculorum auriúmque fluxiones.

1 Echinus herba.

Zea, Spelta.

VNiuersa [2] sua facultate quodammodo in medio est tritici & hordei.

2 Zea. Spelta.

Zingiberis radix.

EXcalfacit, [3] sed non primo statim occursu, veluti piper: vnde sanè & minus esse subtilium partiū, quàm piper, existimanda. Etenim illaboratā quandam, & crassam retinere in se videtur humiditatem, quemadmodū piper longum. Quare diutius perseuerat, quæ proficiscitur à Zingibere, aut pipere lōgo, caliditas, quàm quæ ab albo, aut nigro. Porrò vbi totum corpus celerrimè calfacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt, quæ & celerrimè à caloris nostri contactu incalescant, & promptißimè vndequaq; ferantur. Verùm vbi partem quanuis refrigeratam recalfacere studemus, contrà agendum, nimirum quæ tardè calescentia, plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Cæterùm licet Zingiber & piper * longum hac ratione à nigro pipere differant, non magna tamen est differentia. At nasturtium, napy, thapsia, &

3 Zingiberis radix.

agrestium columbarum stercus, maiori tempore perfectè accenduntur, & plurimo tempore perdurant.

Zythus.

a Zythus. NOn parum est acrior hordeo, succique praui, quum ex putredine oriatur. Est & flatuosus, ac partim acris & calidus: parte verò plurima frigidus, aqueus, acidus.

Zyme, Fermentum.

2 Zyme. Fermentũ. TEnuium [2] est partium, & mediocriter calidum: proinde citra molestiam quæ in profundo sunt, extrahit & digerit. Particeps autem est aciditatis cuiusdam frigidæ, & caliditatis ex putredine natæ. Cui accedit ea quæ à sale est,* & quæ etiam à farinæ natura.

Hedyosmos, Mentha.

3 Hedyosmos. Mentha. TAm [3] mentha, quàm calamintha, gustu acris, & facultate calida est, ex tertio calfacientium ordine. Infirmior tamen est mentha, & minus excalfacit: cæterùm mediocriter ad Venerem excitat: id quod omnibus accidit, quæ humiditatem semicoctam & flatuosam
4 Calamintha. continent. [4] At calamintha, quum valentius calfaciat & exiccet, habet etiam quiddam amarum in se, atque acerbum. Quare illo quidem lumbricos perimit: acerbitate verò, si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis reiectiones reprimit. Substantia est, vt si qua alia herba, tenuium partium.

Hedy

Hedysarum.

HVius [1] semen amarum & subacerbum apparet: ob idque potum stomacho gratum existit, viscerúmque obstructiones expurgat. Idem præstant totius fruticis germina. 1 Hedysarum.

Hemerocalles.

RAdicem [2] habet lilij radici similem, & figura & viribus: prodéstque, vt illa, igni ambustis, nimirum tum leuiter digerens, tum nonnihil adstringens. 2 Hemerocalles.

Hemionitis.

ADstrictionem [3] simul & amaritudinem possidet. Quamobrem cum aceto pota lienosis auxilio est. 3 Hemionitis.

Erigeron.

REfrigerat [4] & modicè digerit. 4 Erigerō.

Eryngion.

CAlore [5] quidem est temperatum: non paruam tamen siccitatem sortitur consistentem in tenui essentia. 5 Eryngiō.

Thalietrum.

FOlia [6] habet coriādro similia, caulem crassitudine rutæ. Vis eis inest citra morsum exiccatoria. Itaque vlcera inueterata ad cicatricem perducit. 6 Thalietrum.

Thapsia.

ACrem [7] habet ac valenter excalfacientem facultatem cum humiditate cōiunctam. Quare ex alto violenter extrahit, & quod ex- 7 Thapsia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

trahit, digerit. Celeriter tamen corrumpitur.

Thermus, Lupinus.

1 Therm⁹. Lupinus.

PRæmaceratus [1] *aqua amaritudinem exuit, ediq́; potest, sed nutrimentum fit craßi succi. Vbi verò natiua etiamnum amaritas permanet, extergendi digerendiq́; vim obtinet. Interficit autem lumbricos, tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex posca epotus. Quin & decoctum eius lumbricos eijcere potest: tum etiam foris identidem perfusum, vitiligines: achoras, exanthemata, psoras, gangrænas, malignáque vlcera iuuat. Expurgat iecur & lienem, cum ruta & pipere suauitatis gratia sumptum. Elicit menses & fœtum cum myrrha & melle impositum. Lupinorum porrò farina, etiam sine mordicatione digerit, nec liuida tantùm, sed & chœradas & phymata curat, si in aceto, aut oxymelite, aut posca coquatur.*

Lupinorũ farina quibus morbis medeatur.

Thermos agrios, Lupinus agrestis.

2 Lupinus agrestis.

AMarior [2] *est, & ad omnia valentior domestico, eiusdem genere cum ipso facultatis.*

Thlaspi.

3 Thlaspi.

SEmen *eius facultatem acrem sortitur, adeò vt internos abscessus potum disrumpat. Menses ciet, & fœtum enecat. Per sedem infusum, sanguinolẽta euacuans, ischiadibus prodest: euacuátque supernè & infernè bilem oxybaphi mensura epotum.*

Thrid

Thridax, Lactuca.

HVmida[1] & frigida est, secundum aquæ fontanæ frigiditatẽ. Proinde ad calidas phlegmonas, & ad parua & leuia erysipelata, est cõmoda: præterea restringuit sitim.[2] At semen potũ genituræ profluuium cohibet. Sic & agrestis lactucæ semen. Cuius oleris colligitur succus, argemas & caligines purgãs, inungíq; ad adustiones cum lacte muliebri solitus.

1 Thridax. Lactuca.

2 Lactucæ semen geniture profluuiũ cohibet.

Thymum.

INcîdit[3] & calfacit vehementer, ob ídque vrinam & menses prouocat, fœtum euellit, potum viscera expurgat, educendis ex thorace & pulmone confert, ac denique excalfacit exiccátque in tertio ordine.

3 Thymũ.

Idæa radix.

ADmodum[4] gustu est acerba. Quare sanguinis effusiones, lienterias & dysenterias, mensésq; fluentes supprimit, tum pota, tum etiam admota extrinsecus.

4 Idæa radix.

Ixos, Viscum.

EX[5] plurima aëria & aquea, paucißima terrena substantia constat. Quare ex alto humores extrahit, eósq; diffundit & digerit. Tempus autem, vt calfiat, postulat.

5 Ixos. Viscum.

Ion, Viola.

VIolæ[6] folia aqueam & subfrigidam substantiam superantem poßident. Proinde tum per se, tum cum polẽta illita, calidas phleg-

6 Ion. Viola.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

monas mitigant. Imponuntur & ori ventriculi æstuanti, & oculis.

Hippuris, Cauda equina.

1 Hippuris. Cauda equina.

A *Dstringentem*[1] *cum amaritudine facultatẽ poßidet, ac proinde valenter exiccantem, sed citra morsum. Itaq; vulnera etiam maxima glutinat, vel si perfectos esse neruos contigerit. Præterea vocatas enterocelas glutinat: necnon sanguinis reiectiones, fluentes menses, dysenterias, cęteróſque alui fluxus coërcet. Succus verò eius prodest sanguinis eruptioni per nares, & fluxui obnoxijs in vẽtre paßionibus, ex austerorum vinorum quopiam epotus: ac si febre teneantur, ex aqua.*

Hippomarathrum.

2 Hippomarathrum.

V *Nà*[2] *cum fœniculo & de ipso differemus.*

Isatis.

3 Isatis.

D *Omestica*[3] *quidẽ, qua vtuntur tinctores, facultatis est valenter exiccantis, nondum tamen mordentis: est enim simul amara & adstringens. Proinde magna vulnera corporũ durorum glutinat: & sanguinis profluuio laborãtibus partibus vtiliter illinitur: tumores laxos mirificè digerit simul ac reprimit, & aduersus omnia maligna vlcera mirabiliter resistit. At isatis syluestris manifestè iã acre quiddã, tũ gustu, tum actione præfert. Proinde, quàm domestica, magis desiccans, valentius etiã putredinibus obsistit, ad cætera iam cõprehensa deterior.*

Isop

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Isopyron, Phasiolon.

SEmen [1] habet amarum & subacerbũ. Ex stergit itaque & incidit humores crassos, cum hoc quòd corpora contrahat, constringátque. Quare excreationibus pectoris confert, & iecur expurgat, creditúrq; iuuare hæmoptoicos. 1 Isopyron. Phasiolõ.

Itea, Salix.

SAlicis [1] folijs ad cruenti vulneris glutinationem vti poßis. Verùm floribus eius maximè propè omnes vtuntur ad exiccantis emplastri præparationem. Est enim vis eorum ita desiccatoria, vt morsu abstineat. Habet verò etiam quandam adstrictionem. Porrò succus expressus medicamen exiccatorium existit, expérsque mordacitatis. Nec enim inuenias aliquod medicamen ad plures res vtilius eo, quod citra mordacitatem exiccat. Arboris cortex similem facultatem obtinet, tum floribus, tum folijs, nisi quòd temperaturæ siccioris existit, veluti omnes cortices. [3] Etenim cinere corticis macerato in aceto, nonnulli callos atque myrmecias tollunt. 2 Itea. Salix. 3 Salicis corticis cinere macerato in aceto callos atq; myrmecias exteri.



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIBER VII.

Calamintha, Nepita.

1 Calamintha. Nepita.



SSENTIA [1] *quidem est tenui, temperie autem calida & sicca, quodammodo in tertio ordine. Est enim acris gustu, paulúmque amaritudinis obtinet. Extrinsecus admota, primùm quidem valde excalfacit & mordicat, cutémq; exugit: postremò etiam vlcus efficit. In corpus autem intrò assumpta, tum ipsa per sese sicca, tum etiam cũ melicrato, perspicuè calfacit, atque sudores ciet, omnéque corpus tum digerit, tum exiccat. Idcirco ea contra rigores repetẽtes per circuitum nonnulli vtuntur, sicuti & contra ischiadicos morbos. Trahit enim, quæ in profundo hærent, ad superficiem, totúmque adeò articulum excalfacit, & cutem non obscurè adurit, mensésq; tũ epota, tum apposita, admodum efficaciter prouocat: ac deniq; elephãticis etiã probè auxiliatur. Præterea cicatricibus atris candorẽ restituit, & suggillata digerit. Præstat autẽ in huiusmodi,*

di, vbi in vino decoxerimus, ipsam emplastri ritu apponere, & viridē magis, quàm siccā. At sicca ad venenatarū bestiarū morsus assumitur, veluti etiam cauteria, & quæcunq; medicamenta calida sunt & acria. Succus eius aut infusus, aut epotus, ascaridas, lumbricos, & aurium vermes enecat. Sic & conceptū interimit, eijcitq;. Igitur incidendi quidem ei vis adest ob calorem, tenuitatem, amaritudinem: abstergendi verò propter solam amaritudinem. Quare asthmaticis atque ictericis conuenit. Ad omnia tamen dicta, montana efficacior existit.

Calamus odoratus.

LEuiculam quandā adstrictionē, ac minimam acrimoniā poßidet. Siquidē magna ex parte essentia quidem eius terrena est, & aëria: temperies autem, calida & sicca in secundo excessu, nisi quòd valentius desiccat. Porrò moderatè mouet vrinā: ac facultatibus quæ iecori stomachóq; imponūtur, necnō ijs fomentis quæ inflāmato vtero, aut mouendis menstruis administrantur, cōmodißimè potest misceri. 1 Calamus odoratus.

Calamus phragmites, Canna.

RAdix [2] eius cum bulbis aculeos stipitésq; infixos extrahere ex alto traditur. Etenim abstergentem, minimèq; acrem facultatem sortitur, quemadmodum & ipsa folia. Cortex verò combustus, admodum tenuiū partiū, & digerentis facultatis efficitur, cum nonnulla 2 Calamus phragmites. Canna.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

absterſione, vt exiccet & calfaciat tertio quodãmodo ordine. Cæterùm eius flos eſt vitandus. Nam ſi in aures incidat, adeò tenaciter hærens affigitur, vt auelli non poßit, auditúmq; vitiat.

Cancanus, Cacalia.

1 Cãcanus. Cacalia.

R*Adix* [1] *cãcani, craſſam, emplaſticámq;, & exiccantem habet eſſentiam, ſed mordacitatis expertem. Quare macerata vino, ſicuti tragacantha, & lincta, aut commanſa, arteriæ aſperitates ſanat.*

Cannabis.

2 Cãnabis ſemen.

C*Annabis* [2] *ſemen adeò flatus diſcutit, exiccátque, vt ſi largius edatur, genituram abſumat.*

Capnios, Fumaria.

3 Capnios. Fumaria.

A*Cris,* [3] *amaræ, & acerbæ qualitatis eſt particeps. Quamobrẽ vrinam bilioſam, multámque prouocat: ſanátq; tum obſtructiones, tum imbecillitates iecinoris. Succus eius oculorum aciem acuit, non parum trahens lacrymarum, veluti ipſe fumus.*

Capparis.

4 Capparis radicis cortex intus foríſve adhibitus quæ molia tur.

C*Apparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram, proximam acrem, deinde acerbam: ob ídq; pugnãtibus facultatibus cõſtat: quippe abſtergere, purgare, incidere poteſt amaritudine: excalfacere, incidere, digerere, acrimonia: cõtrahere, dẽſare, aſtringere acerbitate.* [4] *Quare lienes induratos, ſi quid aliud,*

aliud, maximè potest iuuare, tum foris medicamentis quæ illinuntur admistus, tum intra corpus assumptus, siue decoctus in aceto, oxymelitéve, siue cõtusus atq; illis permistus: quũ nimirum crassos lentósq; humores apertè hoc pacto sumptus euacuet: nec eos tãtùm per vrinas, sed per ventrẽ etiã sæpe sanguinolẽtos defert: vnde & lienes adiuti sunt, & coxarum dolores. Quinetiam mẽses promouet, ex capite purgat, auxiliatur ruptis atq; conuulsis, necnon malignis vlceribus, cataplasmatis modo impositus. Præterea dentium dolores adiuuat, interim cũ aceto coctus, interim cum vino, sæpe solus dentibus mansus. Ad hæc, vitiligines cum aceto detrahit, & chœradas, & duros tumores digerit, idoneis ad eas medicamentis mistus. [1] Radicis cortici fructus proportione respõdet, nisi quòd ad omnia sit imbecillior. Imò & folia, & caules similem etiam vim obtinent. Admiscemus tamen illis aliquid, quod eorum vehementiam obtundat. Nec mirum est, quòd aurium vermes sua perimant amaritudine.

1 Capparis fructus & folia.

Cardamum, Nasturtium.

NAsturtij [2] semen adurentis facultatis est particeps, veluti napy. Proinde omnia quæ rubrificationem postulant, eo excalfaciũt. Miscetur quoq; remedijs, quæ exhibẽtur asthmaticis, tanquam valenter crassos succos incidere valeat. Porrò & herba arefacta semini simi

2 Cardamum. Nasturtiũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

similem facultatem sortitur. Nam quæ humida est & viridis, multis numeris inferiorem.

Cardamomum.

1 Cardamomum. QVantò [1] *suauius magísque fragrans nasturtio est, tãtò & imbecillior ei calida facultas inest. Nec enim vlcerare est idoneũ. Habet autem adiunctum quiddam amaritudinis, qua lumbricos interficit: & cum aceto valenter psoras detergit.*

Caron.

2 Caron. CAri [2] *semen calfacit & exiccat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem possidens qualitatem. Itaque & flatus extinguit, & vrinas ciet, tum semen, tum planta.*

Casia.

3 Casia. EXiccat [3] *& calfacit tertio quodammodo ordine: sed & tenuium admodum partium est, habétq; acrimoniæ plurimũ, ac leuiter nonnihil adstringens. Incîdit itaq; simul & digerit, robúrq; instrumentis addit. Quare mensibus est mouendis idonea, vbi à copia simul & crassitudine illi suppressi fuerint.*

Carya, Nuces.

4 Carya. Nuces. ARbor [4] *tum in folijs, tum in germinibus adstrictionem quandã possidet, cæterùm euidentem multámq; in nucis putamine recenti pariter & sicco. Eius autẽ succo expresso, ac melle decocto, nos vice stomatici medicaminis vtimur. Oleũ quod ex fructu elicitur inuetera-*

to,

to, admodum per halitum digerit. Quare nonnulli eo gangrænas, carbũculos, & ægilopas sanant. Sunt qui ad neruorum vulnera vtantur. Ceterùm si recens sit, adstringentis nonnihil qualitatis obtinet. Nucleus arefactus & vstus, tenuium partium & exiccatorium citra morsum est medicamen. [1] *At Pontica nux, quam λεπτοκάρυον & auellanã appellant, plus habet essentiæ terrestris ac frigidæ. Itaque austerior tum cortex, tum planta, tum fructus apparet.* 1 Nux Põtica, siue auellana.

Caucalis.

E*Xcalfacit* [2] *& desiccat. Præterea vrinam ciet, muriáq; ad repositionem conditur.* 2 Caucalis.

Carpesium.

S*Imile* [3] *est valerianæ, tum gustu, tum facultate. Sed plus habet tenuitatis. Proinde magis ea viscerum obstructiones extergit, vrinam mouet, renésque calculis degrauatos expurgat.* 3 Carpesiũ.

Cenchros, Milium.

P*Rimo* [4] *ordine refrigerat. Exiccat verò tertio exoluto, aut certè secũdo intenso. Paululum etiam tenuitatis sortitur. Quibus de causis inter omnia frumentaria edulia minimum nutrimenti largitur. Ventrem tamen desiccat, forísq; admotũ in sacculis, idoneum fomentum est ijs quæ citra morsum exiccari postulant.* 4 Cẽchros, Milium.

Cedrus.

C*Edrus* [5] *specie est duplex, altera fruticosa iunipero aßimilis, altera arbor nõ exigua.* 5 Cedrus

Vtraq;

Vtraque est calidæ siccæque temperaturæ, tertij quodammodo ordinis secundum vtrunq;. [1] *Ceterùm cedria (vocatur ita cedri oleum) quartũ etiam ordinem attigisse videtur, admodum calida & tenuium partium. Quare mollem viuẽtium carnem promptè, citráq; dolorem putrefacit. Nam mortuorum corpora exiccat, simúlque à corruptione tuetur, vtpote humiditates eorum depascens: at solida haudquaquam attingens corpora. Nec mirũ videri debet, si quũ tãta vi polleat, lendes, pediculos, tineas, auriúmq; vermes interficere valeat: tũ fœtum viuẽtem quidem interimat, extinctum autem eijciat: quemadmodum & ipsum semen, si coëundi tempore pudendo ea circũlinatur. Proinde partui aduersum est medicamen. Quod etiã dentiũ foraminibus instillatum, eos & cõfringit, & à dolore liberat. Extenuat quoq; oculorũ cicatrices, & visus hebetudini ab humorum crassitudine ortæ medetur. Vtuntur autem ea plebeij, quum ad vulnera ouibus inter tundendum à forfice illata, tum etiam contrà ipsarum scabiem & ricinos, quos κρότωνας vocant.* [2] *At fructus moderatiores existũt, adeò vt comedi possint. Quanquam si ijs liberalius vtare, capiti dolorẽ inferent, ardorémq; ac morsum in vẽtre percipies.*

1 Cedria.

2 Cedri fructus.

Centaurium maius.

3 Centauriũ maius.

R*Adix* [3] *eius gustui acris simúlq; adstringẽs apparet, cũ leuicula quadã dulcedi-*

me.

ne. Quòd verò ad actiones pertinet, mẽses prouocat, viuum fœtum extinguit, extinctúmque propellit. Præterea vlcera glutinat, sanguinẽq; reijcientibus prodest. Exhibentur autem eius binæ drachmæ febrientibus quidem cũ aqua, febri verò liberis cum vino. Quinetiã ruptis, conuulsis, dyspnœæ, inueteratæque tussi est auxilio. Eadem quæ radix, & succus ipsius præstat.

Centaurium minus.

Huius[1] radix planè inefficax est: at caulis & folia, & flores, vtiliora sunt. Vincit enim in eis qualitas amara, paululum habens & adstrictionis: ob ídq; admodum exiccatoriũ est medicamẽ, expers mordacitatis. Vlcera itaq; magna herbæ ipsius recentis illitu glutinantur: & vetusta, quæque ægrè ad cicatricem perduci queunt, cicatrice obducuntur. Arefacta verò glutinatorijs & desiccatorijs miscetur facultatibus. Miscetur etiam ijs quæ rheumaticis medentur affectibus. In quibus ea medicamina præstantissima sunt, quæ vehementer desiccantia, cum quadam adstrictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbæ quidã infundunt ischiadicis, ceu biliosa & crassa extrahẽs: nam & talia purgat. Succus eius præter dicta, cum melle oculis illinitur, mensésq; & fœtum euocat. Iecinoris quoque obstructiones optimè aperit, bonúmq; durato lieni est remedium, & impositum foris, & bibitum.

1 Centauriũ minus.

Cera

Cerasia.

1 Cerasia. *QVæ[1] dulcia sunt, magis aluū subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Austera verò contrario modo. At acida, pituitosis excrementosisq; stomachis sunt idonea. Siquidem austeris magis exiccant, & nonnihil etiā*
2 Cerasi gummi. *incîdunt.[2] Ipsius arboris gummi, arterias asperas lenit, calculísque vexatos adiuuat.*

Ceratonia.

3 Ceratonia. *EXiccantis[3] adstringentísq; facultatis est, tum arbor ipsa, tum fructus. Qui quidem si sumatur humidus, magis ventrem subducit: si autem siccus, magis eundem sistit.*

Cestrum, Betonica, Psychrotrophon.

4 Cestrū. Betonica. Psychrotrophon. *VIm [4] habet incidendi, vt gustus indicat. Est enim subacris & amariuscula. Quare calculos renum frangit: pulmonem, pectus, & iecur expurgat: menses promouet: comitialibus prodest: rupta conuulsaq; curat: omnibusq; bestiarū morsibus illita auxiliatur. Postremò acidum ructantibus & ischiadicis, bibita prodest.*

Cecis, Galla.

5 Cecis. Galla. *QVæ[5] omphacitis dicitur, admodū acerbū est medicamen, pleraq; sui parte essentiæ terrenæ & frigidæ, per quā desiccat, repercutitq; fluxiones. Esto verò tertij in desiccādo, secundi autem in refrigerando ordinis. Altera autē galla, flaua illa & magna, laxáq;, & ipsa desiccat quidē, sed tantò minus, quantò minus acer-*

bæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bæ qualitatis est particeps. Cocta itaq; ipsa per se in aqua, aut si magis adstringere vis, in vino aliquo austero, ac dein trita, cataplasma est nō instrenuū sedi inflāmatæ, procidentíque. Gallæ combustæ, extinctǽq; in aceto aut vino, sanguinis reprimendi facultatem acquirunt.

Cera.

INter [1] primas quatuor qualitates medium quodammodo obtinet. Habet verò quiddam crassæ essentiæ & emplasticum. Quamobrem aliorum medicamētorum materia existit. Ipsa autem per se ex genere fuerit debiliter concoquentium. Habet tamen quiddam digerētis, calidǽque potentiæ, quæ plurima melli inerat. 1 Cera.

Cici, Ricinus.

VT [2] fructus eius expurgat, detergit, & digerit, sic etiam folium, sed vndequaque debilius. Oleum quod ex semine cōficitur, calidius atque tenuius est, quàm commune oleum, ac proinde potentius digerit. 2 Cici. Ricinus.

Cinnamomum.

SVmmè [3] tenuium est partium, atque ex tertio ordine calfacientium. Nihil autem æquè desiccat eorum quæ pariter calfaciunt, propter tenuitatem essentiæ. [4] At Cinnamomis, veluti imbecillum est cinnamomum. 3 Cinnamomum. 4 Cinnamomis.

Circæa.

DIoscorides [5] ait radicem eius ex vino dulci potā, secundas purgare. Est enim boni odo- 5 Circæa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ris, & calfactoria. Semen autem eius in sorbitione exhibitum, ad lactis generationem conducit.

Cisthus.

1 Cisthus. *Frutex [1] adstringens est. Folia eius & parua germina trita adeò desiccant, adstringúntque, vt vlcera glutinare valeant. Sed flores efficaciores sunt, adeò vt cum vino poti dysenterias, ventris imbecillitates, fluxúsque & humiditates persanent. Cataplasmatis ritu illiti, vlcerum putredinosa iuuant. Desiccant enim secundo excessu. [2] Hypocisthis multò est magis adstrictoria quàm folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ videlicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitudinem illi haud segniter addit. Quo nomine antidoto ex viperis inditur.*

2 Hypocisthis.

Cisthos, Ladanum.

3 Cisthos. Ladanum. *Primo [3] excessu medicamen est quodammodo completè calidum, ita vt secundum attingat, habens etiam adstrictionis nonnihil. Est præterea substãtia tenui, & emolliens, necnon moderatè digerens, concoquénsque. Peculiariter igitur ad vteri vitia est aptum. Diffluentes tamen capillos retinet. Cæterùm alopecias & ophthalmias sanare non potest, quòd hi affectus valentiora medicamenta desyderent.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ciſſos, Hedera.

EX[1] contrarijs facultatibus conſtat. Habet enim quiddam adſtringentis ſubſtantiæ, quæ terrea & frigida exiſtit: habétque nonnihil acris, quam calidam eſſe vel guſtus comprobat: præterea ſi viridis ſit, obtinet etiam quandã aqueam & tepidam. Viridia igitur folia in vino decocta, grandia vlcera glutinãt, malignáq; ad ſanitatem reducunt. Igne factas exulcerationes cicatrice obfirmant: cum aceto decocta lienoſis opitulantur. Flores autẽ quodammodo validiores ſunt. Succus medicamẽ eſt errhinon: vetuſtas aurium fluxiones ſanat, necnon vetera vlcera tum aurium, tum narium. Lacryma hederæ perimit lendes, piliſque nudat. Adeò quippè eſt calida, vt etiam obſcurè adurat.

1 Ciſſos. Hedera.

Clinopodium.

CAlfacit[2] ſimúlq; ſiccat in tertio ordine, eſtq; ſubtilium partium.

2 Clinopodium.

Clematis.

HVius[3] folia acrem & adurentem obtinẽt facultatem, adeò vt lepras excorient. Fuerit itaque in quarti ordinis excalfacientiũ initio. Dicitur etiam Clematis illa herba, quam nonnulli polygonoidem appellant: quæ tantum abeſt vt exulceret, vt profluuijs & dyſenterijs cum vino pota auxilietur, manſáque dentium dolores mitiget, ac denique doloribus vteri in peſſo admota ſit vſui.

3 Clematis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Cnicos.

1 Cnicos. CNici [1] semine duntaxat ad purgationes vtimur. Estq; tertij ordinis excalfacientium, si quis foris eo vti volet.

Coccus cnidius, Granum cnidium.

2 Coccus cnidius. ET [2] ipsum quoque purgat, sed acris est, adu rentísque facultatis.

Coccus baphicos, Granum tinctorium.

3 Coccus baphicos. Granum tinctorũ. ADstringentem [3] simúlque amaram possidet qualitatem. Vtraque sine morsu desiccat. Proinde ad ingentia vulnera congruit, & ad neruorum vulnerationes.

Coccymelea, Prunus.

4 Coccymelea. Prunus. PRuni [4] fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Minus tamen subductiua sunt Damascena pruna ijs quæ ex Iberia aduehuntur. Quin & ipsæ arbores fructibus proportione respondent. Porrò quorum in germinibus adstrictio quædam manifesta inesse apparet, ijs decoctis, phlegmonæ in columella aut tonsilis consistentes idoneè colluuntur. Iam verò agrestium fructus, euidenter est adstrictorius, ventrémque sistit.

Colla, Gluten.

5 Colla. Gluten. GLuten [5] quod ad libros præparant ex similagine & garo, emplasticæ, concoctoriæq; facultatis existit.

Colo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Colocynthe, Cucurbita.

HVmida[1] & frigida est in secundo ordine. Quare succus eius rosaceo mistus, auriũ dolori contracto ex phlegmone est vtilis. Praeterea restringuit sitim. 1 Colocynthe. Cucurbita.

Colocynthis.

GVstu[2] amara est, vehementérque purgatoria facultate prædita. Ipsius virentis succus intritus, ischiadicis prodest. 2 Colocynthis.

Comarus, Arbutus, cuius fructus Vnedo.

FRuctus[3] vnà cum arbore acerbus est. Est autem hic & infensus stomacho, & capiti dolorem concilians. 3 Comarus. Arbutus. Vnedo.

Commi, Gummi.

LAcryma[4] est concreta in truncis arborũ ipsam producentium: estq́; exiccatoriæ & emplasticæ facultatis, asperitatibúsq; medetur. 4 Commi. Gummi.

Conia, Lixiuium.

OMnium[5] maximè absterforium exiccatoriúmque est, quod ex cinere ficus & tithymalorum efficitur: feréque putrefaciẽtis est facultatis. 5 Conia. Lixiuium.

Conyza.

COnyza[6] & maior & minor adsimilis sunt tum temperaturæ, tum facultatis, gustu amaræ & acres. Luculenter autem excalfaciunt, siue quis folia cum teneris ramulis partí infricet, siue vbi oleo incoxerit, eo vtatur. Siqui 6 Conyza.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dem rigores per circuitum redeuntes, ſanare tale oleum videtur. Conſimilis quoque flores ſunt facultatis. Quos quidem nonnulli ex vino propinant, ad educendos menſes, atque pellendum fœtum. Eſt & tertium conyzæ genus, in locis humidioribus naſcens, vtriſque illis graueolentius & imbecillius. At primæ memoratæ, calfaciunt & ſiccant in tertio ordine.

Corianon, Corion, Coriandrum.

1 Corianō. Corion. Coriādrū. HAnc[1] herbam refrigeratoriam eſſe Dioſcorides prodidit, quòd miſta pani aut polentæ, illitáque, eryſipelas curet. Quanquàm certè exactum aliquod eryſipelas, quod vtique inflammatum eſt, & flauum, haud vnquàm à tali cataplaſmate perſanabitur: ſed illud tantùm quod refrigeratum iam fuerit. Coriādrum itaque ex contrarijs facultatibus conſtat, plurimum habens eſſentiæ amaræ, quæ tenuium partium eſt & terrena. Nec parū etiā aqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis eſt facultatis. His adiunctum eſt quoque adſtrictionis pauxillum. Quòd autem longè à refrigeratione abſit coriādrum, hinc conſtat, quòd chœradas ſiue ſtrumas, cum lomento diſcutiat: id quod nullum refrigerantium medicamentorum facere eſt aptum.

Coronopus.

2 Coronopus. COronopodis[2] radix cœliacis prodeſſe creditur manducata.

Coſt

Coſtus.

LEuiculam[1] planè amaram, plurimam autem acrem & calidam in ſe qualitatem ſimul & facultatem obtinet, adeò vt etiam exulceret. Quare in quibus excalfacere partem quamuis, aut ex alto in ſuperficiem extrahere quippiam eſt opus, ad coſtum confugitur. Eadem de cauſa vrinas menſéſq; prouocat: & ad rupta, conuulſa, & laterum dolores congruit. Porrò ob amaritudinẽ quæ illi ineſt, latos lumbricos enecat, maculáſque à ſole cõtractas exterit, illitus cũ aqua aut melle. Ineſt item flatuoſa quædam illi temperiei humiditas, per quam & venerem excitat cum vino mulſo. 1 Coſtus.

Cotyledon, Vmbilicus Veneris.

HVmidam,[2] ſubfrigidam, obſcurè adſtringentem, ac leuiter amarã obtinet facultatem. Vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. Itaque phlegmonas eryſipelatodeis, & eryſipelata phlegmonode perſanat: æſtuantíque ventriculo commodiſſimum cataplaſma exiſtit. 2 Cotyledon. Vmbilicus Veneris.

Crania, Cornus.

FRuctus[3] eius admodum acerbus eſt, eſuiq; aptus: proinde valẽter aluum reſtringit, quemadmodum & meſpila. Folia quoque & germina peracerba ſunt guſtui, valentérque deſiccant. Itaque maxima vulnera glutinare poſſunt, potiſſimúmque durorum corporum. 3 Crania. Cornus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Crambe, braſsica eſculenta.

1 Crambe. Braſsica eſculenta. *DEſiccandi[1] vim habet, tum eſa, tum foris impoſita, non tamen admodum acrẽ. Præterea & vulnera glutinat, & maligna vlcera ſanat, phlegmonáſque iam induratas, atque ægrè ſolubiles, necnon eryſipelata id genus, epinyctidáſque, & herpetes curat. Habet quiddã etiam in ſe abſterſoriũ, quo lepras elicit. Porrò ſemen eius potum, amarum quum ſit, lumbricos perimit. Eadem facultate ephelidas, lentes, & quæcũque modicam abſterſionem poſtulãt. adiuuat. Cineres caulium braßicæ deſiccant vſqueadeò, vt cauſticæ facultatis participes eſſe videantur. Quibus ſanè cum adipe miſtis contra inueteratos laterum dolores vtuntur. Sic nanque valenter digerẽs pharmacũ redditur.*

Crambe agria, Braſsica agreſtis.

2 Braſsica agreſtis. *CAlidior[2] ſicciórque & amarior, quàm domeſtica, eſt: quam ob rem nec citra noxam intra corpus ſumitur. Extergit autem & digerit, quàm domeſtica, etiam valentius.*

Crambe thalattia, Braſsica marina.

3 Braſsica marina. *NOn[3] ſolùm aluum deÿcit, ſubſalſa & ſubamara exiſtens, ſed etiam eſt ad externos corporis vſus idonea.*

Cratæogonos.

4 Cratæogonos. *FRuctus[4] eius & acris guſtanti eſt, & vtenti frigidus, ſimilis milio.*

Creth

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Crethmon.

GVstantibus[1] salsum est, cũ paucula amaritudine: quamobrem vis eius est exiccatoria, & abstersoria. 1 Crethmon.

Crithe, Hordeum.

PRimi[2] est ordinis in exiccando & refrigerando. Habet etiam abstersionis pauxillũ. Præstat in cibo fabis, quòd flatuosam naturã exuat. Quantuncunque enim fabas coxeris, flatuosa semper illis natura remanet. Sunt quippè craßioris essentiæ, quàm hordeum: ob ídque, eo plus etiam alunt. At polenta multò plus hordeo desiccat. 2 Crithe. Hordeum.

Crimnon.

PLus[3] nutrit, quàm polenta, sed ægrius cõcoquitur. Sorbitio quæ ex eo conficitur, si ex Zea fiat, leuiter ventrem sistit. 3 Crimnõ.

Crinos, Lilium.

LIlij[4] flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, partim ex aquea, eáque temperata. Quare quod ex eo conficitur oleum, digerendi, emolliendíque citra morsum facultatem sortitur: vnde fit, vt vteri sit duritiebus aptißimum. Porrò radix foliáq; per se trita, desiccant, abstergũt, & digerunt moderaté. Proinde quoq; ambustis cõpetunt. Radicem ergo tostam, ac dein rosaceo cõtritam, ambustis quoad obducatur cicatrix, imponũt: quum sit etiam vlcerum aliorum re- 4 Crinos. Lilium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

medium. Emollit præterea vteros, menséſq; prouocat. Cæterùm quum aut vitiligines, aut pſoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere volumus, cõmiſcemus illi aliquod aliorum medicaminum validius extergẽtium, cuiuſmodi eſt mel. Impoſuimus verò etiã quandoque & foliorum ſuccum cum melle & aceto coctum. Erátq; reſpectu vtriuſque portio ipſius ſucci quincupla. Atque ita conficiebatur inſigne medicamentum ad omnia vlcera, quæ exiccari abſque morſu poſtulant.

Crocodilion.

1 Crocodilion. CRocodilij [1] ſemen acre eſt, atque odoratũ, vrinam menséſque ciens. Itaque facultatem habet calidam, digerẽtem, & exiccantem. Succus tum caulis, tum ſeminis, vt quæ ſimilis ſint facultatis, nephriticos adiuuat. Radix pectoris excreationibus valenter conducit. Trahit verò etiam per nares ſanguinem.

Crocus.

2 Crocus. SEcundi [2] quidem eſt ordinis excalfaciẽtium, primi verò exiccantium. Proinde concoquẽdi quoque vim obtinet, adiuuante etiam ad id quadam exigua adſtrictione.

Crommyon, Cæpa.

3 Crommyon. Cæpa. CAepa [3] ex quarto eſt ordine excalfacientiũ. Eſſentia eius potius craſſarum eſt partiũ. Vnde etiã hæmorrhoidas aperit tũ appoſita, tum cũ aceto inuncta. In ſole alphos abſtergit,

tum

tum alopecijs attrita pilos alcyonio citius restituit. Succus eius ijs qui suffusi sunt, aut aciem oculorum obtusam præ craßitudine humorum habent, inunctus prodest. Ob huius temperaturam tota cæpa flatuosa est, manducata. Itaque quæ temperie sicciore sunt, minus flatuum generant.

Cyamos, Faba.

MEdiocriter [1] exiccat, refrigerátq;. At caro eius paulum quoq; abstergentis facultatis continet: sicuti putamen nonnihil adstringentis. Porrò, vt edulium, flatulenta est, & coctu difficilis, si quid aliud: excreationibus ex pectore & pulmone idonea. Vt medicamentum verò, foris imposita, desiccat innoxié. In podagricis ea sæpenumero vsi sumus ex aqua decocta, & ita adipi suillo admista. Ad neruorum tum contusiones, tum vulnera, farinam eius cum oxymelite imposuimus: ad eos quos ex ictu iam occupauerat phlegmone, cum polenta. Sed & testium & vberum aptum est cataplasma. Quo quidem & lac ipsum extinguitur, & puerorum pubes farina fabacea illita, plurimo tempore glabra permanet.

1 Cyamos. Faba.

Cyclaminus, Rapum, Tuber terræ.

ABstergit, [2] incidit, ora venarũ aperit, attrahit, et digerit. Succus eius hæmorrhoidas reserat, violẽtérq; ad seceßũ ꝓuocat in floccis appositus. Sic etiã facultatibus phymata, strumas

2 Cyclaminus. Rapum. Tuber terræ.

masaliásq; durities digerentibus cōmiscetur: ac suffusis cum melle illitus competit. Ad hæc, per nares expurgat. Adeò vehemens eius facultas est, vt abdomine illito, subducat aluum, & fœtum perimat. Tota autem radix succo imbecillior est, quanquàm & ipsa vehemēs satis. Nam & menses siue epota, siue apposita, euocat, & aurigini prodest. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem detergit, ac tum alopecias, ephelidas, omniáq; exanthemata curat: necnon auxilio est

1 Cissanthemon.

lieni indurato.[1] *Fructus etiam alterius cyclamini, quam nonnulli cissanthemon nominant, cum vino pluribus diebus potus, sanat lienem, vrinas mouens, atque aluum subducens. Locos quoque eijcit, atque asthmaticis auxiliatur. Qualitas eius gustui acris est & sublenta.*

Cyminum, Cuminum.

2 Cyminū. Cuminū.

CYmini[2] *semen calfacit in tertio ordine, vrinam mouet, extinguítq; flatus.*

Cynosbatos, Sentis canis.

3 Cynosbatos. Sentis canis.

HVius[3] *fruticis fructus non segniter adstrictorius est. Folia verò mediocriter, lanugo fructus arteriam vitiat.*

Cyparissus, Cupressus.

4 Cyparissus. Cupressus.

CVpressi[4] *folia, germina, pilulæ recētes & molles, magna vlcera glutinãt in duris corporibus. Quare resiccandi vim habent absq; insigni acrimonia aut calore. Tãta enim ei acrimonia*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

nia ineſt, caliditáſque, quanta ſatis ſit deducendæ in altum acerbitati. Proinde in alto latentes in flaccidis putreſcentibúſque affectibus humiditates, innoxiè depaſcit & populatur. Sic enterocœlicos iuuat, exiccans, robúrque addens corporis partibus præ humiditate laxatis. Quidam ea vtuntur ad carbunculos, herpetéſq;, polentæ miſcẽtes. Sunt qui ad eryſipelata vtãtur.

Cyperus, Iuncus quadratus.

CYperi[1] radices excalfaciũt pariter & ſiccãt abſq; mordacitate. Itaq; vlceribus inueteratis mirificè proſunt. Habent etiam quippiam adſtringens: quapropter vlceribus item oris conueniunt. Quin & incidendi vim quampiam illis ineſſe teſtificandum eſt, qua & calculos exterunt, & vrinam menſéſq; prouocant. 1 Cyperus. Iuncusquadratus.

Cypros.

HVius[2] arboris folia ſummáq; germina habent in ſe quiddam digerens cum aquea ſubſtantia modicè calida: habéntque & adſtrictionem quandam ex terrena ſubſtantia frigida. Itaque eorum decocto quidam ambuſta fouent, necnon igneas phlegmonas, carbũculóſq;. Nam abſque moleſtia ſiccant. Sed ſponte ortis in ore vlceribus commanſa folia commodiſſima ſunt. 2 Cypros.

Cytiſus.

CYtiſi[3] folia digerendi facultatem obtinẽt, aqueæ & temperatæ miſtam, vt malua. 3 Cytiſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Coneion, Cicuta.

1 Coneiõ. Cicuta.

QVod[1] extremè sanè refrigeret, omnes norunt.

Conos.

2 Conos. Strobilus. Cocalus.

COni[2] fructus, quem cocalum & strobilum appellãt, viridis totus, habet cum humiditate amaritudinem quampiam & acrimoniam. Proinde purulentis, & ijs quibus facilè expuere est opus, accommodatur. Quod esculentum est, nutrimentum est coctu difficile & validum. Vt medicamen autem, asperitati leniendæ congruit, si præmaceratus in aqua, omnem acrimoniam exuerit. Nam reliquum sic minus mordax efficitur, in medio calidæ & frigidæ qualitatis consistens, ex aquea & terrea mistum substantia, minimum participans aëriæ.

Lagopus.

3 Lagopus.

FAcultatis[3] est desiccantis, adeò vt fluxus alui probè exiccet.

Lathyris.

4 Lathyris. Esula.

ET[4] succo, & purgatoria vi tithymalum refert: nisi quòd semen apparet dulce, licet maximè sit purgatorium.

Lampsane.

5 Lampsanæ.

ESa[5] quidem succos prauos procreat. At illita, abstergendi, digerendíque nonnullam facultatem sortitur.

6 Lapathũ. 7 Oxylapathum.

Lapathum.

DIgerit[6] moderaté.[7] At oxylapathũ nõnihil

bil etiam repercutit. Manifestè ipsorum semen adstringit: ita vt dysenterias, & diarrhœas persanet.

Limonium.

EIus fructum, vtpote acerbum, ex vino exhibent cœliacis, dysentericis, & hæmoptoicis. Iuuat & profluuium muliebre. Satis est oxybaphi mensura. 1 Limoniũ.

Leichen.

LEichenas[2] *curat, extergentem, modicéq; refrigerantem, ac siccantem obtinens facultatem. Nascitur enim in humidis roréq; perfusis saxis.* 2 Leichen.

Leontopetalon.

RAdix[3] *eius, digerendi facultatẽ, & exiccãdi, calfaciẽdiq; in tertio ordine possidet.* 3 Leontopetalon.

Lepidium.

EX[4] *quarto est ordine excalfacientium, simile prorsus nasturtio, nisi, quòd minus desiccat.* 4 Lepidiũ.

Leucas.

ACrem[5] *poßidet qualitatem exuperãtem: temperaturam verò calidam, siccámque in tertio quodammodo ordine.* 5 Leucas.

Leucacanthon.

HVius[6] *radix amara est, ac proinde incidit, exiccátque in tertio ordine: calfacit autem in primo.* 6 Leucacanthon.

Leucoion. 7 Leucoiõ.

EXtergit,[7] *ac tenuium est partiũ: plus tamen flores, ac præcipuè qui sunt sicciores.*

Hi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hi quippè & oculorum crassas cicatrices extenuant. Præterea menses eorum decoctum mouet, secundas & partum emortuum elicit, bibitúmq; facit abortum, maximè amarum quum sit. Quòd si eius vires multa mistione aquæ frãgãtur, erit contra phlegmonas, & difficilia vlcera commodum medicamen. Semen etiam eiusdem est facultatis, radicésq; similiter, nisi quòd hæ sunt craßioris essentiæ, terreæ'q; magis. Cum aceto tamen lienes induratos persanant.

Leuce, Populus alba.

1 Leuce. Populus alba. EX[1] *aquea, tepida, & terrena extenuata essentia conflatur. Quamobrem & abstergentis facultatis est particeps.*

Libanotus, Thus.

2 Libanotus. Thus. EXcalfacit[2] *secũdo ordine, desiccat primo: habet quoque adstrictionem pusillam. Cortex eius euidenter adstringit, desiccátq; in secũdo ordine. Est autem craßiorum partium, quàm thus, & minimum acrimoniæ poßidet. Quare in hæmoptoicis, stomachicis, cœliacis, & dysentericis eo vtimur. Ramus eius ficcioris & calidioris est facultatis, quàm ipsum thus, adeò vt ad tertium vsque excessum perueniat. Habet verò etiam & abstersorium quiddam. Vnde expurgare & implere oculorum vlcera potest.*

Libanotides.

3 Libanotides. LIbanotides[3] *tres existũt, vna sterilis, duæ fructum ferentes. Omnes verò emolientis,*

diger

digerentis, incidentis, & abstergentis sunt facultatis. Succus tum radicis, tum herbæ mistus melli, obtusam oculorum aciem ab humorum craßitudine emendat. Decoctum eius quam rorem marinum appellant, potum regio morbo auxiliatur.

Lignys, Fuligo.

F*Vligo omnis exiccatoria est, ob idq; terrenæ essentiæ: habens quasdã etiã ignis, etsi pusillas reliquias: ratione quarum tenuium est partium. Cæterùm quæ speciatim in ea differentiæ sunt, eæ pro vsta materia eueniunt. Thuris fuligine vtimur ocularibus medicamentis permista, ijs videlicet, quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatos, & qui adhuc fluxione affligũtur, exulcerati ve sunt, accommodantur. Nã & illa expurgat, & carne implet. Terebinthinæ etiã myrrhǽque fuligo molestia caret, non secus quàm thuris. Sed styracis quodãmodo valentior est: magis etiam picis liquidæ: qua adhuc magis cedri. Porrò acrioribus vtuntur ad vitia superciliorum vocata ptila, & erosos angulos oculorum, & citra phlegmonen humidos.* 1 Lignys. Fuligo.

Libysticum.

L*Ibystici* [2] *radix & semen, ex genere excalfacientium sunt, adeò vt & menses cieãt, & vrinas prouocent, flatúsque discutiant.* 2 Libysticum.

Linospermon, Lini semen.

F*Latuosum* [3] *est esum, etiamsi frangatur. At* 3 Linospermon. Lini semẽ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

calfacit quidem quodammodo in primo ordine, humiditatis & ſiccitatis in medio exiſtens.

Linozoſtis, Mercurialis.

[1] Linozoſtis. Mercurialis. *EA[1] vtuntur omnes ad ſubductiones alui duntaxat. Quanquam etiam admota, valenter digerit.*

Lonchitis.

[2] Lõchitis. *RAdix[2] eius quæ ſemen gerit triangulare, vrinam ciet. Folia eius quæ ſcolopendriæ ſimilis eſt, viridia quidem vulnera glutinant: ſicca autem, & cum aceto epota, lienes induratos perſanant.*

Lycion.

[3] Lycion. *ARbor[3] eſt ſpinoſa, ex qua lycium fit, medicamen id liquidum, quo ad ſugillata, ſedis criſque phlegmonas, vlcerationes, herpetas, putredines, vlcera contumacia, aures pure fluentes, intertrigines, & paronychias vtuntur. Eſt enim facultatis exiccatoriæ, compoſitum ex diuerſi generis ſubſtantijs, altera quidem tenuium partium, digerente atque calida: altera terreſtri & frigida, ex qua adſtrictionem exiguam obtinet. Cæterùm digerit & ſiccat in ſecũdo ordine: in calore autem medijs eſt proximum. Eſt porrò lycium Indicũ ad omnia valentius.*

Lyſimachios.

[4] Lyſimachios. *SVperantem[4] adſtrictionem ſortitur: per quam omnes ſanguinis fluxus reprimit, tum poti, tum cataplaſmatis modo admota.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lychnis.

SEmen[1] *eius calidum & siccum est, secundo quodammodo, aut etiam tertio ordine.* 1 Lychnis.

Lotos herba.

LOtos[2] *domestica, quam trifolium nominant, vt mediocriter concoquendi, sic etiã exiccandi vim possidet, in caliditatis frigiditatísq; coniugio media quodammodo existens. Semen agrestis loti, secundi est ordinis calfacientium: habétque nonnihil absterforium. Porrò Aegyptiæ loti semen etiam in panes fingitur.* 2 Lotos herba. Trifoliũ.

Lotos arbor.

NOn[3] *ita multa adstrictoriæ qualitatis est particeps, sed & tenuium partium est, & exiccatoria. Cuius siccæ ramenta profluuio muliebri, dysenterijs, capillorum effluuio, cœliacísque affectibus accomodantur, aut in vino, aut in aqua concocta.* 3 Lotos arbor.

Macer.

COrtex[4] *est, qui ex India aduehitur, gustu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata. Constat autem ex mista essentia, pleraque terrena frigida, paucula verò calida & tenuium partium. Itaque valenter disiccat, adstringítque: ob ídque cœliacis & dysentericis medicamentis miscetur, in tertio exiccantium consistens ordine: in caloris frigorísque discrimine, neutrum insigniter præstans.* 4 Macer.

Malabathrum.

1 Malabathrum. MAlabathri[1] folium cum ſpica nardi ſimillimam obtinet facultatem.

Malache, Malua.

2 Malache. Malua. AGreſtis[2] quidem digerentis paululum & emollientis leuiter eſt facultatis: hortenſis verò, quantò plus habet aqueæ humiditatis, tantò facultate imbecillior eſt. Fructus eius tantò validior eſt, quantò & ſiccior. Cæterùm althæa omnium efficaciſsimè digerit.

Mandragora.

3 Mandragora. REfrigerat[3] tertio exceſſu. Nonihil tamen pomis caloris atq; humiditatis ineſt. Vnde ſoporem conciliant. Radicis cortex non tantùm refrigerat, ſed etiam ſiccat. Quod eo includitur, imbecillimum eſt.

Marathrum, Fœniculum.

4 Marathrum. Fœniculũ. CAlfacit[4] in tertio, deſiccat in ſecundo ordine: proinde lac gignit, auxiliatur ſuffuſis, menſéſq; & vrinas promouet. Radix & ſemen hippomarathrl, amplius quàm domeſtici ſiccãt: quare & ventrẽ videntur ſiſtere. Poſsũt etiam & calculos frãgere, curare ictericos, menſéſque & vrinas mouere: minimè tamen lac gignere.

Maſtiche.

Maſtiche. CAndida[5] quidem & Chia, adſtringit ſimul emollitq;. Proinde ſtomachi, ventris, inteſtinorũ, iecoríſq; inflãmationibus competit, vtputa ſecũdo ordine excalfaciẽs & ſiccãs. Nigra

gra verò, quæ Aegyptia dicitur, magis desiccat, minúsq; adstringit: quamobrē aptior est ad ea quæ validiorem digestionem per halitum postu lant. Porrò oleum, quod præcipuè ex Chia conficitur, similis est cum mastiche facultatis.

Melanthium, Nigella.

E*Xcalfacit*[1] *& siccat in tertio ordine: éstq; amarum, atq; tenuiū partiū. Quare catar rhos sanat in linteo admotum, atq; aßiduè olfa-ctū: flatus potū extinguit: lumbricos enecat, nō esum modò, sed etiam foris applicitū: lepras, clauos, atq; myrmecias exterit: orthopnœam iuuat, & menses prouocat: in summa verò vbi sectione, extersione, desiccatione, excalfactione est opus, præstantißimum id remedium existit.* 1 Melanthium. Nigella.

Melilotum.

Q*Viddam*[2] *habet adstringens: digerit tamen, concoquítque. Copiosior enim in eo est substantia calida, quàm frigida.* 2 Melilotū

Mel.

D*Esiccat*[3] *excalfacítque secundo ordine: ac detergentem facultatem obtinet. Porrò coctum minus acre abstersoriúmque redditur. Itaq; ad sinuosorum vlcerū glutinationē eo vtūtur. Cæterū quod mel est amarū, mistæ facultatis existit.*[4] *At sacchoro, quod ex India & felici Arabia cōuehitur, cōcrescit in calamis, éstque mellis species, minus certè nostrate dulce, sed similes ei vires obtinens, quod ad ab-* 3 Mel. 4 Sacchærum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſtergendum, deſiccandum, & digerendum pertinet. Quatenus verò nec inimicum ventriculo eſt, vt noſtras, nec ſitim adferens, eatenus ab illo ſubſtantia differt.

Meliſſophyllon, Citrago.

1 Meliſſophyllon. Citrago.

MArrubio[1] ſimile eſt facultate, ſed plurimum ab eo vincitur. Quamobrem nec vtitur eo quiſpiam, quum larga marrubij copia ſuppetat.

Meſpilum, Tricoccon, quòd tria grana gerat.

2 Meſpilū. Tricoccon.

FRuctus[2] eius admodum eſt acerbus, vix vt edi poſsit, ventrem extremè coërcens. Quin & in germinibus & folijs acerba hæc qualitas non pauca reperitur.

Medion, Trifolium odoratum.

3 Medion. Trifolium odoratum.

RAdix[3] quidē eius auſtera eſt, omnéſq; fluxiones cohibet. At ſemē tantùm abeſt vt id moliatur, vt etiam menſes cieat: nimirum tenuium partium quum ſit, & facultate incidendi præditum.

Mecon, Papauer.

4 Mecon. Papauer.

QVum[4] quatuor eius inſignes ſpecies ſint, facultas omnium exiſtit refrigeratoria. Cæterùm ſatiui ſemen, mediocriter ſomnum conciliat, viſu cādidum: proinde pani ipſum inſpergunt, ac melle maceratum eſitant. [5] At ex ſyluestribus, eius quod rhœas dicitur, quia flos ipſius celeriter defluit, ſemen validius refrigerat.

5 Papauer rhœas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rat. Itaq; nequaquam eo quis innoxiè solo vti possit. Illius verò quod calicem insidentem sustinet, atrum existit semen, medicamentosumq;, atque impensè refrigerans. Quod autem longiorem emittit calicem, medicatissimum omnium est, admodúmq; refrigerans, idq; omnibus partibus suis. Adeò quippe refrigerat, vt stuporem ac mortem etiam inducat. Est enim ex quarto & vltimo refrigerantium ordine.

Mecon ceratitis, Papauer cornutum.

VIm [1] habet incidendi, extergendíq;. Itaq; radix eius in aqua ad dimidium decocta, hepaticos affectus adiuuat. Folia & flores sordidis & contumacibus vlceribus prosunt. Sed ea reijcere oportet vlceribus iam repurgatis: alioqui sanam carnem exedent. 1 Papauer cornutum.

Mecon Heraclea. Papauer Herculeum.

SEmen [2] habet pituitam expurgans. 2 Papauer Herculeũ.

Melea, Malus.

MAlus [3] non omnis eiusdem naturæ est, sicuti nec eiusdem fructus. Succi siquidẽ cortices, foliáque arborum, etiam inter se dissident. Itaq; si acidiora austerioráq; sint, illis vulnera glutinare possis, tum in phlegmonarũ initio repercutere influxum, ac ventriculum exolutum & languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipientes & gliscentes remittere. Quòd autem plurima pomis omnibus recrementitia frigidáque insit humidi- 3 Melea. Malus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tas, hinc liquet, quòd nullus eorum succus seruari poßit: verùm acescant corrumpantúrque vniuersi.[1] *Solus enim cydoniorum & struthiorum (quæ propter adstrictionem vehementem, cæteris minus sunt humida) succus coctus cum melle durare potest: per se autem minimé.*

1 Succi pomorũ qui seruari possint, & quo modo.

Melea Persice, Persica malus.

2 Persica malus.

IN[2] *germinibus & folijs vincentem habet qualitatem amaram. Proinde folia eius trita & super vmbilicum posita, lumbricos enecant: éstque digerens medicamen. Fructus humidior est, & temperie frigidior.*

Melea Armenice, Malus Armenica.

3 Malus Armenica.

FRuctus[3] *humidior frigidiórque est: vtrũq; secundo quodammodo excessu.*

Melea Medice, Malus Medica, Citrium.

4 Malus Medica.

QVod[4] *in fructu semen amplectitur, tertij est ordinis resiccantium atque refrigerantium. Cortex desiccat quidem in excessu secundo, non tamen frigidus est, sed temperatus, aut paulò infrá. Caro eius pariter craßi succi est, & pituitosa frigidáq;. Semen amarum est, digereréque & exiccare potens, secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia exiccandi & digerendi vim obtinent.*

Meum.

5 Meum.

RAdices[5] *eius sunt calidæ tertio excessu, in secundo siccæ. Proinde vrinas menses*

sesq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

sesq; mouent. Quòd si liberalius sumantur, capiti dolorem conciliant.

Milax trachæa, Milax aspera.

V*Ariis*[1] *clauiculis suis arboribus circunuoluitur. Folia eius & acria gustanti, & vtenti calida existunt.* 1 Milax aspera.

Milax læuis.

Q*Vodammodo*[2] *iam dictæ similes vires obtinet.* 2 Milax læuis.

Morea, Morus.

M*Ori*[3] *fructus maturus quidem aluum subducit: immaturus verò, vbi aruerit, restringit admodum. Quare ad fluentes affectus est commodus. At maturorum succus, propter adstrictionem quam habet, ad stomatica medicamenta est vtilis. In radicis cortice purgatoria vis cum quadam amaritudine exuperat, ita vt latos vermes enecet.* 3 Morus.

Myagros.

O*Leum*[4] *quod ex semine ipsius funditur, emplasticam facultatem obtinet.* 4 Myagros

Myces, Fungus.

F*Rigida*[5] *humidáq; admodum planta est: quare proximè ad enecantem facultatem accedit. Et sanè inter eos sunt qui interficiant, maximè qui ex natura mistam habent qualitatem putrilaginosam.* 5 Myces. Fungus.

Myle.

R*Adix*[6] *eius contrahentis est facultatis:* 6 Myle.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quam cum farina lolij apertam vuluam sanare ait Dioscorides.

Myosotis, Auricula muris.

1 Myosotis. *DEsiccat [1] secundo ordine, cæterùm nullam euidentem caliditatem sortitur.*

Myrice, Tamarix.

2 Myrice. Tamarix. *ABstergit [2] & incidētis est facultatis, absq; perspicua desiccatione. Habet verò etiam adstrictionem nonnullam. Igitur cum aceto decocta prodest lieni indurato. Sanat etiam dentium dolores. Fructus & cortex non paucam poßident adstrictionē. At cinis myricæ, admodum desiccatoriæ facultatis est, plurimam habens abstergendi vim, adstringendi pauxillā.*

Myriophyllon.

3 Myriophyllon. *ADeò [3] exiccat, vt vulnera glutinet.*

Myrrhis.

4 Myrrhis *RAdix [4] eius est odorata & dulcis, mensesq; mouet: necnon thoracem atq; pulmones purgat. Calfacit itaque secundo ordine, cum partium tenuitate.*

Myrrhine, Myrtus.

5 Myrrhine. Myrtus. *IN [5] hac planta vincit terreum & frigidum. Habet tamen aliquid tenue & calidum. Quare valenter desiccat. Porrò quod ramis & trunco adnascitur tuberosum, quātò siccius cæteris partibus est, tantò desiccat & adstringit vehementius. Folia item arida viribus plus desiccant. Itaque omnes partes eius restringunt,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

gunt, tum foris imposita, tum intrò assumpta.

Moly, Ruta syluestris.

R*Adicem*[1] *habet nigram, & florem lacteum. Vis eius tenuium partium est, & calida tertio ordine: vnde crassos humores desiccat, digerítque & vrinam mouet.*

1 Moly. Ruta syluestris.



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIBER VIII.

Nardu stachys, Spica nardi.



CALFACIT[2] *excessu tertio: desiccat secundo completo. Constat ex adstringenti, acri, & leuiter amara substãtia. Quare radix iecori & ventriculo conuenit, & pota, & admota extrinsecus. Vrinam ciet: morsus stomachi sanat, ventris, capitis, & thoracis fluxiones desiccat. Valẽtior tamẽ est Indica, quæ nigrior quàm Syriaca existit.*

2 Nardu stachys. Spica nardi.

Nardus Celtica, hoc est, Gallica.

A*D*[3] *omnia est imbecillior dictis, præter quàm ad prouocandam vrinam. Nam calidior illis est, sed minus adstringit.*

3 Nardus Celtica.

Nard

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Nardus orea, hoc est montana.

1 Nardus montana. *Plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis infirmior.*

Narthex, Ferula.

2 Narthex Ferula. *Semen [2] eius calfacit & tenuat. Medulla autem adstrictionis est particeps. Vnde hæmoptoicis & cœliacis conuenit.*

Napy.

3 Napy. *Calfacit [3] desiccátque ordine quarto.*

Narcissus.

4 Narcissus. *Eius [4] radix desiccat adeò, vt vel maxima tendinum vulnera glutinet. Habet verò quiddam absterſorium & attractorium.*

Neuras, Poterium.

5 Neuras. Poterium. *Desiccat [5] citra morſum adeò vt inciſos neruos glutinare credatur, ac præcipuè radices eius.*

Nerium, Rododaphne.

6 Rhododaphne. *Foris [6] quidem illitus is frutex, digerendi vim obtinet. At si intra corpus ſumatur, virulentus homini & plerisque pecudibus est.*

Nymphæa.

7 Nymphæa. *Tum [7] radix eius, tum ſemen, desiccandi citra morſum vim habet. Itaq; vētris profluuia, ſeménque immodicè profluuiens ſistit. At cui adest candida radix, ea & muliebri medetur profluuio, ex vino nigro & austero epota. Vtraq; autem abstergendi quādam vim poſsidet. Quare macerata quidem aqua, ſanāt*

alph

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

alphos: liquida verò pice, alopecias. Ad hæc tamen aptior est ea, cuius radix est nigra.

Xanthion.

S*Emen*[1] *eius digerendi vim obtinet.* 1 Xãthion.

Xyris.

T*Enuium*[2] *partium, attractoriæ, digerendi, & desiccãdi facultatis est, cùm radix, tum multò magis fructus: qui quidem & vrinam ciet, & lienes induratos sanare potest.* 2 Xyris.

Xiphion, Gladiolus.

X*Iphij*[3] *radix, maximè altera quæ superior est, attrahit, digerit, desiccátque.* 3 Xiphion. Gladiolus.

Oe, Sorbus.

A*Dstringentem*[3] *vim obtinet, at multò, quàm mespillus, imbecilliorem. Proinde fructus eius gustui iucundus est, minúsque ventrem, quàm mespillus, constringens.* 4 Oe. Sorbus.

Oenos, Vinum.

E*X*[5] *secundo est ordine calfacientium: sed quod admodum vetus est, ex tertio: sicuti mustum ex primo. Caliditati proportione respondet siccitas.* 5 Oenos. Vinum.

Olynthi, Grossi.

A*Crem*[5] *facultatem sortiuntur. Cocti itaq; duros tumores discutiunt: crudi myrmecias & thymos eijciunt.* 6 Olynthi. Grossi.

Holostium.

D*Esiccandi*[7] *vim obtinet cum adstrictione: ideóque propinatur ad rupta.* 7 Holostiũ.

Olyra.

Olyra.

1 Olyra. MEdiam[1] tritici & hordei naturam poßidet, tam vt nutrimentum, quàm vt medicamentum.

Onagron.

2 Onagrō. HVius[2] radix arefacta vinosum quiddam redolet, maximéque ad vini facultatem accedit.

Onosma.

3 Onosma. ACri[3] & amara substantia constat. Cuius folia in vino pota fœtum extinguere expelleréque creduntur.

Onobrychis.

4 Onobrychis. RArefaciendi[4] digerēdiq; vim obtinet. Proinde folia eius virētis illita, phymata digerūt: arefacta verò, & cū vino pota, strāgurias sanāt: sudorésq; eliciunt cum oleo inuncta.

Ononis.

5 Ononis. RAdix[5] eius calfacit quodammodo in tertio ordine, abstergítque & nonnihil incidit. Itaque non tantùm vrinas prouocat, sed & lapides frangit, & crustas detrahit. Præterea ad dolores dentium, oxycrato in quo fuerit cocta, colluuntur.

Oxos, Acetum.

6 Oxos. Acetum. EX[6] frigida calidáque substantia constat: vtraque tamen tenuium partium. Verùm calidam frigida exuperat. Desiccat porrò in tertio gradu.

Oxyc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Oxyacanthos.

VT[1] specie sic facultate hæc arbor pyro sylvestri est similis. Cæterùm pyri sylvestris fructus, prorsus * acerbus est: oxyacanthes verò, & tenuium est partium, & nonnihil incisorium sortitur: éstq; rubeus & rarus. Qui quidem affectus omnes fluxionum cohibet. 1 Oxyacanthos.

Opos, Succus.

CYrenaicus[2] quidẽ reliquos omnes caliditate & tenuitate exuperat: ideóq; omniũ maximè per halitum digerit. Quanquam sanè & cæteri admodum calidi sint, & spirituosi. Porrò licet complures etiã sint alij succi, qui effluunt, incisa radice: ob excellentiam tamen sic dicitur Cyrenaicus, & Medicus, & Syriacus. 2 Opos. Succus.

Origanus.

HEracleotica[3] quidem efficacior est onitide: agrestis tamen est valentior vtraque. Omnes verò incidendi, extenuandi, calfaciendi, & exiccandi obtinent facultatem, in tertio nimirum excessu. At [4] Tragoriganus etiam quippiam adstringit. 3 Origanus. 4 Tragoriganus.

Orobus, Eruum.

DEsiccat[5] quidem excessu secundo intenso, calfacit verò primo. Porrò quatenus amaritatis est particeps, eatenus incidit, extergit, atq; obstructiones expedit. Cæterùm si sumatur copiosè, sanguinem per vrinas euocat. 5 Orobus. Eruum.

Oroban

Orobanche, Eruangina.

1 Orobanche. Eruãgina. SIccæ[1] frigidæq; temperaturæ est, in primo ordine.

Oryza.

2 Oryza. HAbet[2] adstrictorium quippiam: quare mediocriter aluum sistit.

Orchis, Testiculus canis.

3 Orchis. Testiculus canis. RAdici[3] eius bulbosæ & geminæ, vis inest humida & calida, gustantibúsque dulciuscula. Cæterùm maior radix multam habere videtur humiditatem excrementitiam, & flatulentam: quapropter epota Venerem excitat. Minor verò, quum ad calidius & siccius vergat, tantum abest vt ad coïtum stimulet, vt etiam cohibeat, & reprimat. Eduntur bulborum more, tostæ.

Orchis, Serapias.

4 Orchis. Serapias. SIccat[4] vltra primum excessum. Quare nõ ita est ad Venerem commodus. Oedemata illitus discutit. Vlcera sordida expurgat. Herpetes sanat. Siccatus multò amplius desiccat. Nã putrescentia cõtumaciáq; restituit vlcera, & subastringens quũ sit, ventrẽ sistit ex vino potus.

Osiris.

5 Osiris. AMara[5] est, & aperiendi vim obtinet. Quare iecur obstructum adiuuat.

Pancratium.

6 Pancratium. RAdix[6] huius scillæ similẽ gustũ refert, & vires, multò tamen imbecilliores. Ea itaq; pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pro scilla, vbi hæc non adest, vtuntur.

Paliurus.

Folia[1] eius & radix adeò perspicuè adstringunt, vt fluxum ventris cohibeant: adeóque digerunt, vt mitiora phymata curent. At fructus, tantam incidendi vim possidet, vt calculos vesicæ comminuat, & pectoris pulmonísque excretionibus auxilietur.

1 Paliurus.

Papyrus.

Oxycrato[2] vinóve macerata, recentia vlcera glutinat, maximè in circulum circũposita, vt materia sanantia medicamina excipiens. At vbi vsta fuerit, medicamen exiccatorium existit, [3] vt chartæ combustæ cinis. *Hoc tamen cinis papyri est infirmior.

2 Papyrus.

3 Chartæ cinis.

Panax Heraclium.

Ex[4] hoc conficitur opopanax, radicibus & caulibus eius incisis. Porrò opopanax ipsum tum mollit, tum digerit. At calfacit quidem in tertio ordine, in secundo autem siccat. Cortex radicis excalfacit etiã & siccat, minus tamen, quã succus. Cæterùm abstergendi nonnullam facultatem sortitur. Quare eo vtimur & ad nuda ossium, & ad vlcera contumacia. Sufficienter siquidem quæ talia sunt, carnem procreant. Fructus calidus est & ipse, ac mensibus mouendis accommodus.

4 Panax Heracliũ. Opopanax.

Panaces Asclepium.

Minus[5] est calidum suprà dicto panace.

5 Panaces Asclepiũ.

Quare floribus eius & semine melli mistis ad vlcera, phymata, & phagedænas vtuntur.

Panax Cheironium.

1 Panaces Cheironium. P*Rædicto* [1] *similem facultatem obtinet.*

Paronychia.

2 Paronychia. P*Aronychias* [2] *& fauos sanat, digerítque ea quæ discuti postulāt. Calfacit enim & desiccat in tertio ordine: estq́; tenuiū partium, & sine mordacitate.*

Pentaphyllum.

3 Pentaphyllon. R*Adix* [3] *eius desiccat vehementer, nimirum in tertio ordine, citra mordicationē tamen. Minimum siquidem habet cum acrimoniæ, tum conspicuæ caliditatis.*

Peplos.

4 Peplos. S*Uccum* [4] *habet similem tithymalis, quum in aliis, tum quia purgat, ceu illi.*

Peplium.

5 Peplium. E*Tiam* [5] *fructiculus hic succum habet vt tithymali, validúmque, non tamen admodum vtilem. Radix eius videtur superuacanea. Semen vtile est, & flatulentum, pepli semini similiter purgans.*

Peperi, Piper.

6 Peperi. 7 Piperis differētiæ. P*Iperis* [6] *radix vires costo similes obtinet.* [7] *Fructus nuper germinantis, longum existit piper: quare maturo est humidius. At fructus qui veluti omphax est, piper album est, nigro quidem acrius. Nam illud iam veluti superassa*

perassumptum videtur. Vtrunque tamen valenter & calfacit, & desiccat.

Persea.

P*Erseæ*[1] *folia modicè adstringunt, ita vt nonnunquàm sistere queant sanguinem erumpentem.* 1 Persea.

Periclymenos, Volucrum maius.

F*Ructus*[2] *eius & folia adeò vehementer incidunt & calfaciunt, vt si diutius bibantur, vrinam sanguinolentam efficiant, principio tantùm vrinam mouentia. Foris cum oleo illita etiam excalfaciunt. Iuuant & lienosos, & difficulter spirantes. Competēs mensura est drachmæ vnius cum vino. Desiccat etiam semen, & (vt quidam tradunt) si liberalius bibatur, sterilitatem inducit.* 2 Periclymenos. Volucrum maius.

Peristereon.

V*Im*[3] *habet hactenus desiccantem, vt & vulnera glutinet.* 3 Peristereon.

Petasites.

E*X*[4] *tertio est ordine desiccantium: quam obrē ad cacoëthe & phagedænica vlcera eam adhibent.* 4 Petasites.

Petroselinum.

E*Ius*[5] *semen est vt gustu acre, cum amaritudine, sic & in operibus calidū, vnà cū incidendi effectu. Hinc menses & vrinas affatim prouocat, flatúsque discutit. Calfacit itaq; & siccat in tertio ordine. Tota herba similem,* 5 Petroselinum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

sed imbecilliorem poßidet facultatem.

Peucedanum.

1 Peucedanum. *SVccus*[1] *eius admodũ excalfacit & digerit: éstque tenuium & incidentium partium. Quare omnibus neruorum affectibus creditur opitulari: tum morbis in pulmone & thorace ex craßitudine humorum ortis.* **Nec verò intra corpus sumptus duntaxat sed olfactu etiã prodest. Ad hæc sæpe foratorum dentium dolores, cauitati impositus, protinus mitigauit. Quin etiam induratos lienes iuuat. Ad quæ omnia, licet etiam vti radice, quæ & squamas celerrimè ab oßibus detrahit, & arida illita vlceribus contumacibus remedium est optimũ, minus quidem, quàm succus, excalfaciens, nempè in secundo ordine iam completo, deficcans verò in tertio incipiente.*

Peganon, Ruta.

2 Peganõ. Ruta. *AGrestis*[2] *quidem in quarto ordine excalfacit: domestica verò in tertio. Est autem non solùm gustu acri, sed & amaro. Ex quo sanè digerere, incideréque crassos & lentos humores potest, atque mouere vrinas. Quin & tenuium est partium, flatúsque extinguit. Quare ad inflationes competit, ac Veneris appetentiam inhibet: digerítque atque exiccat strenué.*

Pissa, Pix.

3 Pissa. Pix. *SIcca*[3] *quidèm siccat, & calfacit secundo ordine. At plus siccare valet, quã calfacere.*

Humi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Humida verò cõtrà plus calfacit, quàm siccat: habétque partium tenuitatem nonnullam, qua asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autem cyathi linxisse mensuram melli mistæ. Abstergẽdi etiam, concoquendi, digerendíque, quandam vim habent, veluti in gustu leuem amaritatem & acrimoniam. Sic leprosos vngues eximunt mistæ cum cera, lichenásque detergunt. Coquunt item duros & crudos tumores, cataplasmatis inditæ. Atque ad ea omnia, humida valentior est: arida verò glutinandis vulneribus aptior.

Pisselæon.

E*X*[1] *humida pice efficitur, genere quidem ei simile, sed essentiæ tenuioris.* 1 Pisselæõ.

Pistacium.

F*Ructus*[2] *eius quodãmodo tenuioris essentiæ est, subamarum quid, & odoratum retinens. Obstructiones itaque omniũ viscerum aperit, sed præcipuè iecinoris.* 2 Pistaciũ.

Pityides, Picearum fructus.

A*Dstringit,*[3] *simúlq; acris est, cum amaritudine quadam. Vnde thoracis pulmonísque expuitionibus confert.* 3 Pityides. Picearum fructus.

Pitys, Picea.

P*Iceæ*[4] *cortex vincentem facultatem adstrictoriam sortitur, sic vt intertrigenes sanet, ventrémque potus sistat. Sed & ambusta cicatrice includit.*[5] *Tedæ cortex illi adsimilis* 4 Pitys. Picea. 5 Tedæ cortex.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

est viribus tamen moderatioribus. Vtriusq; arboris folia glutinãt vlcera. In coni folijs & cortice validior facultas est, adeò vt cum molestia mordicet. Fuligo, quæ ex dictis colligitur, ad pilos superciliorum est cõmoda, itémq; ad angulos oculorum erosos, lippientes, & lacrymãtes.

Pityusa.

1 Pityusa. *VIribus*[1] *est similis tithymalo, succúmque sortitur similem, & similiter purgat.*

Platanus.

2 Platanus. *HVmidioris*[2] *frigidiorísque est essentiæ non ita multò, quàm symmetra. Proinde folia viridia trita & illita, nõ obscurè nascẽtes phlegmonas adiuuant. Cortex & pilulæ magis desiccantem vim obtinẽt: vt ille quidem in aceto coctus ad dentiũ adhibeatur dolores, pilulæ verò cum adipe ad vlcera ambusta. Vitandus est puluis folijs arboris insidens. Alioqui si attrahatur spiritu, arteriam offendit, valenter siccans, exasperánsq;. Necnon vocem lædit, sicuti & auditũ & visum, si in oculos aut aures inciderit.*

Polygonon, Centinodia.

3 Polygonon. Centinodia. *VTi*[3] *adstrictionis est particeps, ita in eo frigidum aqueum vincit, vt secundo excessu refrigeret, aut etiam initio tertij. Itaq; æstuanti ventriculo, erysipelati, atq; calidis phlegmonis, si illinatur frigidum, auxiliatur. Sistit prætérea vniuersas fluxiones: qua ratione videtur exiccatorium. Quare ad herpetas, vlceráq; bonum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

num remedium est. Quinetiam cruenta vulnera glutinat, auriúmque puri & vlceribus confert. Stillicidio & stranguria affectis exhibitũ, vrinam mouet, vt Dioscorides ait. Fœminæ ad omnia mas præstat.

Polygalon.

E*Ius*[1] *folia modicè adstringũt, videntúrq;, si bibantur, lac generare. Itaq; superauerit in eo calidum humidúmque.* 1 Polygalon.

Polygonaton.

A*Dstrictionis*[2] *pariter & acrimoniæ habet quippiam, cũ fastidiosa quadã amaritudine. Quare non vsqueadeò est vescũ. Sunt qui radicem eius illinant vulneribus. Alij eo næuos in facie detergunt.* 2 Polygonaton.

Polemonium.

T*Enuium*[3] *partium est, & desiccãdi vim obtinet. Vnde quidam radicem eius cum vino ad ischiadas, dysenteriam, lienémq; induratum propinant.* 3 Polemonium.

Polium.

A*Marum*[4] *est, ac modicè acre. Obstructione itaq; omnia viscera liberat, vrinámq; & menses promouet. At viride magna etiam vulnera glutinat, & maximè species eius fruticosa. Aridum sanat rebellia vlcera, præcipuè quod minus est.* 4 Polium.

Polium minus.

A*Crius et amarius est hoc, quã maius, adeò* 5 Polium minus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vt ex tertio sit ordine desiccantium: ex secundo autem completo calfacientium.

Polycnemon.

1 Polycnemon. *DEsiccat*[1] *& calfacit secundo excessu: itaque & ipsum vulnera glutinat.*

Potamogeiton.

2 Potamogeiton. *ADstringit*[2] *& refrigerat similiter polygono: sed essentia eius crassior, quàm polygoni, est.*

Polypodium.

3 Polypodium. *DVlcem*[3] *simul & austeram vincentem obtinet qualitatem: vt facultatis sit citra morsum admodum exiccantis.*

Prasium, Marrubium.

4 Marrubium. *PRasium*[4] *amarum quum sit, iecur ac lienem liberat obstructione: thoracem & pulmonem expurgat, ac menses promouet. Sed illitum etiam detergit & digerit. Calfacit itaque secundo excessu completo: siccat autem tertio ineunte, aut completo. Succo eius ad aciei oculorũ claritatem vtuntur cum melle: per naré sque auriginem purgat: ipsúmque ad inueteratos aurium dolores adhibent.*

Propolis.

5 Propolis. *MOlicè*[5] *quidem extergit, cæterũ validè trahit. Est enim essentia tenui. Excalfacit porrò ordine secundo completo, aut certè incipiente tertio.*

Ptarmice.

6 Ptarmice. *FLores*[6] *eius ciendæ sternuationis vim obtinent. Sugillata & cæteras ecchymoses digerit*

gerit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

gerit. Viridis porrò calfacit secundo ordine: tertio autem siccat.

Ptelea, Vlmus.

VLmi[1] folijs quandoque recens vulnus conglutinauimus, confidentes adstringentem simul & abstergentem inesse eis facultatem. Cæterùm cortex magis amarus est, adstrictoriúsque magis. Itaque cum aceto & lepras sanat. Quòd si viridis circunligetur vulneribus, ea glutinare potest. Radices etiam eandem vim obtinent. Quarum decocto sunt qui perfundant fracturas, quæ callo obduci desyderant.

1 Ptelea. Vlmus.

Pteris, Filix.

RAdix[2] eius latum lumbricum perimit, si in melicrato pondere drachmarum quatuor bibatur. Quare ipsam partum viuum necare, mortuũ autẽ expellere, non est mirũ. Siquidem amara existit, paulúmq; adstrictionis obtinet. Vnde validè vlcera desiccat: citra morsum tamen. Similem ei vim habet Thelypteris.

2 Pteris. Filix.

Pycnocommum.

RAdix,[3] fructus, & folia eius, digerendi attrahendíque obtinent facultatem: acria nimirum quum sint. Folia itaque phymata furunculósque discutiunt. Fructus valentior est. Nam & palos, & tela infixa ad extimam cutem elicit. Radix ad suprà dicta est infirmior, caterùm flauam bilem expurgat.

3 Pycnocõmum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pyrethrum.

1 Pyrethrum. RAdix[1] eius causticā poßidet facultatem, qua dentes refrigeratos mitigat. Porrò ad rigores ante periodum cum oleo confricatur: stupidósque & resolutos adiuuat.

Pyros, Triticum.

2 Pyros. Triticum. FOrus[2] impositum, primi est ordinis calfacientium: *cæterùm nec siccare, nec humectare manifestò potest. Habet verò etiā quiddam lentoris, obstruentísque naturæ. Quod ex eo amylum conficitur, ipso est tum frigidius, tum siccius. Quod ex pane fit cataplasma, magis digerit, quàm quod ex tritico, salis & fermenti ratione. Fermentum quippe vim attrahendi habet, digerendíque, quæ in alto resident.

Rhamnus.

3 Rhamnus. DEsiccat[3] & digerit excessu secundo. Refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente. Proinde herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida.

Rhaphanis, Radicula.

4 Rhaphanis. Radicula. EXcalfacit[5] excessu tertio: desiccat verò secundo. Agrestis in vtroq; efficacior est. Semē etiam efficacius est planta. Ei enim inest digerendi facultas.

Rheum, Rha.

5 Rheum. Rha. QVıddam[5] habet terrestre frigidum, cen indicio est adstrictio: adiuncta est illi tamen quædam caliditas. Siquidem si mandatur

plusc

plusculum, subacre conspicitur. Est etiam aëriæ cuiusdam substantiæ subtilis particeps: quod indicat laxitas, leuitásque. Quare conuulsis, ruptis, orthopnœǽque prodest. Sic quoque liuentia & lichenas cum aceto illitũ persanat. Adstrictionis ratione, sanguinem expuentibus, cœliacis, & dysentericis confert.

Rhetinæ, Resinæ.

R*Esinæ*[1] *omnes desiccant & excalfaciunt. Lentiscinæ tamen (quam vocant mastichen) primæ debẽtur partes. Nam præterquàm quòd paucula ei inest astrictio, qua stomachi, vẽtrisq; & iecoris imbecillitatibus, phlegmonisque etiam accõmodatur, desiccat insuper citra mordacitatẽ. Minimum enim acris est, & maximè tenuiũ partiũ.*[2] *Inter cæteras præfertur terebinthina, manifestam quidem, non tamẽ similiter atq; mastiche, adstrictionẽ possidẽs. Verùm adiunctam habet quandã amaritudinem, per quã magis quàm mastiche digerit. Per eandem etiã vsqueadeo abstergit, vt psoras sanet. Quinetiã quæ in profundo resident, magis cæteris extrahit, ob maiorem tenuitatẽ partiũ. Attamen pinea, & hac etiam magis strobilina, acriores ea sunt, sed nõ magis tamẽ digerunt, attrahúntve. Media inter has sunt picea & abiegna. Habet porrò & emolliens quiddam terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiscina, sicuti cyparissina in ipsa acrimonia.*

1 Rhetinæ. Resinæ. Mastiche.

2 Terebinthina.

Rhodos,

Rhodos, Rosa.

1 Rhodos. Rosa. EX[1] aquea substantia calida, duabus alijs qualitatibus mista, adstringenti videlicet & amaræ, composita est. Flos tamen, magis quàm ipsa rosa, est adstringens: ac proinde etiã exiccatorius est.

Rhodia rhiza, Radix Rhodia.

2 Radix Rhodia. TEnuium[2] partium & digerentis est facultatis. In calfaciendo verò secundi ordinis est censenda, aut certè tertij incipientis.

Rhododaphne.

3 Rhododaphne. TOta[3] sua essentia venenum est & homini & plerisque pecoribus. Porrò calfacit excessu tertio, primo autem desiccat.

Rhœa, Malum granatum, siue Punicum.

4 Rhœa. Malũ granatum, punicúmue. OMne[4] malum granatum adstringentem qualitatem sortitur: non tamen in omnibus ea exuperat. Nam inter ea quædam sunt acida, quædam plus dulcia, quàm austera. Pro ratione quarum qualitatum vincentium suos vsus præstant. Porrò acini adstringentiores, & exiccantiores sunt succo. Sicuti & his putamina, quæ sidia dicuntur. Adsimilem illis vim habent flores, qui cytini dicuntur.

Rhus, Sumach.

5 Rhus. Sumach. AD[5] desiccandum & adstringendum coriarij hac planta fruticosa vtũtur. Medicis in vsu sunt fructus eius & succus, austeræ

almo

admodum qualitatis. Exiccat itaque in tertio ordine, refrigerat verò in secundo.

Rhypos, Sordes.

* S*Ordes,*[1] *quæ à gymnasiorum statuis æreis abraditur, digerendi emolliendíque vim obtinet: quæ autem ab ijs qui in palæstra exercentur, quantum accepit pulueris, tantum ab ea est diuersa: atq; hanc sordem πάτον Græci nominant. Prior igitur, quæ ob contractam æruginem, acrior etiam existit, cruda phymata digerit. Secunda autem, optimum est phlegmones mamillarum remedium. Constat enim ex puluere repercutiente, oleo emolliente, ac deniq; sudore & sordibus digerentibus.* 1 Rhypos. Sordes.

Sagapenum.

L*Iquor*[2] *est calidus & tenuium partiũ, sicuti & alij liquores. Sed abstersionẽ quãdam obtinet, qua oculorum cicatrices expurgat, extenuátque. Suffusionibus etiam & hebetudinibus oculorum, quæ à craßitie humorum proueniunt, non malum est medicamen. At planta ex qua prouenit, ferulæ aßimilis, imbecilla est & inutilis.* 2 Sagapenum.

Sampsychon, Maiorana.

T*Enuiũ*[3] *partiũ & digerẽtis est facultatis. Desiccat enim & calfacit ordine tertio.* 3 Sampsychum. Maiorana.

Saprotes ξύλων, Caries lignorum.

C*Aries*[4] *eorum præcipuè lignorum quæ participia sunt adstrictionis & abstersionis,* 4 Caries lignorum.

nis, vt vlmus, expurgat, implétque vlcera humida.

Sarcocolla.

1 Sarcocolla. *MIstam* [1] *vim habet ex emplastica quadam substantia, & paucula amara. Itaque citra morsum desiccat, ac proinde glutinare vlcera valet.*

Satyrion, Triphyllon.

2 Satyriō. Triphyllon. *HVmidum* [2] *calidúmque est temperie, ob idque dulce. Recrementitiam tamen & flatuosam humiditatem possidet. Quocirca ad Venerem incitat.*

Selinum, Apium.

3 Selinon. Apium. *ADeò* [3] *calidum est, vt & vrinam & menses cieat. Flatus quoq; digerit, & magis semen quàm herba. Oreoselini & hipposelini similis vis existit. Verùm hipposelinum imbecillius est, oreoselinum valentius.*

Seris, Cichorion.

4 Seris. Cichoriō. *HOlus* [4] *est subamarum, & magis quod agreste est. Idnanq; est frigidæ & siccæ temperaturæ, secundo excessu. Cæterùm domestica magis quàm agrestis, refrigerat. Porrò vtraque adstringentis qualitatis est particeps,*
5 Chōdrylla. [5] *vt chondrylla, quæ est etiam sereos species.*

Seriphium.

6 Seriphiū *ABsinthio* [6] *est tum specie, tum gustu simile. Cæterùm non æquè adstringit. Sed calfacit valentius, necnon amaritudinem quandam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dam salsuginosam refert, ventriculóq; est infestum: magísque absinthio lumbricos enecat. Calfacit itaque secundo ordine intenso: siccat autem in tertio.

Seseli.

A*Deò* [1] *excalfacit tum radix, tũ fructus, vt moueat vrinas. Est etiam tenuiũ partium, vt & comitialibus morbis, & orthopnœis competat.* 1 Seseli.

Sesamon.

V*Iscosum* [2] *& pingue quum sit, emplasticum etiam existit, emolliénsque ac modicè calidum. Oleum quod ex eo conficitur, & ipsius herbæ decoctum, eiusdem sunt facultatis.* 2 Sesamon.

Sesamoides magnum.

S*Emen* [3] *eius vt helleborus purgat, similitérque abstergit, calfacit, & desiccat.* 3 Sesamoides magnũ.

Sesamoides album.

H*Vius* [4] *semen nonnullam * acrimoniam sortitur, vehementérq; est amarum. Excalfacit itaque, rumpit, extergítque.* 4 Sesamoides paruũ.

Sideritis.

N*Onnihil* [5] *abstergit, sed plurima pars eius est humida & mediocriter frigida, cũ exigua adstrictione, qua phlegmonen sedat & glutinat. Sideritis autem Achillea, dictam superans adstrictione, sanguinis eruptioni, dysenteriæ, & muliebri profluuio est aptissima.* 5 Sideritis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sicyos, Cucumis

1 Sicyos. Cucumis. MAturus [2] tenuioris essentiæ est, immaturus craßioris. Sed incidendi & abstergendi facultas eis inest. Quare & vrinam mouet, & corpus splendidum reddunt. Sunt enim humidi frigidíq; quasi in secundo ordine. At arefacta tum radix, tum semen, siccant primo, aut secundo incipiente, ordine, magísque abstergunt, quàm ipsius melonis caro.

Sicyos agrios, Cucumis agrestis.

2 Cucumis agrestis. 3 Elateriũ. TVm [2] ipse, [3] tum eius succus, quem elateriũ vocant, aut ex folijs & radicibus pressus, perutilis ad medicationes existit. Elateriũ itaq; menses ciet, fœtúmq; perimit applicatum, ceu alia omnia amara & tenuium partium. Summè siquidem est amarum, calfacitq; in secundo ordine, ac proinde etiã digerit. Sic enim eo angina laborantes inungunt quidam cum melle aut oleo veteri. Bonum item est regio morbo affectis infusum cum lacte in nares. Similiter dolores capitis sanat. Radicis atque foliorum succus similem, sed imbecilliorem facultatem sortitur. Radix etiam abstergit, digerit, emollítque. Cortex potentius desiccat.

Silphium, Laserpitium.

4 Silphiũ. Laserpitium. SIlphij [4] liquor calidißimus est. Necnon folia, caulis, & radix strenuè etiam sunt calida: omnia tamen flatulétæ magis essentiæ sunt, ac proinde difficilia concoctu. Foris autem imposita.

posita corpori, efficaciora, liquor præcipuè admodum trahentem facultatem poßidens. Attamen & excrescentias exterit, & quandam liquandi vim poßidet.

Sison.

CAlidus[1] & subamarus existit. Vnde vrinam mouet concoquit, menses prouocat, omnésque viscerum obstructiones reserat. 1 Sison.

Sion.

QVantùm[2] gustu* aromaticum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est particeps. Quare & digerit, & vrinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat. 2 Sion.

Sisaron.

SIsari[3] radix cocta stomacho grata est, & vrinam mouet, secundo ordine excalfaciēs, cum amaritudine & adstrictione leuicula. 3 Sisaron.

Sisymbrium.

TEnuium[4] est partium, facultatísque digerentis, calfacientis, & exiccantis in tertio ordine. Quidam semen cum vino exhibent singultientibus, torminaque patientibus. 4 Sisymbrium.

Sisymbrium, quod Cardaminen vocant.

SI[5] siccum sit, tertij est ordinis calfacientium & exiccantium: si humidum viridéque, secundi. 5 Cardamine.

Scandix.

AGreste[6] est olus, subacre & amarum. Calfacit itaque & siccat secundo ordine 6 Scandix.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

intenso: valenter mouet vrinam: visceráque liberat obstructionibus.

Scilla.

1 Scilla. A*Dmodum [1] quidem incidit: calfacit autem secundo ordine. Porrò præstat eam assam aut elixam sumere, quòd sic eius vehementia exoluatur.*

Scolymos.

2 Scolymos. R*Adix [2] eius, si quis illam in vino coctã bibat, graueolentẽ vrinã abundanter elicit, fœtoriq; alarum medetur. Succus enim eius est purgatorius. Calfacit porrò secũdo & cõpleto ordine, aut tertio incipiente: siccat verò secundo.*

Scordion.

3 Scordion. N*Onnihil amarum obtinet, & acerbum, & acre: ipsiúsq; acrimonia, allij acrimoniæ est persimilis. Expurgat igitur, excalfacítq; viscera: menses vrinámq; prouocat. Conuulsa, rupta, doloresq; laterũ ab obstructione & frigore obortos, epotum sanat: illitũ viride, magna vulnera glutinat: purgat sordida: inspersúmq; aridum contumacia ad cicatricem perducit.*

Scorodon, Allium.

4 Scorodõ. Allium. 5 Ophioscorodon. D*Esiccat [4] & excalfacit excessu quarto. [5] Porrò ophioscorodon, allium agreste est, domestico valentius.*

Scorodoprasson.

6 Scorodoprasson. V*T [6] gustu & odore, sic viribus inter alliũ & porrum mediam naturam sortitur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Scorpioides.

EXcalfacit[1] ordine tertio, desiccat secundo. 1 Scorpioides.

Smilax, Cactus arbor.

FAcultatis[2] est venenosæ. 2 Smilax.

Smyrna, Myrrha.

SEcundi[3] est ordinis calfacientium & exiccantium. Vnde capitis vulnera glutinat. Inest illi amaritas non exigua, qua fœtum & lumbricos enecat, eijcítq;. Habet etiam & abstergendi vim moderatam. Quare ocularibus miscetur medicamentis, & ijs quæ ad veterem tussim, atque anhelationem administrantur. 3 Smyrna. Myrrha.

Smyrna, Bœtice, Myrrha Beotia.

VIm[4] habet calfaciendi, fundendi, emolliendi. 4 Myrrha Bœotia.

Smyrnium.

EX[5] eodem genere cum apio est & petroselino: fuerítq; apio quidem validius, imbecillius verò petroselino. Itaq; & vrinas & mẽses proritat, calidum siccúmq; tertio ordine. 5 Smyrniũ.

Sonchus.

DVm[6] viridis est, aquea terreáque essentia constat, vtraque leuiter frigida: nam & adstrictionis cuiusdam est particeps, & manifestè refrigerat, tum illitus, tum estus. At arefactus, terrestrior redditur, modicam adsciscens caliditatem. 6 Sonchus.

Sparganium.

DEsiccantis[7] est facultatis. 7 Sparganium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Spartum, Genista.

1 Spartum. Genista. SParti[1] (quo & vites alligant) tum fructus, tum succus virgarum, valentem trahendi vim possidet.

Staphilinus, Pastinaca.

2 Staphilinus. Pastinaca. SAtiua[2] imbecillior, agrestis ad omnia potentior est. Vrinas mensésque prouocat, abstergítque nonnihil, quum herba quidem tota, tum vel maximè semen & radix.

Stachys.

3 Stachys. GVstu[3] est acri & amaro, tertiíque calfacientium ordinis. Vnde menses rationabiliter prouocat. Facit tamen abortum, atque secundas eijcit.

Stœbe.

4 Stœbe. FRuctus[4] eius & folia adstringunt citra mordacitatē: desiccántq; in tertio ferè incipiente ordine. Quare decoctū eorū inijcitur dysentericis, auribúsq; pure fluentibus: quod etiam magna vulnera glutinat, præcipuè cum vino atro & austero. Valenter enim desiccat omnes præter naturam humiditates. Folia viridia illita erumpentem sanguinem supprimunt, suffusionibúsque oculorum ex ictu medentur.

Stœchas.

5 Stœchas. AMara[5] est & mediocriter subadstringēs, quū nimirū ex terrena essētia frigida exigua, & extenuata altera terrena copiosa, cōstet. Quare obstructione liberat, extenuat, exter

git, roborátque & viscera & vniuersũ corpus.

Stratiotes.

A*Quaticus*[1] *quidem humida & frigida facultate est: terrestris verò, nonnihil habet adstrictionis. Proinde & vlcera glutinat.* 1 Stratiotes.

Struthion.

R*Adix*[2] *eius est acris, calida siccáque temperamento, ex quarto propemodum ordine excalfacientium. Sed & abstergit, & irritat: proinde & sternuationem prouocat.* 2 Struthiõ.

Styrax.

E*Xcalfacit,*[3] *emollit, concoquit. Quamobrem tussi, catarrho, pituitæ destillationibus, raucedinibúsque auxiliatur. Tum menses, seu potum, seu admotum prolicit. Combusti eius fuligo, thuris fuligini est similis.* 3 Styrax.

Syca, Ficus.

A*Ridæ*[4] *excalfaciunt ordine primo, aut secundo incipiente: habéntque partium tenuitatem quandam: quare turbercula dura concoquunt, digerúntque, tum ipsæ, tum ipsarum decoctum. Verùm vbi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea: vbi verò plus digerere, hordacea. Panis horum in medio. Porrò quæ sunt pinguiores, magis possunt concoquere: quæ acriores, magis tum extergere, tum digerere. Ficus virides, imbecilliores sunt. Vtræque tamen, & siccæ, & humidæ, aluum subducunt.* 4 Syca, Ficus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Syce, Ficus arbor.

1 Syce. Ficus arbor. CAlidæ,[1] tenuiúmq; partium temperaturæ est, sicuti indicant tum liquor eius, tum foliorum succus. Valenter enim calfacit vterq;. Itaque non mordicat tantùm, aut vehementer absterget, sed & vlcerat, & ora vasorũ reserat, & verrucas extirpat. Quin & vim pur-
2 Caprificus. gatoriam habet.[2] Porrò lacryma & succus agrestis ficus, quam caprificum vocant, ad omnia, quàm satiuæ, valentior est. Cæterùm ipsarum surculi adeò calidi sunt, atq; tenuium partium, vt carnes bubulas duras, si coquendis adijciantur, friabiles ac teneras reddant.

Symphytum petræum.

3 Symphytũ petræũ. HAbet[3] quandam vim incidendi, qua collectũ in thorace pulmonéque pus expurgare potest: ac simul contrahendi facultatis est particeps, qua eiectionibus sanguinis auxiliatur: éstque humidum, ac non immodicè calidum: vnde & dulce apparet, atque odoratu iucundum. Ad hæc, mansum sitim extinguit, & arteriæ sanat asperitates. Liquet igitur ipsum etiam & digerere, & constringere posse. Vnde & enterocelis imponitur, & ad conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur.

Symphyton magnum.

4 Symphytum magnum. SImilẽ[4] dicto vim habet. Cæterùm neq; videtur dulce, neq; odoratum. Est verò secundum viscositatem mordacitatémq; scillæ simile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Spondylion.

FRuctus[1] eius acris & incidens est: itaq; ad asthma & comitialem morbum aptum est medicamen. Prodest & aurigini. At radix vltra iam dicta, fistularum callos tollit, si sit circunrasa. Floris succus, ad diuturniora aurium vlcera conueniens reponitur. 1 Spondylion.

Schinos, Lentiscus.

EX[2] aquea essentia leuiter calida, & terrena frigida non pauca, constat. Desiccat itaque secundo ordine completo, aut tertio incipiente, in caloris frigorísque medio consistens quodammodo. Adstringit autem ex æquo, moderatæq; omnibus partibus suis. Succus bibitur & per se, & cum alijs medicamẽtis, quæ dysenterias & alui affectus sanant. Quin & ad sanguinis expuitiones, flores muliebres, necnõ sedis vuluǽque procidentias idoneus est, vtpote ad hypocistida nonnihil accedens propé. 2 Schinos.

Schinu anthos, Schini flos.

MOdicè[3] calfacit, modicéq; etiã adstringit: nec planè à tenuitatis natura est alienus. Quare vrinam & menses mouet, siue potione siue fomento adhibitus. Prodest etiam iecoris, stomachi, & ventris inflammationibus. Cæterùm magis adstringit radix: quanquam flos etiam adstringat omnibus partibus suis, Proinde medicamentis, quæ hæmoptoicis exhibentur, miscetur. 3 Schini flos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Schœnos lĕa, Iuncus læuis.

1 Schœnos leia. Iuncus læuis.

QVidam [1] oxyschœnos, alius oligoschœnus dicitur: gracilior duriórq; oxyschœnos, craßior laxiórq; oligoschœnos. Fructus huius somnum conciliat. Oxyschœni autem duæ sunt species: altera sterilis, cuius nullus vsus in medicina: altera, quæ fert semen somni conciliatiuũ, sed minus quàm oligoschœni. Vtrunque si cum vino bibatur, ventris fluxus desiccat, & muliebre profluuium rubrum sistit. Est itaq; eorum temperies composita ex terrena essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida.

Terminthos, Terebinthus.

2 Terminthos. Terebinthus.

COrtex, [2] folia, & fructus eius adstringunt, & secundo ordine excalfaciunt: vnde etiam, quòd siccent, liquet. Porrò fructus aridus propinquus est tertio ordini desiccantium: calfacítque valenter. Quare & vrinam prouocat, & lienibus auxiliatur.

Teutlon, Beta.

3 Teutlon. Beta.

NItrosæ [3] facultatis est particeps, qua tum digerit, tum extergit, & per nares expurgat. Cæterùm cocta nitrositatem exuit, euadítque leniter digerens. Ad detergendum tamen, digerendúmque, validior est beta alba.

Teucrium.

4 Teucriũ.

INcidit [3] & tenuium est partium: quare lienes sanat. Ac exiccat quidem in tertio, calfacit autem secundo ordine.

Tephr

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Tephra, Cinis.

EX[1] partibus cũ terrenis, tũ etiam fuliginosis (quæ & tenues sunt, & cum aqua in qua macerati prius fuerint cineres, excolãtur) constat. Pro materiæ tamen cõbustæ differentia, cineris temperies variatur. [2] Quare haud scio, qua ratione Dioscorides adstringere cineres omnes prodiderit: quũ ficulneus cinis eiusmodi omnis qualitatis sit expers, nimirũ ipsa arbore nulla parte sui acerbã qualitatẽ reddẽte. At ex acerbis lignis cõfectus cinis, non parũ quidẽ adstringit: meminíq; me eo aliquãdo sanguinis suppreßisse eruptionẽ. Verùm nullus vnquã ad tale vti ficulneo audeat. Siquidẽ hic acrimoniæ plurimũ, vrẽtísq; facultatis obtinet, mistæ abstersioni. [3] Est & calx cineris quædã species, cæterùm tenuioris essentiæ, quàm qui ex lignis fit. Porrò elota, medicamen est citra morsum desiccans, magísque si bis térve lauetur. Cæterùm si marina aqua abluta sit, admodum digerit.

1 Tephra, Cinis.
2 Dioscorides suggillatur.
3 Calx.

Telephium.

EXiccãdi[4] & detergẽdi facultate est, nõ tamen insigniter calida, sed forsan secũdi ordinis. Desiccat etiam secundo, intenso tamẽ, aut tertij principio. Proinde ad putrida vlcera congruit, & cum aceto vtranq; vitiliginẽ sanat.

4 Telephium.

Telis, Fœnum Græcum.

CAlfacit[5] secundo ordine, desiccat primo. Proinde feruentes phlegmonas irritat:

5 Telis. Fœnũ Grecum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quæ verò minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo persanat.

Tithymali.

1 Tithymalus.

Tithymali[1] *omnes vincẽtem habent acrẽ, calidámq; potentiam, cum amaritudine quadam. Validißimus eorũ est liquor: dein fructus, & folia: postremò radix. Hæc aceto incocta, sanat erosorum dentium dolores: liquor in ipsa foramina inditur. Cæterùm si aliam partem contingat, continuò adurit, vlcerátq; illã, ex quarto existens calfacientium ordine, qui ad exurentia pertinet. Sic pilos quoq;, & verrucas, & myrmecias, & pterygia, & thymos, cũ oleo inunctus succus euellit: detergítq; lichenas & psoras, propter amaritudinem: necnon vlcerum phagedænica, anthracode, & gangrænode, quia valenter calfacit & desiccat, aliquando iuuare poterit. Ad hæc, fistularum callos eximit. Prædicta omnia folia & fructus præstare possunt, sed imbecillius.*[2] *Quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiendos vti assolent. Celerrimè enim ab illis in vertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem feruntur. Porrò cum septem sint tithymalorum genera, valentißimus est, quem characian maremque nominant: & fœmina nuncupata myrsinites: & qui in petris nascitur arborescens. Deinceps qui phlomo aßimilis est: & cyparissias. Dein marinus: ac denique helioscopius.*

2 Pisces redduntur vertiginosi, capiunturq; facilè, foliis, fructibúsque tithymali gustatis.

Prop

Proportione autem facultatis ipsorum, & cinis & lixiuium existet.

Tragacantha.

EMplasticam[1] facultatem similem gummi obtinet, necnon obtusiorem acredinem. Ac sanè similiter illi desiccat. 1 Tragacātha.

Tragion.

TRagij[2] folia, fructus, lachrymáque, trahentis digerentísque sunt facultatis. Est verò & tenuium partium, & facultate in principio tertij ordinis calida. Stipites, & infixa corporibus extrahit, lapides frangit, menses mouet, drachmæ pondere potum. Porrò in Creta sola nascitur, lentisco simile. Alterum minus, cuius folia scolopendrio similia sunt, visitur quidem multis in locis, sed non parum habet facultatis adstringentis, adeò vt & ad fluxionum affectus conueniat. 2 Tragiō.

Tragoriganon.

DE[3] hoc in sermone de origano diximus. 3 Tragoriganon.

Tribolos.

EX[5] humida essentia modicè frigida, & sicca non mediocriter, cæterùm similiter frigida, constat. Vnde contra phlegmonarum generationes, & contra omnes influxus congruit. Porrò terrestris ipsius fructus, quum tenuium sit partium, potus renum calculos conterit. 4 Tribolos.

Tripolion.

RAdix[5] huius est acris, & facultate calida in tertio excessu. 5 Tripolion.

Triph

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Triphyllum.

1 Triphyllum.

CAlfacit[1] & siccat in tertio ordine, vt bitumen, cui odore est simile. Proinde potum laterum dolores ab obstructione natos iuuat: & vrinam mensésq; prouocat.

Trichomanes.

2 Trichomanes.

EAdem[2] præstat, quæ adiantum.

Trychnon, Solanum, Strychnon.

3 Trychnon. Solanum. Strychnō.

4 Alicacabum.

5 Solanum Hypnoticum.

6 Solanum manicum.

ESculētum[3] quidē adstringit, refrigerátq; in secundo ordine. [4] At eorum quæ esui non sunt, vnum quidem dicitur Alicacabū, fructum habens rubeum, acino vuæ persimilem. [5] Alterū verò est fruticosum, à cōciliādo somno Hypnoticum appellatū. [6] At tertium quòd ad insaniā adigat, omnes manicū nominãt. Alicacabum igitur, fructū fert ciendæ vrinæ idoneū, compluribúsq; facultatibus, quæ ad iecur, vesicam, & renes accōmodantur, miscetur. Solani verò hypnotici cortex radicis, si cum vino bibatur, somnum accersit, drachmæ pondere sumptus, existens succo papaueris similis, nisi quòd imbecillior sit, vtpote tertij refrigerantium ordinis, quum ille sit quarti. Huius solani semen vrinā ciendi vim habet. Si plus tamē duodecim corymbis hauseris, dementiā adsciscet. Quod reliquum est ex solanis propositis, est ad medicationes intra corpus inutile. Nam si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent: si paucio res, insaniam. Vna certè innoxiè sumitur: nihil

tam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tamen vtile præstat. At foris corpori illitum, vlcera maligna perſanat. Verùm ad talia, radicis cortex præfertur, deſiccans ſecundo ordine iam completo, aut tertio incipiente, ſecundo autem incipiente refrigerans.

Hyacinthus.

RAdix [1] *eius bulboſa eſt, deſiccās primo ordine, ſecundo autem, aut initio tertij refrigerans. Fructus leuiter extergit, adſtringítq;, vnde & regio morbo laborantibus exhibetur in vino, ordine quidem tertio deſiccans, at in medio caloris frigoríſque conſiſtens.* 1 Hyacinthus.

Hydnon, Tuber terræ.

SVbſtantiam [2] *habet vincentem terreſtrem quidem, ſed cum paucula tenuitate permiſtam.* 2 Hydnon. Tuber terræ.

Hydropeperi.

NOn [3] *vſqueadeò calidum eſt, vt piper. Viridis ipſa herba cataplaſmatis inſtar impoſita, ſuggillata & tumores induratos digerit.* 3 Hydropeperi.

Hyoſcyamus, Altercum.

CVi [4] *ſemen atrum eſt, inſaniam ac ſoporē inducit: cui verò mediocriter flauum, propinquam ei obtinet facultatem. Vtriq; tamen fugiendi ſunt, vt deleterij & inutiles. At cui ſemen & flos eſt cādidus, ſanitati idoneus exiſtit, ex tertio quodāmodo refrigerātium ordine.* 4 Hyoſcyamus. Altercum.

Hypericum.

CAlfacit [5] *& ſiccat, eſſētia tenui, adeò vt* 5 Hypericum.

menſ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

menſes vrináſque prouocet. Illitum viride, ad cicatricem omnia perducit vlcera. Siccum contuſumq́; ſi inſpergas, mollia, humida, & putrilaginoſa ſanabis. Sunt qui & iſchiadicis bibendum propinent.

Hypecoon.

1 Hypecoō. R*Efrigerat* [1] *tertio ordine, parúmque à papauere diſtat.*

Hypogloſſon.

2 Hypogloſſon. R*Adix* [2] *eius & ſuccus, emolliendi vim poßident.*

Hyſſopum.

3 Hyſſopū. D*Eſiccat* [3] *& excalfacit ordine tertio: ſed tenuium eſt partium.*

Phaci, Lentes.

4 Phaci. Lentes. V*Alenter* [4] *adſtringunt, mediúmq́; tenent inter calorem & frigiditatem. Deſiccant tamen in ſecundo ordine. Ipſum itaque earum corpus ſiccat & ſiſtit aluum. Cæterùm decoctum prouocat. Proinde prior aqua abijcitur, vbi retentionis cauſa exhibentur.*

Phacos, Lenticula paluſtris.

5 Lenticula paluſtris. H*Vmidæ* [5] *frigidǽq́; temperaturæ exiſtit, vtrinque ex ſecundo ordine.*

Phaleris.

6 Phaleris. S*Vccus,* [6] *ſemen, & folia eius, commodè potari creduntur contra veſicæ dolores, ceu in ſe habeat tenue quiddam & calidum.*

Phalang

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Phalangites.

SIc[1] dicitur, quòd morsis à phalangijs auxilio sit. Est autem facultatis tenuium partium, & exiccantis: quare tormina lenit. 1 Phalāgites.

Phlomus, Verbascum.

HVius[2] herbæ duæ sunt species. Quædam enim folijs est candida, quædam verò nigra. Rursus, albæ quidem mas est, cuius folia angustiora: fœmina, cuius maiora visuntur. [3] Est & alia phlomus agrestis, flores habēs aureos & luteos: [4] necnon alia quā phlomida appellant. Priorum duarum radix acerba gustu est, & fluxionum affectibus prodest, atq; adeò dentiū doloribus: quāquā folia digerēdi vim habent. Similiter & aliarū folia. Omniū quippè folia desiccandi & detergendi vim possident. 2 Phlom⁹. Verbascū. 3 Phlom⁹ agrestis. 4 Phlomi

Phœnix, Palma.

ADstrictoriæ[5] facultatis est particeps omnibus partibus suis. Igitur ramorū succus austerus est, ex aquea substātia tepida, & terrea frigida constans. Similis facultatis est eius cerebrū, esui aptum. At fructus, & maximè dulcis, non paruam obtinet caliditatē. Qui quidem quum edendo sit, magno est vsui, non tantùm foris impositus, vbi roborare, desiccare, contrahere, stipareque est consilium, sed tanquam cibus sumptus, & simul cū alijs, & per se. Porrò tenerum palmæ germen, eandem cum eius cerebro facultatem sortitur. At cortex adstr- 5 Phœnix. Palma.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

adstringit quidem, ac plus quàm dicta omnia desiccat, vtpote minimum habens humiditatis. Quare ad vlcera putrescentia, laxatos articulos, hepatis & ventriculi imbecillitates eo intus & foris administrato vtuntur. Radix citra morsum desiccat, cum nonnulla adstrictione.*

Phormion.

1 Phormion. PHormij[1] *semine cum melle ad leucomata * vtuntur. Sed spicula etiam extrahere creditur, veluti & ipsa herba. Quare tenuium partium, & attrahendi, digerendíque potentiam obtinet.*

Phu.

2 Phu. ODorata[2] *quodāmodo eius est radix, nardo viribus similis: ad pleraq; tamen infirmior. Mouet autem vrinā, vt nardus Gallica.*

Phycos, Alga.

3 Phycos. Alga. EX[3] *mari exemptus & virens, siccat refrigerátque in secundo ordine: habet enim quiddam modicè acerbum.*

Phyllitis.

4 Phyllitis. ACerba[4] *quum sit, meritò & diarrhœas & dysenterias epota iuuat.*

Phyllon malabathru, Foliũ malabathri.

5 Foliũ malabathri. NArdo[5] *similem poßidet facultatem.*

Chalbane, Galbanum.

6 Chalbane. Galbanũ. SVccus,[6] *est plantæ ferulaceæ, molliendi & digerendi vi. Calfacit enim ordine tertio*

incipient

incipiente, aut completo ſecundo: ſiccat verò ſecundo incipiente.

Chamædrys.

V*Incentem*[1] *habet qualitatem amarã. Eſt & quodammodo acris. Quare meritò lienes colliquat: vrinas & mẽſes prouocat: craßitudinem humorum incidit, viſcerúmque obſtructiones repurgat. Calfacit itaque & deſiccat tertio ordine: plus tamen calfacit, quàm ſiccat.* 1 Chamædrys.

Chamæciſſos.

F*Los*[2] *eius admodum amarus quum ſit, iecur obſtructum aperit, datúrque & coxendice laborantibus.* 2 Chamæciſſos.

Chamelæa.

V*Incentem*[3] *habet qualitatem amaram. Quare admodũ ſordida vlcera, & quæ maximis inducta ſunt cruſtis, purgare cũ melle eſt potens.* 3 Chamelæa.

Chamæleuce.

C*Alfacit*[4] *quodammodo tertio ordine: ſiccat primo.* 4 Chamæleuce.

Chamæleon.

N*Igri*[5] *quidem radix letale quiddam obtinet. Quare foris vſus eius ad ea quæ abſterſionem poſtulant, adminiſtratur. Præterea digerentibus & emollientibus pharmacis commiſcetur. Etenim ſiccat tertio ordine: calfacit autem ſecundo abſoluto. At albi radix, quòd nõ ſit perinde acris, potui datur cum vino auſtero,* 5 Chamæleon.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mēſura oxybaphi, laborātibus aqua inter cutē.

Chamæpitys.

1 Chamæpitys. MAgis[1] amara eſt, quàm acris. Quare abſtergit, purgátque viſcera magis, quàm calfacit. Proinde auriginoſis, & quibus facilè iecur obſtruitur, bonū remedium eſt. Quin & vrinam, & menſes ducit tum pota, tum illita cū melle. Viridis vulnera magna glutinat: vlcera putreſcentia ſanat: durities vberum diſcutit. Eſt enim in ſiccando tertij ordinis: in calfaciendo, ſecundi.

Chamæſyce.

2 Chamæſyce. ABſtergendi[2] ſimul & acrem vim poßidet. Itaq; acrochordonas & myrmecias, caules eius teneriores intriti, quíque ex eis profluit liquor, auferunt. Cum melle craſſas oculorum cicatrices detergunt: hebetudinem viſus à craßitie ortā, adiuuāt: ſicuti & ſuffuſionū principia.

Chelidonium.

3 Chelidonium. ADmodum[3] extergit, & calfacit. Succus eius ad acuendum viſum eſt commodus. Quidem radicem eius ad auriginem ab obſtructione iecoris ortam in vino albo cum aniſo propinant. Manſa etiam confert dentium doloribus. Chelidonium minus, quū maiori ſit acrius, celeriter cutem exulcerat, vnguéſque ſcabros eijcit. Succus eius per nares purgat. Hæc itaque ſiccat & calfacit in quarto incipiente ordine. At chelidonium maius, in tertio.

Chon

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Chondrylla.

EIuſdē[1] *ferè eſt facultatis cū ſeri: niſi quòd amariuſcula eſt, ac proinde ſiccantior.* 1 Chondrylla.

Chondrus.

NVtrimentum[2] *quidem eſt optimum, ſicut triticum. Vt medicamen autem, emplaſticæ eſt facultatis, tēperie tritico ſimilis, niſi quòd viſcoſior exiſtit: qua ratione plus illo nutrit. Eſt porrò hoc ſemen veluti materia quædam idonea excipiendis medicamentis ſiccātibus. Ipſum verò ex numero concoquentium exiſtit, vt triticum, quæ minimè profectò deſiccant.* 2 Chondrus.

Chryſocome.

RAdix[3] *vincētes habet acrem & adſtringentem qualitates. Quare non admodum multi vſus eſt. Quanquàm cocta in melicrato peripneumonijs & morbis hepaticis auxiliatur. Sed & menſtruis purgandis eſt vtilis.* 3 Chryſocome.

Pſeudodictamnum.

VIm[4] *dictamni ſed imbecillam, ſortitur.* 4 Pſeudodictamnū.

Pſyllium.

SEmen[5] *habet admodum vtile ex ſecundo refrigerantium ordine. In deſiccādo verò, & humectādo, quodammodo eſt ſymmetrum.* 5 Pſylliū.

Ocimum.

EX[6] *ſecūdo eſt ordine calfaciendū. Habet autem recrementitiam humiditatē: proinde nec cōmodum eſt, vt in corpus ſumatur. At foris illitum, concoquit, digeritque.* 6 Ocimū.

Ocimoeides.

1 Ocimoeides. *SEmen*[1] *tenuium est partium, & citra morsum facultatis desiccatoriæ.*



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIB. IX.



QVOTQVOT *plantarum sunt partes. fructus, succi, & liquores, suprà dicta sunt omnia. Nunc autem de reliquis medicamentis, quæ ex metallorum sunt genere, quæque species ipsius terræ existunt, differere propositum est. Post quæ deinceps non nihil tractabitur de partibus animaliũ, quibus, ceu medicamentis, ad curationes vtimur. Meminisse autem in vniuersum oportet, adstringentibus medicamentis facultatem inesse cum acribus pugnantissimam.*[2] *Adstringentia siquidem contrahunt, constipántque, & condensant substantiam nostram: ac proinde in quãuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuò illam & rugosam, & contractam efficiunt:*[3] *contrà quàm acria, quæ admota cuti, per*

2 Adstringentiũ facultas.

3 Acriũ facultas.

ti, perspicuò eam excalfaciunt, atque in molem attollũt, rubẽte colore: ac si diutius immorentur, exulcerãt. Hæc itaq; euidẽter apparẽt incidere, excalfacere, à viciniśq; partibus ad sese sanguinẽ trahere. At adstringẽtia, refrigerãdo, cõtrahendo, cõstringendóq; in illis etiã cõtentũ repellere. [1] Porrò combustorum nonnulla calidiora, quàm antea, reddũtur, & ad gustum, & ad tactum, & ad eã quæ in vsu cernitur, facultatẽ. Quædã cõtrà ab vstione minus apparẽt calida: id quod tactu & vsu manifestè discernitur. Igitur acria multũ caloris amittũt vsta: quæ verò nõ sunt eiusmodi, assumũt. [2] Cæterũ combustorũ nullũ planè est frigidũ. Relinquitur enim in illis veluti acrimonia ignis, quæ per ablutiones extergitur: ita vt aqua, in qua medicamentum ablutum fuerit, calidam facultatem comparet, eámque tenuium partium: quod reliquum verò est, sit terreum simul & frigidum, ac desiccare citra molestiam possit.

1 Vstorum differentiæ.

2 Combustorũ nullum est frigidum.

De differentiis terræ.

Terra [3] communiter ac secundum agricolas dicitur illa quæ agriculturæ est aptissima, quæq; humore macerata lutum efficitur. Atq; in ea sanè plures differentias constituũt, aliam, exempli gratia, pinguem esse dicentes, ex qua lutum fit viscosum & lentũ: aliã contrario modo dispositã, hoc est, quæ lutũ efficiat friabile. Atq; hoc vnũ vocabulum terræ est omni-

3 Terræ differentiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bus vsitatum. Alterũ est solis Philosophis vsur-
1 Elemẽta corporum. patum, quum aiunt [1] elementa corporũ esse terram, aquam, aërem, & ignem. Corpus nanque extremè siccum, & frigidum, terrã nuncupant. Secundum quos nullum compositorum corporũ terra censetur elementaris. Aiunt tamen, quantò corpore fuerint duriore, tantò magis ea esse terrea: contrà quàm agricolæ, qui eam exactissimã esse terram contendũt, quæ quàm longissimè à saxi consistentia recessit. Pro hoc itaq; secũdo significato, quod à Philosophis celebratur, tribus clauduntur generibus differentiæ ipsius terræ. Quorum vnũ genus est lapis: alterũ corpus metallicum: tertium terra quæ colitur.

De differentiis nominatæ passim terræ.

2 Terræ passim vocatæ differentiæ cõplures. TErra [2] itaque vel Latinis etiam dicitur vsitatè, quæ iniecta aqua soluitur, & fit lutum. Quæ sanè quasdã differentias sortitur, secundum propriam quidẽ rationẽ, vt videlicet aut pinguis sit & viscosa, quæ vtiq; omnino & atra colore est: aut contrà friabilis, & pinguitudinis expers, quã argillã appellãt, quæ quodammodo candidior existit: aut siquæ inter has maximè cõtrarias mediæ habeãtur. Secundũ misturam autẽ alienorũ corporum, vt dum dicimus lapidosam aut arenosam hanc esse terrã. [3] Por-
3 Terræ purgandi ratio. rò talis substantia admista segregatur larga aquæ affusione, macerationéq;, donec vniuer-

sum

ſum perfluat. Sic enim quod lapidoſum & arenoſum eſt, ſubſidit, & terra exacta ſupernatat: [1] in quem modum præparatur etiam & terra Lemnia, quã alij Sphragida Lemniam, ob impreſſum illi ſigillum Dianæ ſacrum, cognominant. [2] Quæ quidem à Lemnia rubrica differt, quòd contactu non contaminet, perinde vt illa: quódque ſecundum collem in Lemno, qui totus colore eſt fuluus, & in quo nec arbor, nec ſaxũ, nec planta naſcitur, tantùm huiuſmodi terra viſitur. [3] Cæterùm eius tres differentiæ aßignantur: vna, quam Lemniam ſphragidẽ diximus, quámque alij nemini, præterquàm vni ſacerdotiſſæ, cõtingere fas eſt: altera verò eius, quæ miltos eſt ſiue rubrica: ac deniq; tertia, quæ detergendi vim habet. Vtuntur autẽ priore illa, ad vulnera vetera & contumacia, ad omnéſq; ferarum morſus, ſicuti aduerſus medicamenta letalia. Diſtinguere itaque ab ea terra quæ colitur, medicamentoſam oportet, qua ad curationes vtimur. Tametſi eius quoque quæ colitur, ſi qua pinguis eſt, vtilis ad curationes exiſtit earum omnium partium, quæ deſiccari poſtulãt. [4] Deſiccandi nanq; vim terra quæuis poßidet. Quum enim eius corpus natura ſit ſiccũ, omninóq; igneæ ſubſtãtiæ expers, citra mordacitatẽ exiccat. Ad quod quidem etiam ablutio iuuat.

1 Lemnia ſphragis.

2 Lemnia rubrica.

3 Lemniæ tres differentiæ.

4 Terra quæuis deſiccãdi vim poſsidet.

De terræ lotione.

AC [5] lauatur ſanè terra omnis, vt Lẽnia.

5 Terram abluendi ratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Primò siquidem maceratur aqua, quæ nullã habet medicamẽtosæ qualitatis suspitionem. Dein effunditur quod innatat, colligitúrq; id quod est à lapidosis & arenosis secretum. Gustus autem docet, quænam terra lotione indigeat, aut quæ minimé. At Lemnia, quum sit à sacerdote abluta, rursus elui non exigit.

De terra Samia.

1 Samia terra.
2 Samius aster.

AT[1] *Samiam ne lauari quidem est opus.* [2] *Vtimur autem altera eius specie magis, quam Samium astera cognominant, ad sanguinis expuitiones, muliebriáque profluuia, velut & Lemnio sigillo, necnon aduersus vlcera dysenterica, priusquam putrescẽtia euadãt. Quãquàm etiam & putrescẽtibus, quæ depascentia vocant, interdum Lemnia ipsa profuit, iniecta quidem per arnoglossæ succum, bibita verò ex oxycrato aquoso: prius tamẽ ablutis vlceribus, idq; primò quidem melicrato, dein autẽ muria. Cæterùm Lemnia terra, quàm Samia, non parum efficacioribus esse videtur viribus. Quare ab ea, quæ phlegmone tentari cœperunt partes, exasperantur, quum tamen à Samia iuuentur. Ex qua & oleo rosaceo mitißimum conficitur pharmacum, etiam contra alias feruentes phlegmonas, incipientésq; bubonas, & fluxiones podogricas, & ad ea breuiter, quæ refrigerare cũ mitigatione est animus. Vnde constat Samiam refrigerare. Quin & magis aëria eius essentia*

existit,

existit, collata ad Lemniam: cuius argumẽtum est leuitas. Aestimabis porrò omnem terrã medicaminosam tum leuitate, tum grauitate, præterea circa gustũ asperitate & lenitate: ad hæc, tenacitate & abstergendi potẽtia. Tenax enim & viscosus est Samius aster, quum & Lemnia sphragis eiusmodi paululum quiddam habeat. Abstersoriam quoq; facultatẽ moderatã obtinent & [1] *Selinusia terra, &* [2] *Chia: quamobrẽ mulieres quædam ijs ad faciẽ vtũtur.* [3] *Porrò quicquid abstergit leuiter, producendæ vlcerũ carni est idoneum. Quòd si etiam siccet, cicatrici inducẽdæ est habile. At omniũ aptissima sunt & ad vlcera quæ in summa cute cõsistunt, & ad ambusta, illa quæ citra morsum exiccãt, nec manifestò excalfaciunt, nec refrigerãt. Quocirca terra Selinusia & Chia, pulcherrima sunt ad ambusta vlcerum remedia.* [4] *Iam verò Cimolia terra, quũ mistæ sit facultatis, partim sanè refrigerat, partim leuiter digerit, operatúq; pro natura illorũ quibus miscetur.* [5] *Verùm vnicè ambustis conuenit: veluti & aliæ omnes, illitæ ex aceto, aut oxycrato, nimirũ bullas existere prohibẽtes. Aduertẽdũ tamẽ est, corpora mollia, valentẽ medicaminũ vim haud posse perferre, dura verò posse. Terra itaque mistionis expers, vim habet citra morsum siccãdi.* [6] *Quum autẽ nullũ reperire sit corpus à mistione alienũ, inspiciundum est, qualẽnam miscellã ipsa terra*

1 Selinusia terra.
2 Chia terra.
3 Abstergentia leuiter, producendæ esse carni idonea.
4 Cimolia terra.
5 Ambustis quæ conferant.
6 Corpus nullũ dari à mistione alienum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſortiatur. Si qua ergo in ea adſtrictio ſentiatur, tantum frigiditatis aſſumpſit, quantum habet adſtrictionis. Sin acrimonia, tantũ ſcito illi ineſſe caliditatis, quantũ & acrimoniæ. Similiter quantò leuior terra ipſa fuerit, tantò acrior exiſtit: quantò grauior, tantò etiã ſyncerior terra.

1 Terra igni admota non ſoluitur.

[1] At proprium terræ eſt, quòd igni admota nõ ſoluitur, aut liqueſcit: id quod accidit plumbo, ſtanno, auro, & argẽto. Quum igitur audis nominare terram argenteam, aut auream, minimè intelligas ipſum argentum, aut aurum, per totũ terræ corpus miſceri, ſed particulas quaſdam exiguas tum auri, tum argenti, illi coniunctas, atque contiguas exiſtere, eáſque ab igne in fornacibus fuſas coire inuicem.

2 Vitrum continens terra.

[2] Eundem in modum, quæ vitrum continet terra, arenoſa eſt.

3 Aurũ reperiri in arenis.

[3] Sed & auri quoq; glebulæ exiguæ freqũeter nõ paruo numero in quibuſdã reperiuntur arenis. Terrarum autẽ id genus omniũ quæ in metallis ſunt, vbi ab eis ſeparatur id metalli aut æris quod continent, reliquiæ vidẽtur lapideæ, nec macerari, rigaríve, aut humectari per totã ſubſtantiã poſſunt, vt medicaminoſa illa, quæ cũ aqua in lutum degenerat, quǽq; viti circũlita naſcẽtes in ea vermes interimit,

4 Ampelitis terra.
5 Cadmia.
6 Cretica terra.

[4] vnde ampletis vocatur. [5] Cadmia etenim ex illarũ lapidearum eſt genere, neque rigari poteſt. [6] Terra Cretica admodum imbecilla eſt, multum habẽs ſubſtantiæ aëriæ. Ineſt tamen ei quædam citra

mor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

morsum vis extergendi. [1] *Eretriensis, quàm Lemnia, valentiorem poßidet adstrictionem, hactenus tamē, vt nondum mordicet. Expedit verò hanc terrā bis térq; lauare, vt Cimoliā, quò moderatior reddatur. Eam etiam viūt, vt subtiliorem, acriorem, & magis digerentem efficiant. Quòd si postea quàm combusta fuerit, abluatur, replendis & cicatrice inducendis vlceribus multò magis opitulatur. Cæterùm quæ colore cinericio est, illi quæ alba exiſtit, præfertur.* [2] *Est & alia terra dicta pnigitis, tota quidē facultate terræ Cimoliæ aßimilis, cæterū atra colore, quēadmodū ampelitis.* [3] *At terra siue lapis, siue bolus Armenus, colore est pallido, prōptissiméque soluitur in læuorem omnino æqualem, vt calx, validámque desiccandi vim possidet. Siquidem ad dysenterias, ventris profluuia, sanguinis expuitiones, catarrhos, & putrescentia oris vlcera, in primis competit. Quin & illos magnificè iuuat, quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit. Quare & ijs, quibus ex tali occasione anhelitus difficilis est, valde auxiliatur. Sed & eos, qui tabe laborant, adiuuat: vlcus enim ipsorum desiccat. Maximè etiam confert Armenus bolus contra pestilentes affectus. Ii siquidem, soli vsu eius non persanantur, qui prorsus immedicabiles sunt. Cæterùm bibitur ex vino albo, consistentia tenui, modicè diluto, si is qui morbo est correptus,*

1 Eretriensis terra.

2 Pnigitis terra.

3 Boli Armeni descriptio.

aut

aut planè febri careat, aut leuiter ea teneatur. Sin grauius febriat, admodũ aqueo. [1] *Non sunt tamen calore vehementes febres pestilentiales.*

1 Febres pestilentes nõ esse vehementer calidas.

De lapidibus.

EX corporibus sponte natis sunt lapides, hoc diuersi à vulgò nuncupata terra, quòd rigari non sustinent. Vires habẽt partim secundum totius substantiæ proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Nunc autem sermo nobis esto de illis viribus, quæ secundum effectrices agunt qualitates: in quibus sanè est & vtendi ratio, & methodus. [2] *Nam facultates quæ proprietatis totius substantiæ ratione insunt, à methodo sunt atque ratione alienæ, & per solam experientiam noscũtur. Nam cur hic lapis tacto vulnere vnde sanguis prorumpit, cursum eius reprimat, haud nouimus.* [3] *At cur hæmatites lapis in oculares facultates indatur, nouimus, quòd sit rationis inuentum. Nam si in cote oculari cum aqua eum teras, donec accipiat craßitudinem mellis, adstringentem facultatem percipies.* [4] *At didicisti, quòd gliscentes etiamnum phlegmonas restringentibus medicamentis repercutere oporteat: vbi autem iam sanguis non fluit, adstringentibus medicamentis digerentia adiungere & sensim ad ipsa sola transire. Itaque de ijs lapidibus prius dißeram, qui mortarij aut cotis attritu in liquorem soluuntur.*

2 Facultates, quę proprietatis ratiõe insunt esse à methodo alienas.

3 Hæmatites lapis cõmodè ocularibus medicamentis miscetur.

4 Phlegmonarum generalis curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ciſeris, Pumex.

PVmex[1] *quidem abſtergit.*[2] *Sed ſmiris acrimoniæ quiddam obtinet. Proinde cauſticis & deſiccantibus facultatibus additur, eiſque quæ curant gingiuas laxas. Pumex autem ſi comburatur, haud erit inferior ſmiri, eoſdem ad vſus.* 1 Ciſeris. Pumex. 2 Smiris.

Lapides, qui in ſpongiis reperiuntur.

FRangendi[3] *vim obtinent, non tamen ita validam, vt lapides in veſica comminuãt. Rumpunt eos tamen, qui coguntur in renibus: veluti qui aduehuntur ex Cappadocia.* 3 Spongiarum lapides.

Oſtracites.

HVnc[4] *lapidem aiunt deſiccandi valenter facultatem habere, temperatã ex adſtrictione, acrimoniáque:*[5] *vt geodem expurgare pupillas, vberúmq; & teſtium ſanare phlegmonas, inunctum ex aqua.*[6] *At cotis Naxiæ ramentum virginibus mammas prohibet tumeſcere, ſicuti & teſtes puerorum, tanquam facultatis refrigeratoriæ ſit particeps.* 4 Oſtracites. 5 Geodes. 6 Cotis Naxiæ ramentum.

Ophites.

EXtergendi[7] *confringendiq; vim poſſidet, ceu etiam vitrum. Admodum enim ipſum ex vino albo ac tenui epotum lapides veſicæ conterit, atque confringit.* 7 Ophites.

Iaſpis viridis.

VEntriculum[8] *adhæſu, ipſiúſque os adiuuat. Porrò ophiten lapidem ſuſpenſum, iu* 8 Iaſpis viridis.

uare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

uare morsos à vipera traditur. Sed eiusmodi facultates non constant methodo. Veluti etiam quum [1] *hieracites &* [2] *Indicus profluentem ex hæmorrhoidibus sanguinem sistunt.*

1 Hieracites.
2 Indicus lapis.

Sapphyrus.

3 Sapphyrus.

ICtos [3] *à scorpione iuuare creditur.*

Aphroselinus.

4 Aphroselinus.

LIberat [4] *comitiali morbo vexatos: id quod nondum sumus experti.*

Dioscoridis Thyites.

5 Thyites.

SVbuiridis [5] *est, vt iaspis, soluitúrque in succum colore quidem lacteum, gustu verò acrem: ac proinde nemo illum oculorum miscet medicamentis, nec fluxiones repercutientibus, nec vlcera sanantibus. Sed eo tantùm vtuntur ad purgandum & abstergendum quæ pupillam absq; phlegmone offuscant: quales sunt cicatrices recentes, & pterygia non nimis dura.*

Iudaicus.

6 Iudaicus lapis.

COlore [6] *est candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas. Vtuntur ad vesicæ lapides in cote soluentes, & ex aquæ calidæ tribus cyathis potui præbentes. Præcipuè verò ad eos qui in renibus hærent, est efficax.*

Pyrites.

7 Pyrites.

VAlidã [7] *possidet facultatem, eóq; vtimur digerẽti emplastro admisto. Adijcitur etiã ei & schistos. Ab hoc medicamine & pus sæpenumero, & consistentia grumosa in spatijs*

inter

intermediis musculorum nata, per halitum sunt digesta. Nisi autem, dum in vsum veniunt, pollinis instar comminuantur hi omnes lapides, vt profundum corporum quibus applicantur subeant, aßimiles manent istis marinis fluuiatilibúsq; arenis: quæ & ipsæ communem omnium lapidum vim poßident. [1] Siquidem exiccant tumentem ab aqua inter cutem carnem, si in ipsis excalfactis decumbat æger. Non tamen ad aliud quippiam eis vtimur.

1 Arena quomodo exiccet tumentem ab aqua inter cutem carnem.

Phrygius.

HOc [2] semper vtor combusto quidem ad vlcera putrida: ídque ipso aut per se, aut ex aceto, aut œnomelite, aut oxycrato. Ad oculos verò ex eo permisto aliis medicamen siccum efficio. Validè enim desiccat, habens quiddam adstrictionis simul & mordicationis.

2 Phrygius lapis.

Ageratus.

ADstringit [3] simul & digerit. Atque adstrictione quidem euidenter iuuat phlegmone columellas grauatas.

3 Ageratus.

Asius.

COlore [4] & consistentia est topho similis, friabilis, laxúsque. Innascitur ei quiddam instar farinæ tenuißimæ, qualis in molarum parietibus adhærescit. [5] Appellant hoc medicamen petræ Aßiæ florem. Est verò & tenuium partium, vt sine morsu nimis fluidas carnes eliquet. At petra ipsa, in qua nascitur, actionis

4 Asius lapis.

5 Petræ Asiæ flos.

vehem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vehementia est inferior. Habet etiam & salsedinem quandam ipse Asiæ petræ flos, ita vt inde videatur ducere originem, quòd ros ex mari in petram residens, à sole postea exiccetur.

Gagates.

8 Gagates. *COlore [1] est atro, qui vbi igni fuerit admotus, persimilem bitumini odorem exhibet, Confert autem ad discutiendos flatulentos tumores consistentes in genu, diuturnósque & ægrè curabiles: ac præterea cruenta vulnera glutinat.* [2] *Est & lapis Thracius,* [3] *cuius in hunc modum Nicander meminit:*

2 Thracius lapis.
3 Nicandri versus de Thracio lapide.

Si lapis vratur candenti Thracius igne, &
Pòst madefiat aqua, flagrabit totus: at idem
Mox oleo affuso penitus restinguitur. &c.

Nullus tamen eius in medicina vsus, nisi quod suffitu abigit feras.

Magnitis, Heraclea, Magnes.

4 Magnitis. Magnes. *ASsimilem* [4] *hæmatitæ vim obtinet.*

Arabius.

5 Arabius lapis. † Ebori. *LApis* [5] *est † elephanto similis, desiccantis abstergentísque potentiæ.*

Alabastrites.

6 Alabastrites. *COmbustus* [6] *in medicinæ vsum ingreditur. Quidā eum bibendū dāt stomachicis.*

Smiris.

7 Smiris. *VEhementer* [7] *quidē abstergit. Quare ipso ad annulos exculpendos vtuntur, & ad dentes purificandos.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hæmatites, Galactites, & Melitites.

Haematites [1] *& Galactites lapides, à colorum similitudine, quos repræsentant, sic nominatur. Ille siquidẽ sanguini, hic in succum solutus, lacti videtur similis.* [2] *At Melitites, nõ à colore, sed à sapore mellis talem nomenclaturam sortitur.* [3] *Quum igitur succus omnis dulcis à temperato calore proficiscatur, adstringens verò à frigore, habebit sanè Hæmatites lapis tantum frigiditatis, quantum & adstrictionis. Melitites verò temperatam caliditatẽ: at mediam vtriusq; temperiem Galactites. Meritò itaq; ocularibus medicamentis lapis hæmatites miscetur. Ac solo eo vti possis superciliјs exasperatis, si quidem cum phlegmone sint aspera reddita, ex ouo ipsum diluẽs: ac si magis, etiam per decoctũ fœnigræci. Sin verò citra phlegmonen, ex aqua. Hic idem lapis similiter in cote contritus, sanguinis expuitioni conducit, vlceribúsque vniuersis. Porrò siccus, redactúsque in tenuissimum pollinem, reprimit excrescentia: ipsáq; oculorum vlcera solus per se cicatrice includit attritus, cæterùm aut affusus, aut inunctus.*

1 Hæmatites. Galactites.

2 Melitites

3 Dulcis succus omnis à tẽperato calore proficiscitur, vt adstringens à frigore.

Schistos.

Haematitæ [4] *persimilem vim obtinet, sed infirmiorẽ, Schistos:* [5] *ac post eũ Galactites.* [6] *At Melitites nõnihil caliditatis adsciuit. Vt igitur vnusquisq; leuiter ac sensim ab hæmatitæ facultate recedit, ita in vsum oculorum ac-*

4 Schistos.

5 Galactites.

6 Melitites.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

commodatur. Est tamen mitior. Etenim mitiora remedia partibus etiãnum phlegmone afflictis semper gratiora sunt. Quæ quidem, liberis iã à phlegmone partibus, infirmiora sunt, quàm vt persanare valeant. [1] *Porrò quum lapidibus omnibus commune sit, vt desiccent, quotquot ex ijs in succum soluti, aut redacti in pollinem, nullam continuò qualitatem in gustu obtinent, hos putandum est esse tum infirmissimos, tum mitissimos, tum minimè mordaces. At qui manifestam qualitatem exprimunt, ij pro qualitatis ratione potentiam possident: ac si quidem adstringant, ad comprimendum, constringẽdum, spissandum, & contrahendum: si verò mordicent, ad excalfaciendum, digerendum, & colliquandum. Medij eorum sunt, qui abstergent citra mordicationem. Igitur Hæmatites, Schistos, Galactites, & Melitites, in succum vertuntur. Quanquam sunt & alij in succũ solubiles,* [2] *vt Moroxus qui in Aegypto nascitur omnium dictorum minimè qualitatis particeps. Quare tantùm desiccandi vim possidet.*

1 Lapides omnes communiter siccant.

2 Morox⁹.

Metallica medicamenta.

Metallica [3] *medicamenta appellare medicis mos est, quorum generatio in metallis consistit, siue spontanea, siue per fornacem facta.* [4] *Vt igitur lapidibus vniuersis, & terræ medicaminosæ commune est vt siccent, ita metallicis quoque medicamentis omnibus. Est enim essen*

3 Metallica quæ dicantur.

4 Metallica omnia siccare.

essentia eorum terrea, secundum elementaris terræ significatum. Porrò caliditate diutina mistam ex terra & aqua, nonnunquàm etiam aëre, substantiam vniente, temperantéque, ac postea desiccante, metallicorum medicamentorum consistentiæ proueniunt. Quemadmodum igitur in differentijs terræ plurima essentia terræ elemẽtaris habetur, paulùm verò aëris: [1] *ita in metallicis multum igneæ substantiæ est immistum. In medio autem eorum sunt lapides. Proinde alia metallicorum semel aut bis, alia frequentius lota, idonea sunt, vt citra morsum exiccent. At locorum, in quibus hæc proueniũt, natura, pro vt plus minúsque est frigida, alia plus, alia minus, cogit congelátque.* 1 Metallicis plurimũ igneæ substãtiæ esse immistum.

Hales, Sales.

SAl [2] *partim ex mari fit in salinis: partim è terra effoditur. Cæterùm vtrique vis est aßimilis, impensè videlicet exiccatrix. Porrò aphronitri sapor amarus est, & abstergẽs: salis verò, tantò in abstergendo inferior, quantò in adstrictione superior. In vtriusque medio sapor nitri consistit.* 2 Hales. Sales.

Armeniacum.

VIm [3] *habet extergentẽ cum leuicula tum acrimonia, tum adstrictione. Vnde meritò miscetur ocularibus facultatibus. Præterea ipso per se redacto in pollinem, atq; sicco vtuntur ad pilorum in superciliis incrementum, vbi* 3 Armeniacum.

præ humorum acrimonia partim excidunt, partim nec crescunt, nec nutricantur.

Arrhenicum, Auripigmentum.

1 Arrhenicum. Auripigmentum.

Facultatis[1] *est causticæ, tam combustum, quàm vstionis expers. Cæterùm per vstionem tenuiorum partium efficitur. Vtuntur porrò ipso ad denudandam pilis quãuis particulam. Verùm si diutius hæreat, ne cuti quidem parcit.*

Aphronitrum.

2 Aphronitrum. †ἀφρȣ̃ λίτρȣ διαφέρει, hoc est, à spuma nitri differt.

Aphronitrum[2] *ab*† *aphonitro differt. Nitri enim spuma medicamentum exiccatorium existit, aspectu triticeæ farinæ simile. Etenim alba est, non vt Asiæ petræ flos, cineri cea. Aphonitrum verò farinæ speciem non habet, neque solutum est, sed concretum & congelatum. Quod quidem adeò extergit, vt non modò sordes expurget, sed etiam pruritum sanet. At spuma nitri eiusdem cum nitro est tum naturæ, tum facultatis, licet essentiæ tenuioris.*

3 Nitri facultas.

[3] *Dictum autem est paulò antè, in medio aphronitri & salis facultatem nitri consistere. Aphronitro enim sola inest vis detergendi: sali verò etiam adstringẽdi, sed multò magis, quàm detergendi.*

Gypsum.

4 Gypsum

Gypsum[4] *quidem tum desiccat, tum vires habet emplasticas. Quare siccis medicamentis, quæ ad sanguinis eruptiones accommodantur, vtiliter commiscetur. Nam ipsum per*

sese

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

sese lapidosum fit, coactum & congelatum.
[1] *Ac proinde diluendum est oui tenui & candida albugine, quæ & ad ophthalmias est vtilis, admisto illi tenuissimo farinæ triticeæ pollinæ, qui residet in molarum parietibus. Excipere verò quod sic maceratum est, tenellis leporis pilis, aut qui perinde sint molles, expedit.*

1 Albugo oui ad ophthalmias vtilis.

Gypsum vstum.

N*On [2] habet æquè emplasticam vim, cæterùm tenuiorum est partium, & valentius desiccat. Quin & repercussorium est, maximè si maceretur oxycrato.*

2 Gypsum vstum.

Diphryges.

M*Istam [3] habet tum qualitatem, tum facultatē. Habet enim in sese quiddā & mediocriter adstringens, & mediocriter acre: vnde vlcerum rebellium optimum medicamen est. Eo siquidem ad putrescentia oris vlcera, siue per se, siue cum melle, cū detracta erat spuma, tum ad anginā, vbi iam per adstringētia medicamenta constitit quod influebat, ac breuiter ad columellam præcisam, pudendíq; & ani vlcera cicatrice obducenda, sum quàm felicissimè vsus. [4] Porrò quo pacto adulterētur dictorum medicamentorum singula, non videtur pretium operæ scribere, quum talia posse discere homines sceleratissimi in lucro ponant.*

3 Diphryges.

4 Adulteria medicamentorum cur docēda non sint.

Theion, Sulfur.

S*Vlfur [5] omne trahendi vim possidet, éstque*

5 Theion. Sulfur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

temperamenti calidi, atque essentiæ tenuis, adeò vt ad multa venenatorum animalium resistat si siccum ictui inspergatur: aut cum saliua, aut vrina, aut oleo veteri, aut melle, aut resina terebinthina illinatur. Quin & psoras, & lichenas, & lepras, non rarò hoc medicamento cum resina terebinthina sanaui. Extergit enim omnes id genus affectus, absque hoc vt in profundum repellat.

Ios, Aerugo.

1 Ios. Aerugo. GVstantibus[1] *acrem exhibet qualitatem, digerens, detrahens, & liquans non teneram modò, sed & duram carnem. Hallucinantur igitur qui talia medicamenta epulotica appellant, hoc est, quæ cicatricem inducãt:* [2] *quum nimirum epulotica pharmaca contrahant, constipent, & in calli morem ipsam carnem indurent. Quin & gustum mordicat ærugo, non tantùm vlcera. Quòd si pauculum eius cerato non pauco admisceas, id quod ex ambobus mistum est, citra morsum exterget.*

2 Epuloticorũ opera.

Cadmia.

3 Cadmia. CAdmia[3] *fit, vbi in fornacibus æs paratur: nempe tota terra, aut lapide ex quo æs gignitur, in sublimem partem fornacis egerente veluti fuliginem aut fauillam quãdam.* [4] *In argenteis etiam metallis simili secretione efficitur. Quin et ex pyrite lapide in fornacibus vsto fit cadmia. Cæterùm absque fornace in Cypro*

4 Cadmiæ differẽtiæ.

cadm

cadmia inuenitur, quã iure quispiam lapidem vocet. At eius quæ combusta est, aliam Botryitin, aliam Placitin Medici nuncupant. Botryitin quidem, *quæ in editioribus ipsius fornacis muris colligitur. Placitin verò, quæ in humilioribus. Ac liquet sanè Botrytin partium esse tenuiorum, crassiorum verò Placitin:[1] vtrãq; autem vi desiccandi, ac mediocriter digerendi præditam. Quæ autem colligitur in fornacibus, igneæ qualitatis necessariò etiam aliquid habet. Meritò itáq; eã abluentes, medicamen efficiũt mediocriter tum desiccans, tum extergens absq; mordicatione, vtile ad caua vlcera præhumida, & putrescentia, quæ in oculis & in toto corpore habentur. Igitur respicientes ad temperatam & mediam inter omnes excessus naturam, leuiter desiccatoriam abstersoriamq; cadmiæ inesse facultatem dicimus. In caliditatis autem & frigiditatis differentia cadmia quodammodo temperata existit.

1 Cadmiæ vires.

Cinnabari.

MOdicè[2] acrem facultatem obtinet. Habet verò & adstrictionis quippiam.

2 Cinnabari.

Ciseris, Pumex.

IN[3] sarcotica medicamenta inditur, & ea quæ dentes extergũt, partim vstionem non expertus, partim etiam exustus:[4] quandoquidem alijs omnibus cõbustis similiter, substantiæ tenuioris efficitur. Cæterùm vstione quiddam

3 Ciseris. Pumex.

4 Exusta omnia reddi substantiæ tenuioris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

acquirit acrimoniæ, quam rursum lotione exuit. Videri autem poterit, & conciliare splendorem, non tantùm facultate, sed etiam asperitate: veluti si smirin, aut testam tritam admoueas. [1] *Eundem in modum cornua deusta dentes reddunt splendidos.*

1 Cornua deusta dentes reddunt splēdidos.

Conia, Lixiuium ex cinere.

2 Conia. Lixiuium.

3 Cinis q̄d.

ABluto [2] *cinere fit.* [3] *Cinerē autē, vstorū corporū reliquias Latini nuncupant. Fit ergo lixiuiū pro eius quod eluitur natura. Cineris siquidem qui acrimoniā igneā habet acerrimam, ipsum quoq; acerrimū est: eius quod tale non est, etiam moderatius. Quare & putrefacientibus medicamentis miscetur, vtpote causticam facultatem poßidens, sed propter substantiæ suæ tenuitatem citra dolorem adurens.*

Cyanos, Cæruleus.

4 Cyanos. Cæruleus lapis.

ACrem [4] *poßidet facultatem, ac tum detrahendi, tum digerendi, quàm cinnabari, potentiorem. Inest quoque ei nonnulla adstrictio.*

Lepis, Squama æris, & ferri.

5 Lepis. Squama.

6 Helitis.

SQuama, [5] *alia est æris, medicamen multò vtilißimū: alia ferri, & stomomatis:* [6] *alia deniq;, quā nonnulli vocāt helitin. Atq; omnes sanè vehementer siccant. Cæterùm helitis principem in desiccando locū obtinet: nam subtilißimæ omnium substantiæ est, nimirum quæ æruginis nonnihil assumpserit. Maiorem obtinet adstrictionem squama ferri, & hac etiam*

maiorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

maiorem stomomatv. Quamobrem ad contumacia vlcera meliores sunt, quàm squama æris. Detrahit & liquat carnẽ potentius squama æris, & hac etiam valentius helitis. Omnes autem squamæ non instrenuè mordaces sunt. Quare essentia ipsarum non est admodum tenuis.[1] Siquidem inter ea quæ parem vim possident, minus est mordax, quod est tenuius.

[1] Mordacia minus esse, quę sunt tenuiora, si parem facultatem obtineant.

Lithargyros.

DEsiccat[2] quidem, sed omniũ moderatissimè: & secundum alias tum qualitates, tum facultates, quodãmodo in medio consistit. Modica tamen adstringendi, abstergendiq; facultas ei inest. Cæterùm ad intertrigines femorum vtilis medela est. Iure itaq; medij ordinis in metallicis habebitur. Proinde frequẽter vtimur lithargyro, ceu aliorum materia.[3] sicuti in liquescentibus ad pleraq; medicamenta adhibemus ceram, tanquam materiam mediam eorum: quæ valentem possident facultatem.

[2] Lithargyros.

[3] Cera.

Nitrum.

INter[4] aphronitrum, & salem vires medias sortitur. Cæterùm vstum propius ad aphronitrũ accedit, vtpote ex vstione tenuius redditũ. Desiccat itaq; & digerit: quòd si intra corpus sumatur, secat & extenuat crassos & lẽtos succos, multò potentius quàm sal.[5] Aphronitrũ verò, nisi grauis vrgeat necessitas, deuorandũ non est, nimiũ inimicũ stomacho: quandoquidẽ

[4] Nitrum.

[5] Aphronitrũ inimicum stomacho.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

plus etiam nitro incidit. Porrò ad suffocantes fungos, nitro vsto simul & non vsto, & multo etiam magis eius spuma, vti consueuimus.

1 Melanteria.

Melanteria.

V*Alde*[1] *quidẽ adstringit, adstringẽtiáq; omnia propemodum tenuitate superat.*

2 Atramẽtũ scriptorium.

Melangraphicum, Atramentum scriptorium.

A*Dmodum*[2] *& ipsum desiccat aqua solutum. Vlcera autem igni ambusta protinus illitum iuuat: & si acetum quoque habeat, multò magis.*

3 Misy.
4 Aerugo.
5 Sory.
6 Chalcitis.

Misy.

I*N*[3] *metallis ipsis, super chalcitin nascitur misy,*[4] *vt ærugo super æs.*[5] *Ac suspicor etiã sory longo tẽpore mutationẽ*[6] *in chalcitin posse accipere. Quare mirum non est, tria hæc medicamina eiusdem genere facultatis esse, sory dico, & chalcitin, & misy, tenuitate & crassitudine inter se diuersa. Crassissimum enim est inter ipsa sory, tenuissimum misy: mediã vtriusq; facultatem habet chalcitis. Adurunt vniuersa hæc tria, & eschara efficiunt. Attamen nonnihil etiam adstringunt. Cæterùm misy admotum corporibus duris, minus chalcitide mordicat, tametsi ea non minus sit calidum: id quod beneficio tenuitatis sortitur. Porrò quũ vtraq; hæc in decoctionibus fundãtur, & magis chalcitis, quàm misy, sori tamen nõ liquescit: nimirũ quòd lapidosius sit, & vehementius compactũ:*

sicuti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſcuti rurſus miſy, quia à congenito calore elaborantius eſt, ac proinde ſiccius chalcitide, idcirco meritò quoque liqueſcit ægrius.

Molybdæna, Plumbago.

SImilem [1] lithargyro vim poßidet, tantùm à media temperie ad frigidius paulùm quid recedens. Sed neque abſtergentis facultatis eſt particeps. Vtrunque autem medicamentum liquari poteſt, celerriméq; vbi oleo nonnihil aceti eſt additum. Liquantur tamen etiam admiſta aqua, ſed coctione longißima. Vidi equidem molybdænam proiectam plurimam cum multis alijs lapidibus in ea via quæ ad ergaſteria ducit à Pergamo.

1 Molybdæna. Plũbago.

Molybdos, Plumbum.

FAcultatis [2] eſt refrigeratoriæ. Siquidem nõ modò multã habet ſubſtãtiã humidã, à frigore congelatã, ſed & aëriam, paucam autem terream. Igitur quòd plurimùm habeat eſſentiæ humidæ coactæ à frigore, indicium tibi eſto, quòd vbi admotum eſt igni, celeriter funditur fluitq;. Quòd verò & aëriæ ſit particeps, hoc habeto ſignum. [3] Omniũ, quæ nouimus, vnicum plumbum tum mole ipſa, tum pondere augetur, ſi condatur in ædibus ſubterraneis, aërẽ habentibus turbidum, ita vt quæcunq; illic ponantur, celeriter ſitum contrahant. [4] Iam verò ſi in mortario plumbeo liquorem quemlibet plumbeo piſtillo contriueris, ita vt ex piſtillo ipſo,

2 Molybdos. Plumbum.

3 Plumbũ vnicũ mole & põdere augetur.

4 Plũbeũ mortariũ cõferre ad conficiẽda medicamẽta refrigerantia.

atq;

atque etiam mortario exprimatur etiam aliquis succus: id quod ex vtroque conflabitur, multò erit frigidius, quàm liquor infusus fuerat. Cæterùm si vis magis refrigeratorium medicamen efficere, oleum omphacinum, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum, sit liquoris, quem infundes: eritq; remedium optimum ad sedis phlegmonas cum vlcere aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, testibus, vberibúsque consistunt: similiter aduersus cæteras omnes fluxiones, quæ articulis accidunt. Sed & vlceribus rebellibus etiam vtile est. Nam ad cancros eo vtens, virtutem medicamenti miraberis. Quòd si celeriter multum succi plũbei velis colligere, conare in sole terere, aut quocunque certè modo aëre excalfacto. Multò autem vtilißimum habebis medicamentum, si affuso refrigerantiũ succorum aliquo teras, vt semperuiui, cotyledonis, intybi, lactucæ, chondrilles, psyllij, omphacis, portulacæ. [1] In laminam etiam diductũ plumbum, lumbísque admotum, pollutionem per insomnia coërcet, nimirum haud obscurè refrigerans. Sed & bractea tenuis probè ganglio illigata, ipsum dißipat. Illigabit autem probè, quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsam noxam potius firmandum, quàm hinc vel inde. [2] Porrò plumbum vstum, ac dein ablutum, refrigerat, confertq; ad implenda vlcera, eadémq; cicatrice obducenda. Conuenit & Chironijs

1 Plũbi lamina admota lumbis, nocturnas pollutiones coërcet.

2 Plumbũ vstum quibus conducat affectibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

niys dictis, & omnibus cancrosis vlceribus. Ante lotionem autem, vlceribus pertinacibus etiam auxilio est.

Ostracon, Testa.

DEsiccandi [1] abstergendiq; vim possidet, maximè quæ ex fornacibus est. Ex qua quidem præparata emplastrum optimè cicatricem inducit. 1 Ostracõ. Testa.

Pompholyx, Spodium.

POmpholyx [2] fit & in æris fornace, veluti & cadmia, fitq; & dum in fornacibus cadmia vritur, nimirum ab ipsa cadmia in tectum fornacis quadam fauilla ascendente: quæ dum colligitur, est pompholyx. [3] Nam quod reflectens in pauimentum recidit, nominatur spodium. [4] Cui videtur similem habere facultatem, quod antispodium appellant. At ego illo vsus sum nunquam, quum largè mihi semper pompholyx suppeteret. Nec enim quisquam, vbi hæc adsit, spodio vti velit, nedum antispodio. Est autem pompholyx medicamentum propè omnium quæ citra morsum desiccant, si elota fuerit, præstantissimum. [5] Quamobrem ad vlcera cancrosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs, quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quæq; bullas in eis natas curant. Præterea ad pudendorum & sedis vlcera optimum est remedium.

2 Pompholyx. 3 Spodiũ. 4 Antispodium. 5 Pompholix quibus vtilis.

Sandar

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sandarache.

1 Sendarache. VRentis[1] est facultatis, vt arsenicũ. Meritò itaque digerentibus facultatibus & extergentibus commiscetur.

Sandyx.

2 Sandyx. QVa[2] sit facultate prædita, in sermone de psimmythio explicabitur.

Scoria.

3 Scoria. SCoria[3] omnis resiccatorium est medicamen, potissimùm autem ferri. Siquidem ad læuorem redigens ipsam in aceto quàm acerrimo, posteáq; decoquens, ad aures iampridem fluentes pure, ea vtor pro medicamento maximè exiccatorio.

Stimmi.

4 Stimmi. CVm[4] facultate desiccatoria habet adstrictionem adiunctam. Quamobrem & ocularibus medicamentis miscetur.

Stypteria schiste, & strongille, & hygra.
Alumen fissile, rotundum, & humidum.

5 Stypteria. 6 Aluminis differẽtiæ. ALumen[5] vehemẽtissimè adstringit. [6] Cæterùm quum sit crassarum partium, tenuius quodãmodo est quod vocatur fissile. Proximum est rotundum, & astragaloton. Admodum crassum est tum liquidum, tum placitis & plinthitis dictum.

Titanos, Calx.

7 Titanos. Calx. VIua[7] quidem vehementer vrit, adeò vt crustas efficiat: extincta verò protinus

etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

etiam crustam molitur & ipsa: at post diem vnum & alterum minus vrit, minúsque inducere crustam potest. At verò tēporis progressu prorsum nec crustam quidem gignere valet, tametsi etiamnum calfaciat, carnémq; liquet. Porrò si lauetur in aqua, suam mordacitatem exuit, efficitque nuncupatum lixiuium. At ipsa absque morsu desiccat.

Hydrargyros, Argentum viuum.

NOn [1] est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex ijs quæ parantur, veluti psimmythium, ærugo, psoricum, lythargyros. Cęterùm interimáne deuoratum aut admotum extrinsecus, nondum feci periculum. 1 Hydrargyros. Argentum viuum.

Phycos.

FAcultatem [2] eius, vbi de psimmithio agetur, exponam. 2 Phycos.

Chalcanthos, Atramentum sutorium.

CAlcanthos [3] (qui in Cypro ex viridi quadam aqua concrescit) extima sui parte in chalcitin temporis processu degenerat. Habet autem cum adstrictione maxima caliditatem non vulgarem coniunctam. Vnde omnium maximè condire seruaréque carnes humidas potest: nimirum caliditate humiditatem absumens, adstrictionéq; substantiam contrahens, atque constipans. Constringit itaque, siccat, & contrahit in sese totius substantiam carnis. 3 Chalchãthos. Atramentum sutorium.

Chalcit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Chalcitis.

1 Chalcitis.

MIstas [1] habet adstringentem acrémq; facultates. Cæterùm vincit acris, vtpotè adeò vehemens, vt carnem vrat, necnon inducat escharam. Vstum hoc medicamen minus mordicat, non tamen minus desiccat. Verùm non parum adstrictionis remittit. Itaque melior est vndequaque chalcitis tum adusta, tum lota: quum euadat sic minus mordax.

Chalcos cecaumenos, Aes vstum.

2 Chalcos cecaumenos. Aes vstũ.

HAbet [2] & acrimoniã quãdã, sed & adstrictionis est particeps. Proinde si lauet, pulcherrimũ est medicamẽ cicatrici inducẽdæ.

Calcuanthos, Flos æris.

3 Chalcuanthos. Flos æris.

TEnuioris [3] essentiæ est quàm aut æs vstũ, aut squama. Quare ex eo factis collyrijs extergũt auferúntque superciliorum magnas asperitates.

Chrysocolla.

4 Chrysocolla duplex.

CArnẽ [4] liquat, nõ tamẽ valẽter mordicat: quãquã sit facultate admodũ digerẽte, exiccãtéq;. Præparare autẽ hanc chrysocollam debes tempore æstiuo, aut aëre prorsus calido: vrinam pueri, mortario & pistillo, vtroque ex rubro ære, contundens. Hoc medicamentum aptissimum est vlceribus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum. Nã quantò plus quàm chrysocolla metallica desiccat citra morsum, tantò etiam ipsam excellit tenuitate.

Psimm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Psimmythium, Cerussa.

SI[1] ex acri aceto soluatur, gustu tamen neque acre erit, neque mordax, sed emplasticum, & refrigeratoriũ.[2] Cerussa adusta in sandyca transit, medicamentum seipso tenuius, non tamen excalfaciens.[3] Phycos autem, seruata cerussæ frigiditate, tenuitatem assumpsit.

1 Psimmythium. Cerussa.
2 Sandyx.
3 Phycos.

Psoricum.

COnficitur[4] dupla chalciti admista lithargyro: antè tamen vtrisque acerrimo aceto solutis, sicq; in ollam nouam coniectis, quam fimo æstate media diebus quadraginta obrutam sepelies. Hoc medicamen magis desiccatoriũ est, minúsque chalciti mordax, quum partibus sit tenuioribus.

4 Psoricõ.



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIBER X.



EXPOSVIMVS *igitur quinq; Commentarijs prioribus qualitates quas secundas appellant, in medicamentis quæ effectricibus qualitatibus agunt, pro earundem effectricum specificarúmque qualita-*

tum mistura nasci. Ostensum præterea est, quo pacto vniuersalis facultas vnica experiẽtia inueniatur, neque ea vulgari, sed quæ certis adhibeatur limitationibus. Porrò in sexto, septimo, & octauo libro, materiam quæ ad plantas pertinet, explicauimus: in nono autem, eam quæ circa terrena & lapidosa versatur. Reliquum verò nunc est, vt eam quæ ab animalibus sumitur in hoc decimo persequamur materiam. Nam ad finem vndecimi agemus de ijs, quæ prouenientia in aqua, nec plantæ, nec terra, nec lapis, nec animalia sunt.

Hæma, Sanguis.

1 Hæma.

PRo[1] natura animaliũ variat. Huic siquidem animali est liquidior, siccior illi, calidior alteri.[2] Nullus autem sanguis est frigidus.

2 Sanguis nullus est frigidus.

Sanguis suillus.

3 Sanguis suillus, téperie est humano persimilis.

HVmidus[3] & minus calidus est, temperie humano persimilis. Siquidem & carnes suum similes humanis existunt. Vnde quidam ab hospitibus prauis appositas auidißimè humanas carnes ederunt. Etenim ex ipso sanguine, tum generatio prima, tum postea nutritio, ipsis carnibus constat. Itaque quisquis humanum sanguinem morbo alicui vtilem esse ait, in suillo primùm id comprobet. Nam etsi aliquatenus inferior is sit humano saltem aßimile quippiam efficiet: quo cognito, ab humano pleniorem fore vtilitatem sperabimus. Porrò similia efficere

posse

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

posse similia, experti sumus.[1] Nam colũbæ sanguinem, qui capitis ossa confracta perforant, in crassum cerebri inuolucrum effundere assolent. Quidam autem, quũ non esset columba ad manum, palumbi sanguine est vsus: feliciterq; successit. Alius turturem eundem ad vsum applicans, nihil hominem læsit. Similibus siquidem ad eosdem affectus vtimur, vbi quæ antea experti sumus, non adsunt.

1 Columbinũ sanguinem infundi per cranij fracturas.

Hæma peristerâs, Sanguis columbæ.

EO[2] ad hyposphagmata in oculis consistentia quidam vtuntur, venis ad alarũ exortũ incisis, quò sanguis calidus effluat, vt sic ad multos vsus idem perduret animal. Alij pullorum tenerorum extractas pennas, quæ humore redundant, in ipsum oculum exprimunt. [3] Quanquàm sunt nobis collyria varia hyposphagmatis oculorum aptissima: cuiusmodi est, quod plurimum recipit myrrhæ, & quod multũ thuris admittit, necnon quæ ex croco conflatur. Quin & fœnigreci succus sanguini columbino in hoc vtiquepræstat.[4] Præterea sexcentos noui eorũ, quibus Romæ perforata fuere capitis ossa, nec quicquã ab vsu rosacei, citra sanguinẽ columbinũ, offensos. Quare id calidũ sit æquè, atq; columbæ sanguis, necesse est. Cæterũ præter moderationem caloris (cuius fortè contactu iuuat) leuiter etiam adstringit. Itaque melius

2 Sanguis colũbinus hyposphagmatis cõfert.

3 Hyposphagmatis quæ cõueniant.

4 Rosaceũ commodè infundi per cranij fracturas, essęq; non minus calidum sanguine columbino.

inuenire nihil poßis in capite perforato, quàm vt probo rosaceo vtaris.

Hæma nyćteridos, Sanguis vespertilionis.

1 Sanguis vespertilionis. *SI[1] vbi hoc sanguine axillas illeueris, postea chalcanthon aut cicutæ semen inspergas, Xenocrates quidem ait, aut sub illis prorsum pilos non prodituros, aut certè lanuginosos. Alij verò & puerorum pudendis sanguinem verspertilionis illinunt, vt glabras illas partes conseruẽt. Ergo ex refrigeratione partis vehemẽti, eiusmodi quippiam posse contingere, non est à ratione alienum. Non tamen adeò frigidæ facultatis est sanguis vespertilionis: [2] quum in totum nullus sanguis sit frigidus. Porrò hædinum sanguinẽ feruefactum cum pari aceti portione, hæmoptoicos iuuare, prodidit etiam Xenocrates. Quod remedium tutò experiri poteris, vbi nullum aliorum ad manum suppetet.*

2 Sanguis nullus in totum est frigidus.

Sanguis viridium ranarum.

3 Sanguis viridium ranarum. *QVum [3] assereret quidam, illitũ hunc prohibiturum quò minus euulsi semel palpebrarum renascerentur pili, falsum esse id experimento didici.*

Gala, Lac.

4 Lactis optimi notæ. *PErfectißimum [4] lac, nempe quod ab omni aliena qualitate est immune (hoc est, odoris expers, aut exiguũ bonũ odorẽ referens, præterea gustu suaue, pauculam habens dulcedinẽ,*

sicuti

ficuti & faluberrimus fanguis, ex quo & lacti generatio constat) [1] ad acres & mordaces fluxiones est commodissimum, nõ abluẽs modò eas ratione feri ab afflictis particulis, fed etiam ob pinguitudinem corpora illinens, vt non in nuda cadat, quod defluit. [2] Porrò quum lac omnium alteretur facillimè, præfertim fi ambiens fuerit calidus, multum à dicta facultate amittit, nisi protinus quis ab vberibus effufo ipfo calido vtatur. Maximè igitur mulieris bene habitæ & bonam victus rationem feruãtis, lacte vtendum: [3] nam id humano corpori est longè familiarissimum. Deinde aliorum animalium, quæ quidẽ ab humana natura non longissimè abfunt: id quod fcies ex carnium odore. Nam fastidiofus est eorum, quæ multum diuerfam habent temperiem, vt canis, lupi, leonis, pardalis, vulpis, hyænæ, vrfi, & fimiliũ. Non iniucundus est eorum, quæ non porrò abfunt, vt fuis, capræ, equæ, bouis, ouis, & afinæ. Quocirca etiam homines docti experientia, caprino, ouillo, bubulo, afininóq; lacte vtuntur, & cafeos ex eis conficiunt, [4] excepto afinino. Nam id planè tenue est, & plenũ humoris ferofi: [5] veluti bubulum craffum: [6] cæterùm confistentia medium caprillum est. At fus crudum aqueúmque lac obtinet. [7] Iam verò lac omne ex tribus constat effentijs, cafeofa, ferofa, & pingui. Hanc plurimam habere confpicitur bubulum, ex quo butyrum conficitur, fa

1 Lactis vfus.

2 Lac alteratur omnium facillimé.

3 Lac muliebre est homini familiarissimum.

4 Lac afininum est plenũ humoris ferofi.

5 Lac bubulum.

6 Lac caprillum.

7 Lactis fubstantia triplex.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cultatis concoquentis & relaxantis. Quare maximè illo vtuntur ad parotidas & bubonas.

Serum lactis.

1 Serum lactis quæ præstet. AT[1] serum extergendi potentiam poßidet: adhibetúrque subducēdi ventris gratia, ac per clysteres inijcitur, extergens & abluens sine mordacitate acrimoniam intestinorū. Præterea si quis vlcera, quæ sanie infestantur acri, vice aquæ sero colluat, optimè sanè fecerit. Quæcunque etiam medicamenta digerere solent ecchymomata, & atra, ea præstat sero, quā aqua, diluere.

2 Caseosæ lactis substātiæ vsus. [2] At quod lacti caseosum inest, illitum adhæret magis, ob idq; acrimoniam retundit. Atque vbi aliam quampiam desiccantē facultatem habuerit adiunctam, optimum est dysenteriæ remedium, & omnium ventris acrium fluxionum. Eam autē accipit à lapidibus, aut etiā ferreis cylindris, qui prædecocto lacti inijciuntur igniti.

3 Ferri facultas. [3] Ferrum siquidem adstringentis facultatis etiam est particeps.

4 Lactis vsus. [4] Porrò lac totum ad acres oculorū fluxiones tum per se, tum cum mollium collyriorum quopiā est vtile: præterea ad hypopia & hyposphagmata. Quinetiā palpebris extrinsecus, vbi qui ophthalmia laborant, somno sese dabunt, impositū simul cum rosaceo, & ouo, phlegmonas eorū cōcoquet. Sed hoc esto lac mulieris recēns ex mamillis expressum. Infundimus ipsum & vtero exulcerato. Sic eo & ad sedis & pudendorū vlcera vtimur, & ad

omnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

omnia breuiter, quæ leniri postulant. Eapropter & cancrosis applicatur vlceribus, medicamentis anodynis commistum, qualia sunt quæ constãt ex pompholyge. [1] *Collutum etiam, oris phlegmonas mitigat: necnõ tonsillas, columellã, antiadas phlegmone affectas, ac proinde etiam anginam lenit. Est itaque medicamen leniens, totam quidem substantiam habens mordacitatis expertem, sed multò magis, vbi concoctione moderata, potissima pars seri consumpta fuerit.* [2] *Sic mihi videtur etiam Medici ad venena quæ erosione interimunt, lac propinare: veluti sunt lepus marinus, & cãtharis. Sunt etiã, qui & meritò id exhibent ijs, qui aconitum & thapsiam deuorarunt.*

1 Lac collutum anginam lenit.

2 Lac auxiliari iis q venena erodentia vorarunt.

Caseus.

V*Bi* [3] *pinguitudo cum toto lacte cõcrescit, seroso duntaxat humore per coagulationem secreto, pinguis caseus efficitur.* [4] *Qui quidem, qualiscunque sit, temporis spatio acrimoniam acquirit: quam deprehendes gustu & olfactu. Cæterùm impensè acris inueteratúsque iam redditus, maceratúsque decocto suillarum carnium, tophos arthriticorum discutit. At recens caseus & mollis, mirè vulnera glutinat: nam repercutiendi vim possidet, leuiter nimirum refrigerans. Cæterùm oxygalactinus, præter hæc, digerendi etiam quandam vim lenem obtinet.*

3 Caseus.

4 Caseus inueteratus est acrior.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Butyrum.

1 Butyri facultas.

Facultatis[1] *est concoquentis, paulũ etiam habens digerentis potentiæ, in medijs nimirum corporibus secundum duritiem atque mollitiem. Nam corporum planè durorum tumores præter naturam, hoc nequit medicamen digerere. At quæ in mollibus sunt phlegmonæ, eas & concoquit & digerit facilé. Nam parotidas, & bubonas & oris inflammationes, prorsus illo solo curamus, nimirũ puerilibus corporibus, muliebribúsq; eas perpetientibus.*

2 Butyrũ extenuat infantium exitũ dentibus.

[2] *Sed & gingiuis puerorum dentientium aßiduè illitum, nihilo imbecillius melle, extenuat exitum dentibus: cæteró sque omnes oris phlegmonosos affectus, posteaquam fluxio restiterit, digerit pariter, concoquítque. Proinde cataplasmatis inditur, quæ extrinsecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, bubonibúsque.*

3 Butyrum voratum pleuriticis expuitionibus confert.

[3] *Deuoratum etiam, distributúmque, magnificè confert expuitionibus ex pulmone, ídque in pleuriticis peripneumonicísque affectibus: cum hoc quòd eos etiam concoquat. Quòd si solum lingatur, magis quidem concoquit, verùm educit minus: sin cũ melle & amaris amygdalis, plus educit, sed minus concoquit.*

4 Pytia. Coagulũ.

Pytia, Coagulum,

5 Coaguli leporini facultates insignes.

Coagulum[4] *omne acris & digerentis potentiæ est, atq; etiam exiccatoriæ: nam necessariò id superiora comitatur.* [5] *Ac leporis*

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quidem coagulum comitialem morbum, si cum aceto bibatur, præterea profluuium muliebre sanare proditum est: [1] *necnon coactum in ventre lac dissoluere: id quod nos sumus haud dubiè experti, non solùm in leporino, sed in aliorũ etiam omnium animalium coagulo. Sed & sanguinẽ in ventre concretum simili modo epotum coagulum leporinum dissoluit, ac efficacius quidem cæteris, verùm non solùm, quum hoc omni sit commune coagulo.*

1 Coagulũ omne dissoluit lac & sanguinẽ in ventre concretum.

Coagulum phocæ.

HVic nonnulli vires castorij tribuunt.

Chole, Fel.

HIc [2] *succus omnium, qui in quoq; sunt animaliũ calidißimus est. Cæterùm pro varia animalium temperie, calor eius variatur.* [3] *Sunt autem in vniuersum quatuor in singulis animaliũ sanguine præditorum humores: sanguis videlicet, pituita, & bilis tum flaua, tum atra. Verùm dum absolutè dicimus bilẽ, semper intelligimus flauã, quæ in iecoris vesica colligitur. At ipsam flauam bilem interdum Medici pallidã nominãt.* [4] *Sciendũ tamẽ est, flauã tantò esse pallida calidiorẽ, quantò & craßiorem. Nam seroso recremẽto flauæ bili permisto, pallidam constitui cõtingit: sicuti & flauã pluscu lum excalfactã, cõsistẽtia reddi crassam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidẽ ijs, quæ magis sunt calida: quæ ve-*

2 Chole. Fel.

3 Humores sanguine præditorũ omnium cõmunes, sunt quatuor.

4 Flauæ bilis pallidæq; discrimen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rò minus, pallida. Et vbi animalia calida aut fame, aut siti torquētur, ad atrū colorē vergit, interim illum habēs æruginosum, interim cæruleū, interim acuratè fuscū. Porrò vbi ocularia medicamēta præparāt, callionymi, scorpij marini, hyænæ, galli, perdicis, & aliorū quorundam animalium bilē admiscēt. Quare color eius est explorandus. Iam verò taurorum bilis calidior & siccior est, quàm boum castratorum: nam [1] castratum animal semper simile redditur fœminæ, & ijs quæ sunt ætatis minoris. Itaque vt hæc humore superant adulta & perfecta, vincunturq; ab ijsdem caliditate: ad eundē modum bos castratus à tauris. Vt igitur vrina à modica potione modicè pallere, & sitim famémque & multum laborem perpessis, flaua esse cōspicitur: impletis verò, atq; inebriatis, albicans: ita bilis colores mutat. At verò quòd hic humor sit acris, hinc discas licet, quòd reseret hæmorrhoidas, quódque illis ipsis qui vtuntur, mordicare percipiatur. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum, aut symptoma, bilem vsurpemus solā, atque per se. [2] Quippè dum oculis ipsam accommodamus, miscemus illi tum mel, tum fœniculi succum, tum opobalsamum. Domesticarum suum bile (quæ imbecillima omnium, ac maximè aquea existit) vtuntur quidam ad aurium vlcera, medicamento certè non reprobo. [3] Cæterùm vbi vlcus diuturnum fuerit, ac multam saniem

1 Castratū animal reddi simile fœminæ.

2 Bilis quo pacto accōmodetur oculis.

3 Aures pure fluētes, qua specie bilis iuuētur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſaniem & pus contineat, etiam ſicciorem bilem perferet, [1] *puta ouium, quæ paulò eſt acrior ſuilla: hac etiã magis caprarum: cui adſimilis quodammodo eſt vrſorum & boum. At taurorum his valentior eſt: inferior tamen bile hyænarũ: & hæc quoq; inferior bile callionymi, & ſcorpij marini, & marinæ teſtudinis. Volatilium biles omnes tum acriores ſunt, tum ſicciores, quàm quadrupedum: & inter ipſas quoque volucres, gallinarum & perdicum biles ad medicinæ vſum probatiores habentur. Miluiorum verò & aquilarum, impendiò acres ſunt, erodentéſque: quamobrem colore ærugineo videntur, ac nonnunquam atro. Licebit itaq; tibi ſecundum exigentiam affectuum, haſce differentias bilis methodo ad experientiam reducere.*

1 Bilis differẽtiæ pro animaliũ diuerſitate

Hydros, Sudor.

EAndem, [2] *quam vrina, & materiam & modum generationis ſortitur. Siquidem vtriq; generatio exhibito humore conſtat, excalfacto ſimul in corpore, & bilioſæ nõnihil ſubſtantiæ adepto. Verùm ſudor plus eſt elaborãtus, vtpote qui ad cutem vſque permeatis omnibus quæ interſunt partibus, peruênit. Sudores autẽ inter ſeſe & vrinas differre neceſſe eſt: tũ pro animalium temperaturis, quæ & natura, & ætatum ratione non parũ à ſe inuicem ſunt diuerſæ: tũ pro ambientis nos aëris tẽperie.* [3] *Quod ſudor ſalſuginoſæ qualitatis ſit particeps, guſtus teſti*

2 Hydros. Sudor.

3 Sudorem eſſe ſalſuginoſum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

testimonio probatur. Nam sæpenumero nolentibus in os defluens, dictam qualitatem indicat. Sæpe verò etiam non obscuram præfert amaritudinem. Sed color etiam eius naturã designat. Nam sicuti vrina naturalis modicè est pallida, sic & sudor. [1] Porrò tenues exercitatorum sordes, plus repercutiũt, quàm sudor: minus autem digerunt. At vbi sudor illis permistus est, multum facultatis digerentis acquirunt. Quare tumores præter naturam discutiunt: ad phlegmonásque vberum præstantissimo sunt remedio. Quòd si sicciores esse sordes videantur, cyprinum superungito: aut eodẽ ipsas si valde sint siccæ subigito. Si verò cyprinũ ad manum non sit, rosaceũ bonũ miscuisse sufficit. Hoc medicamẽtũ est admodũ vtile, ad restinguendũ & discutiendum lac à partu in mammis concrescens.

1 Sordes exercitatorũ.

Vrina.

2 Vrina omnis facultate est calida.

QVãta [2] est in animalibus bilis diuersitas, tanta item est in vrinis. Atque omnes quidem facultate sunt calidæ, sed plus tamen animalium calidorum, minus autem frigidorum.

Vrina humana.

3 Vrina humana.

HAec [3] aliarum omnium est imbecillima, excepta illa quam reddunt porci domestici, quibus execti sunt testes. Quorum vt temperies, ita vrina similis humanæ existit. At montanorum aprorum valida est, vt vel ex odore acerrimo constat. Sed & in animalibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cæteris ex odore vim eius conijcere licet. Nam degustare ipsorum vrinas planè fuerit abominandum: quum ne pueri quidem vrinam vir quidam honestus vita pariter & moribus, ebibere sustinuerit, [1] *etiãsi pestiferè ægrotaret in Syria, vbi multi ab humanæ vrinæ potione sese liberatos profitebantur.* [2] *Etenim vrina hominum, vt si quid aliud, extergendi vim obtinet: id quod satis fullones indicant, qui sordida vestiũ expurgant vsu illius, atq; extergunt. Quod conspicati nonnulli Medici, ea psoras & lepras detergũt, perfundúntq; vlcera præhumida, & sordida, multóq; magis, computrescentia. Sed & pudendis, vbi sic afficiuntur, vrinam infundũt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras & furfures ea curant, caput identidem perfundentes. At nos hæc facere odimus, quum ad manum sint alia, quæ illis conducant, medicamenta. Quanquàm vlcera digitorum pedis, maximè quæ ex illisione inflicta essent, sæpenumerò, vbi carerent phlegmone, & ipse vrina curaui, idq; in seruis & hominibus rusticis. Cæterùm medicamentum, quod ex vrina pueri cõficitur, quod quidam Chrysocollam appellant, quia eo ad auri glutinationem vtũtur, ad vlcera difficilia sanatu optimum esse assero.* [3] *Fit autẽ id, vbi in mortario æris rubei, pistillo etiam ex rubeo ære confecto, puerilis vrina tandiu sub calido cælo tunditur, donec ob eliquationem attritionem*

1 Vrinę humanæ potione multi sese liberatos à pestilẽti morbo profeßi sunt.

2 Vrinę humanæ facultas.

3 Chrysocollæ faciẽdæ ratio.

tionémque pistilli & mortarij, mellis crassitudinem contrahat.

Sielon, Saliua.

1 Sielon. *VT[1] vrina, & bilis, sic etiam saliua, sumpto quidem cibo, imbecilla est: valida & acris eorum qui ingenti aut siti, aut inedia premuntur: in medio vtriusque est, eorum qui probè concoxerũt quidem, nondum tamen cibum potúmve hauserunt.* [2] *Hac ergo saliua nutrices pueris lichenas curant, paruum videlicet digitum rigantes, ac deinde cutem affectam confricantes.* [3] *Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt: nam celeriter eos digerit, concoquitque: quum si macerarent aqua, non æquè prodesset. Ex quo liquet, saliuam iuuandi robur adferre. Atque corporibus mollibus, aut puerorum, panem, non triticum, imponunt ore commansum. Porrò commansa omnia digerunt & suggillata, & cætera ecchymomata omnia, maximè vbi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus.* [4] *Iam verò vniuersa substantia sua vel maximè aduersa est saliua bestijs hominem interficientibus.*

2 Saliua ieiuni ventriculi ad quę conferat.

3 Triticum mãsum furunculos quàm celerrimè concoquit.

4 Saliua humana aduersatur bestiis hominem perimẽtibus.

Stercus caninum.

STercus omne vim maximè digerentem obtinet. Cæterùm canis, qui solis ossibus fuerit integrũ biduum nutritus, durum, candidum, miniméque fœtens stercus est: [5] *quod quidem exiccatum, redactúmque in pollinem, ad anginam,*

5 Stercus caninũ qbus affectibus conferat.

dysen

dysenteriam, & summè inueterata vlcera optimè accommodatur. Ad anginam quidem, iis mistum, quæ alioqui huic affectui conueniunt: ad dysenteriam autem, iniectum lacti decocto, & quod silices candentes, aut cylindros ferreos extinxerit.

Stercus humanum.

STercus [1] pueri siccum, & cum melle Attico ad læuorem tritum, illitúmque, sanat gutturis phlegmonas.

1 Sterc9 humanum.

Stercus lupinum.

QVidam [2] lupinum stercus cãdidum, quale vbi ossa ederint, lupi solent excernere, quódq; nõ decidisset in terram [3] (lupi enim, vt canes, suspenso altero posteriorum crurum, & meiunt & cacant, in eminente quopiam ex terra loco) aut vino albo, aut aqua distemperatum, colicis potandum dat: nec tantùm in ipsis paroxysmis sed etiam in interuallis, si quidem vacarent phlegmone: felicißiméque cedebat illi negotium. Verùm illud etiam in eo mirabar, quòd vel appensum ilibus vinculo confecto ex lana ouis à lupo laniatæ, aut ex ceruina pelle, euidenter aliquoties iuuisset.

2 Stercus lupinum quibus conferat.

3 Lupi & canes quomodo & meiant, & cacent.

Stercus caprillum.

OMniũ [4] creberrimè vtimur caprillo stercore digerentis & acris facultatis, adeò vt induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, non lienis modò, sed etiam aliarum

4 Stercus caprillum.

partium. Miscere tamen illi solemus farinam fabaceam, necnō oxycratū. Quin & ad aquam inter cutem, & ad spleneticos, variè caprillo stercore vtimur. Sed & vstum tenuioris quidem essentiæ, verùm haud manifestò redditur acrius. Quamobrem sanè ad alopecias cōgruit, & omnia vitia, quæ extergentia medicamenta postulant, vt psoras, lepras, lichenas, & hoc genus alia. Miscetur & digerentibus cataplasmatis, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas, & diuturniores bubonas. Est enim vis eius tū vsti, tum non vsti, abstersoria, & digerens, nec eam paruā habet digerendi potentiam.

1 Morsis à vipera stercus caprillū auxilio est.

[1] Nā eo etiā ex aceto quidā medicus vtebatur in agris ad viperarum morsus, ac multò magis aliarū bestiarū: ac profectò ex ijs complures seruauit. Idē etiā ad auriginē spyrathos ipsas propinauit ex vino: & ad profluuiū muliebre cum thure apposuit. Acrius tamen est medicamen, quàm vt mulieres vrbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare posit. Iā verò animalium temperatura sicciorū, exiccantius stercus est, sicuti & calidiorum magis excalfactorium.

2 Stercus nullū nec refrigerat, nec humectat.

[2] Verùm nullum omnino stercus refrigerat, sicuti neq; vllū humectat. Pro natura etiā eorū quæ edūtur, multa reperitur diuersitas. Proinde in hominibus maior est, quàm in cæteris animalibus: quandoquidem hoc animal diuersißimis maximéque varijs vtitur cibis.

Ster

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Stercus bubulum.

Facultatem habet exiccatoriam, atq; attractoriam etiam, vt sanè ostendit,[1] dum apũ, vesparúmq; morsibus auxiliatur. Quidam autem medicus aqua inter cutem laborantes bubulo stercore oblinens, in solem exponebat. Idem partibus rusticorum phlegmone obsessis, humidum illud vere collectum, dum herbam boues pascuntur, admouit. Est enim id moderatius alio, quod à paleis comestis excernitur: ac proinde accommodatius ad phlegmonas.

1 Stercus bubulum vesparũ morsibus auxiliatur.

Stercus ouillum.

Ille[2] idem medicus, ouium vtebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duros, aceto videlicet diluẽs. Quin & vlcerum ambusta ad cicatricem illo ducebat, id cerato rosaceo commiscens.

2 Stercus ouillum.

Stercus columbinum.

Stercore[3] columbarum nomadum sicco, trito, & cribrato, vnà cum nasturtij semine, vice napyos vtor, ad ea quæ rubrificari postulant: nempe ad omnes inueteratos affectus, cuiusmodi sunt coxendix, hemicrania, scotomata, vertigines, cephalæa, & in lateribus, scapulis, ceruice, ac lumbis, antiqui dolores: necnon nephritides, affectus cœliaci, & podagricæ arthritides: quando in articulis nondum concreti sunt tophi. Est autem hoc stercus minimè fœtidum, præcipuè si sit arefactum.

3 Stercus columbinum quibus auxilietur affectibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Gallinaceum ſtercus.

1 Stercus gallinaceũ. *TRitum,*[1] *propinatúmq; cum tribus quatuór ve oxycrati aut oxymelitis cyathis, eos celeriter iuuat, qui à comeſtis fungis anguntur: nimirum per vomitum craßißimos humores eliciens. Eſt autem hoc ſtercus minus calidum columbino.*[2] *Porrò vt animalia quæ exercitantur, otioſis ſicciora ſunt: & quæ cibis vtuntur calidioribus ſiccioribúſq; ijs quæ frigidis atque humidis: ſic etiam eorum & excrementa, & partes. Quare columbarũ domeſticarũ ſtercus multò imbecillius eſt eo, quod à mõtanis excernitur. Gallinarũ præterea quæ concluſæ ſeruãtur, & furfuribus alũtur, lõgè etiã infirmius ſtercus eſt, quàm earũ quæ in agris paſcuntur.*

2 Exercitata otioſis ſicciora ſunt.

Stercus anſerum, & ciconiarum.

3 Sterc⁹ anſerinum. *ANſerinum*[3] *ſtercus præ nimia acrimonia inutile eſt. Colligo etiã ita eſſe & accipitrum, & aquilarum.*[4] *Sunt qui ciconiarum ſtercus morbo comitiali mederi ſcriptitent. Quo epoto credulus quidam nihil adiutus eſt.*

4 Stercus ciconiarũ.

Stercus murium.

5 Stercus murium. *SIc enim*[5] *& murium ſtercus alopecias curare proditum eſt.*

Stercus crocodilorum terreſtrium.

6 Stercus crocodilorum. *CRocodilorum*[6] *terreſtrium ſtercus, & ſturnorum quum ſolam oryzam ederint, vtrunq; abſtergendi, deſiccandíq; moderatam facultatem ſortitur.*[7] *ac multò moderatiorem*

7 Stercus ſturnorũ.

ſtur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

sturnorum stercus. Porrò crocodilorum stercus, quod mulierũ luxus pretiosum reddidit, vt à facie ephelin tollit, ita & vitiliginẽ, & lichenas.

Rhypos, Sordes hominum.

QVod [1] auriũ sordes paronychijs sit vtilis, proditũ est. Quæ verò in tota cute prouenit, illius sordis, quam paton vocant, nonnihil actionem adiuuat, vt pote desiccandi vim habens cũ nõnulla caliditate. Porrò ea sordes quæ lanis ouium inhæret, [2] ex qua æsypos conflatur, similem butyro concoquendi vim poßidet, paulum etiam digerentis facultatis sortita.

1 Rhypos. Sordes hominum.

2 Oesypos.



GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS,

LIB. XI.



PLERAEQVE *partes sunt animalibus vniuersis communes nulla tamẽ est æquè communis, vt caro. [3] Hanc enim habet omne animal. [4] Cæterùm eam quæ reperitur in musculis solam Medici carnis appellatione dignantur. [5] Nam carnem viscerum nonnulli Parenchyma vocandam censent, propterea quòd ex venis effusus sanguis, cir-*

3 Carnem omne animal poßidet.

4 Caro propriè quæ dici mereatur.

5 Parẽchyma.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cum vasa omnia (vt ipsi arbitrãtur) concrescat. Sed nos nominum contentione neglecta, persequamur proprietates particularum.

Caro viperæ.

NOn omnes animalium carnes hominẽ nutriunt, sed quorundam etiam letales sunt. Tum inter eas quæ hominem nutriunt, quædam tantùm sunt nutrimentum, quædam etiam medicamentum. [1] *Nam viperarum carnes palam videre est excalfacientes, & exiccantes, vbi cõdiuntur, ceu anguillæ, oleo, sale, anetho, porro, & aqua, horum omnium seruato modo. Quòd autem totum corpus per cutem vacuẽt, vel hinc tibi discere licet, quòd elephantici quidam prorsus sint restituti ex potu vini, in quo vipera quædam fuerat extincta.* [2] *Præterea nos elephãticum quendam, misso prius sanguine, atráque bile medicamento purgata, viperis, quas capiebat, vti iussimus, præparatis in olla anguillarũ more. Atque ita sanatus est, euaporato per cutem affectu.* [3] *Porrò viperarum caro, adeò valentem obtinet desiccandi vim, vt quidam, qui eam esitarũt, vehemẽtissima fuerint siti cruciati.* [4] *Quamobrem eas dipsadas nominãt. Sunt tñ qui dicãt demorsos à viperis satiari potu non posse, sed dirũpi potius, quàm liberari siti. Cauendum autẽ est, ne in locis mari proximis, salsuginosísve, venemur viperas, seu ad esum, seu ad theriaces antidoti præparationẽ: quũ verisimile sit,*

1 Carnis viperæ facultas, & concinnandæ modus.

2 Elephantiasis curatio.

3 Viperarũ esus sitim maximam infert.

4 Viperæ cur appellentur dipsades.

ſit, earumque in id genus locis capiũtur, carnes ſalſas exiſtere. [1] Siquidẽ cum cibis etiam animalium mutantur carnes. Porrò quoniam ex more, dũ artiſcos theriacos paramus, non tãtùm caput, ſed earum etiam caudam abijcimus, ſubijt mihi frequenter, [2] rationabile fortaßis eſſe, caput quidem totum abijci, ob venenum quod ore cõtinent: verùm à ratione alienum eſſe, adimere & caudam. [3] Theriacos autem ipſos artiſcos ſic præparamus. Purgatas illas in aqua cũ anetho elixamus tandiu, donec à carne ſeparari facilè poßint ſpinæ. Mox pani purißimo, probè cocto in clibano, ſaliſque & fermenti quod ſit ſatis habenti, ac breuiter reſiccato, & ad læuorem trito, necnon macerato cum ipſo viperarum decocto, carnem prius in mortario tuſam miſcemus. Poſtea verò paruos artiſcos fingentes, atque in ædibus calidis & ſiccis ſiccantes, in talibus eos tandem reponimus. Hos ergo ineunte æſtate conficimus, ſicuti & ſalem ex deuſtis viperis: quo potißimum tempore optima ipſarum eſt caro. Vtimur eis poſtea contuſis denuò & cribratis, rurſúſque ad læuorem redactis, adijcientes nonnihil & ſalis ad ſuauitatem compoſiti: cuius etiam aliquid ipſi theriacæ inijcimus: [4] itaque caro viperæ ſiccat, valentérque digerit: excalfacit verò mediocriter. Properat enim vis eius ad cutem, per eã videlicet, quæ in corpore ſunt recrementa

1 Carnes animalium cum cibis mutari.

2 Viperæ caput, non caudã abiicere oportet ad conficiẽdos artiſcos theriacos.

3 Artiſcos theriacos conficiendi ratio.

4 Carnis vipereæ vires.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Cacochymiæ symptomata.

exigẽs.[1] *Quibus igitur copia mali succi in corpore abundat, ijs pediculorum numerosa multitudo exoritur: & à cute ceu quædam squama abscedit, deciditq; cuticula extrema, ad quam vtiq; solent sisti crassi terrosiq; humores: à quibus sanè psoræ, lepræ, & elephantes nascuntur. Quòd autem ad animalia cætera pertinet, proportione qua in temperatura excedunt, & carnes quoq; eorũ differunt atq; exuperant. Proinde talium animalium carnes perpetuò exhibere oportet, quale volumus corpus humanũ reddere. Nec parua existit carnium differentia, dum quasdam sale condimus. Nã interdum animalis temperie humidissimi caro salita, longè exiccãtior euadit ea, quæ sicca natura existit.*[2] *Verùm inter eas quæ salitæ nõ sunt, siccior est assa quàm quæ in aqua est elixa.*[3] *At verò caro mustelæ arefacta valenter digerit, desiccátq;: proinde morbo comitiali afflictos iuuat epota. Salitorum etiam ælurorũ carnẽ ad læuorẽ contritã, palos & spicula educere aiunt, impositã: sicuti & mytilorũ carnem vlceribus à mordẽte cane inflictis congruere.*[4] *At cochlearum caro, prius in mortario contusa, ac postea ad læuorem redacta, omniũ valentissimè desiccat partes superfluo humore grauatas: adeò vt conueniat hydericis. Ipse autem humor solus, thuri, aut aloë, aut myrrhæ permistus, quoad cerati accipiat crassitiem, medicamen fit tenax, desiccátq;*

2 Carnes assæ sunt sicciores elixis.

3 Mustelæ caro epilepticis auxiliatur.

4 Cochlearum carnes & succus.

cátq; purulentos aurium humores. Sed & fróti impositum hæret, oculorum fluxiones exiccans. Quidam etiam ad palos eximendos vtuntur totis vnà testis ad læuorem tritis: alij ad sistendos menses. Carnes etiam solæ cum farinæ polline tritæ, contusorum vulnera glutinant. Ipsa cochlearum humiditas pilos superciliorum præter naturam habentes, glutinat,

Pinguedo & adeps.

Differt à pinguedine adeps, quòd crassior sit: [1] ac propterea animãtibus totã naturã terrosiorem habentibus, vt bobus & capris, adeps prouenit: [2] humidioribus autẽ, vt suibus benè habitis, ipsa pinguedo. Proinde pinguedo celeriter in ignem posita, colliquescit: nec facilè vbi semel liquata fuerit: rursus cõcrescit, aut cogitur. At adeps, nec facilè funditur liquescítve, & fusus celerrimè congelatur. Porrò adeps suillus, aliorum omniũ est humidissimus, ob idq; actione sua vicinã oleo vim possidet: quãquàm oleo magis tum emolliat, tum cõcoquat: quamobrem cataplasmatis, quæ ad phlegmonas accommodari solent, miscetur. Qui verò mordicationes perpetiuntur, aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprillum adipem quàm suillum inijcimus: non quòd plus acrimonias obtundat, sed quòd concrescat citius: suillus autem instar olei defluat. [3] Quare caprillus potius dysentericis & tinesmosis inijcitur, quando morsum

1 Adeps.

2 Pĩguedo.

2 Dysenteriæ auxiliatur caprillus adeps.

eorum mitigare est consilium. Quanquã ob tenuitatem essentiæ nonnulla magis acrimonias retundunt, vbi in alto mordicatorum corporũ, quod molestum est, hæserit.[1] *Hac ratione adeps anserinus magis obtundit quæ in alto corpore mordicant: præterea suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinaceorum & gallinarum adeps. Porrò calidior semper & siccior est masculorum animalium adeps: & horum ipsorum exectorum minus tum calidus, tũ siccus.*[2] *Quippè mas castratus eiusdem semper generis fœminæ aßimilatur. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & excalfactoria humanorum corporũ. Caterùm pinguedo suis, vt ad nos quidem, largius humectare potest, sed non æquè excalfacere, sicuti neq; oleum: talem quippè caliditatem obtinet, qualis spectatur in nobis. Taurorum adeps suillo multò calidior & siccior est. Sic & adeps vitulinus taurino minus tum calidus est, tum siccus: & hædorum, quàm caprarum. At caprarum minus, quàm hircorum. Rursus taurorũ minus, quàm leonum. Nam horum adeps omnium propemodum adipe potentius digerit. Quippe & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Quare nimis vlcera & phlegmonas irritat. Inueteratis tamen tumoribus, atq; schirri in morem duratis, tum neruorum curuaturis aptißimus est, in quibus sanè suillus videtur minimè efficax.*

1 Adipum differẽtiæ.

2 Castratus masculus eiusdẽ generis fœminæ semper assimilatur.

Tau

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Taurinus autem, quātò calidior ficcióŕq; fuillo est, tantò fuperatur à leonino. Itaque tanquam in medio consistens, meritò vtriq; medicamentorum miscetur generi, & ei fcilicet quod fcirrhosis medetur, & ei quod phlegmonas ad suppurationem perducit: cuiusmodi est tetrapharmacum, ex cera, resina, pice, & adipe cōstans. Verùm omnibus quibus caro est mollior, adeps fuillus conuenit magis. Duram autem & ficcam habentibus, taurinus. At verò adeps, dum inueterascit, feipso & calidior, & acrior, & tenuior efficitur: ac proinde valentius ficcans & digerens: id quod omnibus inueterascentibus accidit, nisi interim computrescant. Porrò vrsorum adipem alopecias curare verè est proditum: quum tamen ad eum affectum probatiora remedia habeamus.

Myelos, Medulla.

VIm[1] habet corpora indurata & fcirrhosa emolliendi. Optimā femper fum expertus ceruinam, dein vitulinam. At hircorū & taurorum, tum acrior est, tum ficcior. Itaq; durities fcirrhosas mollire nequit. Ex vitulina igitur et ceruina pessi cōponuntur ad emolliēdos vteros. Et extrinsecus vteris medicamenta imponuntur, quæ ex medulla parantur, vim emolliendi habentia. Accipitur autem non folùm medulla ex ofsibus, quæ fanè reuera est medulla: fed ex fpina etiā, quæ tū durior, tum ficcior est altera.

1 Myelos. Medulla.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Medullas reponendi ratio.

[1] *Vtranq; autē hyeme collectā, in sicca editáq; domo cum folijs lauri siccis repono, ne videlicet computrescat. At si quando ambiente existēte calido, Austrinóq;, medullas aut adipem velis reponere, vtêris ad id cubiculo quàm maximè fieri poterit temperato, quódq; ad Aquilonem obuersum, apertas habeat paruas fenestras, vt perpetuò flatus inspirantes excipiat.*

Caput mænidum.

2 Caput mænidum.

* M*Aenidum* [2] *sale inueteratarum capitibus vstis ad sedis fissuras vtebatur quidam, & ad columellam diu induratam. Videtur ergo vis illarum esse desiccatoria, non admodum acris.* **Nā vt acrimonia adustarum nonnullis inest, sic omnibus vis exiccandi.*

Caput leporinum.

3 Caput leporis.

A*Lius* [3] *capite leporis vsto vtebatur ad alopecias cum adipe vrsino.*

Caput saurarum.

4 Caput saurarum.

S*Auræ* [4] *caput contritum quidā palos & spicula extrahere, prodiderūt memoriæ: tū myrmecias, acrochordonas, & clauos eximere.*

Cerebrum leporis.

5 Cerebrū leporis.

I*D* [5] *attritum & esum, vtile dicimus esse pueris dentientibus. Quidam etiam aduersus tremores vtiliter edi cerebrum hoc prodidere.*

6 Cornua ceruina & caprina vsta.

Cornua ceruina & caprina, vsta.

D*Entes* [6] *candidos reddunt fluidásq; gingiuas contrahunt. Quòd si ceruinum ab*

vstion

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vstione lauetur, dysenteriam, & sanguinis excreationem, præterea cœliacos affectus sanat. Aurigini etiam dicũt id esse vtile. Ex quo quidem duo exhiberi cochlearia ad omnia ista præcipiunt. Quidam etiam ipsum miscuerunt collyrijs desiccantibus oculorum fluxiones.

Pulmo agninus & porcinus.

INtertrigines [1] *à calceamentis curare creditur. At vulpinus si bibatur siccatus, asthmaticos iuuat.* 1 Pulmo agnin⁹, porcinus, vulpinúsq;.

Iecur canis rabidi.

SI *assum* [2] *edatur, remedium existere ijs qui ab ipso rabiente cane fuerint emorsi, quibusdam proditum est.* 2 Iecur canis rabidi.

Iecur caprinum.

QVidam [3] *ipsum assantes, saniémq; excipientes fluentẽ, ea vtũtur ad nyctalopas. Vaporem autem eius, dum elixatur, oculis apertis excipiendum præcipiũt. Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accommodari aiunt, & eos, qui comitiali morbo sunt obnoxij, coarguere. Idem potest hircinum hepar.* 3 Iecur caprinum.

Iecur lacertæ.

ERosis [4] *impositum dentibus, eos dolore liberare nonnulli scriptis mandarunt.* 4 Iecur lacertæ.

Venter mergi.

QVod [5] *de hoc & de interna tunica ventriculi gallinarum proditum est, id vanam esse promißionem comperimus.* 5 Venter mergi.

Castor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Castorium.

1 Castorij vires.

TEsticulos [1] castoris vocãt castoriũ, medicamen & celebre & multi vsus. Euidenter siquidem calfacit. Quum autem calfaciẽtia omnia, quæ consistentia sunt sicca, vbi cõtactæ substãtiæ quippiã digerunt, continuò etiam illa desiccent: manifestum vtiq; est, castorium etiã desiccare haud obscurè: id quod illi cum multis est medicamentis commune. Quia verò impensè subtilium est partium, ob id plus valet quàm alia, quæ similiter, vt ipsum, tum calfaciunt, tum siccant. Nam quæ tenuium sunt partium medicamenta, ijs quæ sunt crassarum, efficaciora sunt, etiamsi parem sortita sint facultatẽ: nimirum quia magis penetrant. In conuulsione igitur à plenitudine, quæ in neruis est, orta, & bibendum castorium exhibe, & cuti foris etiã impone. Vbi verò ex siccitate nimia conuulsio obuenerit, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundem modũ ijs qui præ plenitudine aut tremunt, aut singultum patiuntur, est vtilissimum: aduersissimum verò ijs, quibus id ab inanitione, aut acrium humorũ morsu accidit. Vbi itaq; excalfactiõe, aut resiccatione, aut vtraq; simul actione est opus, maximã in vsu castorij experiere commoditatem: nec vllã parti alicui noxam afferet, potissimùm si homo non febriat, [2] aut febrim non admodum calidam perpetiatur, sed tepidam, qualis maximè in ca-

2 Lethargicorũ febres esse tepidas.

taph

taphoris & lethargis accidit. Ac multis sanè castorium vnà cum pipere albo, vtrunq; mensura cochlearij, ex melicrato propinauimus: nec quisquam vllam percepit noxam. [1] *Sed & retentis mensibus, vbi per venã, quæ in talo est, modicè euacuassem sanguinem, oblato castorio vnà cum pulegio, aut calamintha, semper medicamen hoc sum expertus, purgationem ciere, citra vllam assumentis læsionem. Præterea locos morantes eijcit: eáq; omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ab occasione frigida ita venter flatu distenditur, vt ægrè curationẽ admittat, eos ex oxycrato potum castorium adiuuat. Quæ porrò iuuat in corpus intrò sumptum, ijs prodest quoq; cuti impositum, cum Sicyonio, aut veteri oleo. Quæ verò ampliori calore indigent, ijs etiam per se infricari debet. Iuuat etiã, si quis suffitum eius prunis impositi inspiratione hauriat, illos præcipuè affectus, qui in pulmone consistunt, aut capite. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus, qui quidem habent adiunctam febrim, præstat non dictorum oleorum aliquo macerantes curare, sed potius ex rosaceo capiti collóque imponere.*

1 Menses educẽdi ratio.

Lumbi scincorum.

QVæ [2] *circa renes scincorum sunt, bibuntur,* [3] *tanquam pudenda intendere valeant. Contrarium autem moliri videtur semen lactucæ potum ex aqua.*

2 Scincorũ lumbi.

3 Semẽ quę promoueãt & arceant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Vngues caprarum & asinorum.

1 Vngues caprilli, asininique. QVidam [1] vngues caprarũ deustos, móxq; aceto perfusos, allopeciis illinunt. Itaque fuerit & talis cinis facultatis exiccatoriæ. Sunt qui combustos asinorũ vngues comitialem morbum curare dicant, si scilicet aßiduò bibantur. Si verò macerati oleo applicentur, digerere chœradas. Sed & ipsum cinerem, si siccus inspersus fuerit, sanare perniones.

Ossa combusta.

2 Ossa cõbusta. ADmodum [2] digerentẽ, exiccantémq; vim obtinent: maximéq; (vt quidã ferunt) humana. [3] Noui siquidem nostratium quosdam *combusta ossa humana potui exhibuisse, ac multorum sic epilepsiam & arthritin curasse.

3 Ossa humana.

Senecta serpentis.

4 Exuuiũ serpentis. HAnc [4] scripsere quidam in aceto bullitam, dentium mederi doloribus.

Pellis ouina recèns detracta.

5 Pellis ouilla. CIrcumposita [5] verberatis, eos die ac nocte vna persanat. Concoquit enim & discutit sub cute concretum sanguinem.

Equorum lichenes.

6 Equorũ lichenes. EAs [6] aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdam est. Alij verò & ad cuiusuis feræ morsum adhiberi consulunt.

Tela aranei.

7 Tela aranei. HAnc [7] scribunt nonnulli à phlegmone tueri summæ cutis vlcera.

Coria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Coria vetera vsta.

EOrum [1] cinis exiccatorius existit. Quare vlcera ex attritione, & ambusta, & intertrigines, quæ in feminibus sunt, persanat. 1 Coria vetera vsta.

Ostrea.

OStrea [2] quidam nuncupant testacea omnia: ostreum autem, vnam tantùm testaceorum speciem. 2 Ostreia.

Buccinæ & purpuræ.

BVccinarum [3] & purpurarum testa vsta, redactáq; in tenuissimum pollinem (quod sit tibi commune præceptum in testaceis & lapidosis omnibus) desiccandi vim obtinet, ac proinde vlceribus malignis opitulatur: id quod etiam cõmune est omnium, quæ citra insignem morsum vehementer desiccant: quippè quum alioqui fluxionum causa existant. Hoc etiam est omnium id genus commune, quòd ex aceto, aut oxycrato, aut œnomelite, aut oxymelite, idonea sint vlceribus putrescentibus. 3 Buccinæ. Purpuræ.

Ostrea.

*OStreorum [4] testa vsta similis est facultatis buccinarum testis, tametsi minus crassæ. Etenim omnia id genus cogendi quandã in se facultatẽ obtinẽt, per quam cõdensata eorũ essentia, dura terrosáq; sunt reddita. Quã vbi per vstionem posuerint, digerentem facultatẽ adsciscũt. * Quòd si ea, vbi vsta fuerint, laueris, quicquid habebant igneũ, in aqua ponunt.* 4 Ostrea.

Quare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Quare aqua sanè ipsa excalfaciēs cū tenuitate redditur, adeò vt putrefaciat interdū: reliquum verò terrosum, morsus expers efficitur: maximéq; implēdis & cicatrice claudendis humidis vlceribus auxiliatur. Caeterùm vlceribus cauis & fistulosis, fluxioníq; obnoxijs vlceribus ex suillo adipe inueterato foris circūpono ipsum: in sinū autē aliquid eorū quae talia carne implēt,
1 Testarū cinis. *impono, quale existit diaphanes vstū.* [1] *Quin & dētes splendidiores testarū cinis efficit, non tātùm extergēdi potētia, sed & asperitate substantiae, veluti & pumex, & testa clibani. Verùm in vsu eiusmodi nō est necesse quae sic vsta sunt, admodū laeuigare, sicuti dū inspergūtur vlceribus. Porrò excrescētiā mediocriter exterūt, comprimúntq;. Ad haec, vsta omnia id genus cum sale dentium smegma efficacius reddunt, vt non modò laxitatem mollitiémq; gingiuarū desiccet, verūetiā vlcera putrescentia adiuuet.*

Sepiae testa.

2 Sepiae testa. *SEpiarum* [2] *testa admodum laxa est, nō vt ostreorum lapidosa. Itaq; abstersio illi cùm alijs testis communis est, veluti & desiccatio: caeterùm partium tenuitas eximia illi prae caeteris inest. Quocirca vsta ea vtimur ad vitiligines, ephelin, lentes, & psoras. Quin & fossili sali mista, in oculis existētes vngues, & sycoseis vocatas eliquat. At antequàm vratur, dentibus splendorem conciliat, & vlcera desiccat.*

Opercu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Opercula purpurarum.

EA [1] quidam prodiderunt memoriæ turgidos lienes sanare: suffitu eas, quæ vteri suffocatione periclinantur, iuuare: præterea retentos eijcere locos. 1 Purpurarum opercula.

Lana succida.

IDoneè [2] excipit irrigationes, quæ adhibentur contusis, aut quouis modo percußis, vt quæ vtilitatem ex illis proficiscentẽ promoueat: [3] idq; propter œsypon. Lota verò, apta est humoribus qui irrigãtur, excipiẽdis. [4] Porrò vsta vim habet acrẽ, pariter & calidã, vnà cũ partium tenuitate. Itaq; molles præhumidásq; vlcerum carnes celerrimè eliquat. Inditur & in medicamẽ desiccatorium. [5] Vrito eã, tanquàm alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertusum.

2 Lanę succidæ vsus.
3 Oesypus.
4 Lana vsta.
5 Lanam vrendi ratio.

Pili vsti.

SImiliter [6] vstæ lanæ excalfaciendi exiccandíq; poßident facultatem. 6 Pili vsti.

Ouorum facultates.

OVa partes animalium non sunt, sed proportione respondent ijs quæ agnascũtur. Sunt autem facta ad propagationẽ generis, perpetuitatémque: ac sunt vtilia, ceu nutrimenta. [7] Porrò ouorũ album & tenue illud, quo item ad ophthalmas vtimur, ex numero est medicamentorum minimè mordicantiũ. At vnã prauitatem solùm patiũtur oua, quã scilicet affert

7 Ouorum facultates.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vetustas: eámque facillimè effugias si vtaris re
1 Oui temperies. centibus. [1] Est autem ouum symmetro temperie
frigidius. [2] Vtendum autem est oui albumine,
2 Albumē oui quibus affectibus conferat. nō tantùm ad oculos, sed ad alia omnia, quæ me
dicamenta requirunt suauissima vt sunt vni-
uersa sedis & pudendorum vlcera cōtumacia.
Miscetur quoq; idoneè medicamentis profluuiis
sanguinis ex cerebri inuolucris reprimentibus,
quæ nimirum citra morsum illinuntur, adstrin
3 Vitellus oui. gúntque. [3] Cæterū & ipse vitellus assimilis est
naturæ, ac proinde miscetur ceratis morsus ex-
pertibus. Verùm quantò plus desiccant quæ sunt
assa oua, tantò minorē mitigandi vim obtinēt.
Miscet̄ & cataplasmatis phlegmonē extinguē-
4 Ouo toto ad quæ vtamur. tibus. [4] Iam verò crudo toto ouo vtimur admi
sto rosaceo, ad palpebrarum aurium, mamma-
rum, aliarúmq; omnium partiū phlegmonas.
5 Ouū in aceto percoctum, esumq́;, dysenteriæ auxiliatur. [5] Adhæc, in aceto coctum ouum si edatur, ven
tris fluxiones desiccat. Quòd si etiam eorū quip
piam, quæ ad dysenteriam aut cœliacum affe-
ctum conueniunt, adiunxeris, atque in igne mo
dico, fumiq; experte frixeris, edendúmq; ita præ
beas, non minimū sanè ita laborātes adiuueris.
6 Ambustis ouum opitulatur impositū. [6] Ad ambusta etiam ouum est protinus impo
situm, vtile, siue quis seorsum albumen dunta-
xat ipsum molli lana excipiat: siue etiam cū vi
tello confundens, cōmiscénsq;, applicet. Medio-
criter enim refrigerat, & citra morsum desic-
7 Anacollemata. cat. [7] tale quum sit, & ad anacollemata voca-
ta, quæ

ta, quæ fronti imponuntur, eo vtimur, & pilos palpebrarum agglutinamus: nimirum admisto idoneorum quopiam, cuiusmodi est thus, potissimùm pingue, ac non inueteratum & siccum. Ouum igitur medicamẽtis quæ humiditates desiccant, aut elixum, aut assum, aut frixum, tanquam materia miscetur: [1] *ijs verò quæ lentorẽ humorum in pectore pulmonéque incidunt, sorbile: id quod in aqua eo vsque elixari debet, donec incalescat. Simili modo sumptum, gutturis, stomachi, ventris, intestinorum, atque vesicæ medetur asperitatibus.*

1 Ouũ sorbile quib⁹ conueniat.

Echinus, hoc est, erinaceus combustus.

E*Rinacei* [2] *vtriusq; tũ marini, tũ terrestris corpus vstũ, cinerem efficit facultatis tum extergentis, tum digerentis, tum extrahentis.*

2 Echinus. Erinaceus.

3 Cochleę. Limaces.

Cochleæ, siue limaces.

C*Ochleæ* [3] *si totæ cum testis vrantur,* [4] *admista galla omphacitide, simúlque pipere albo, mirè prosunt dysentericis, in quibus vlcera computrescere non cœperunt. Conuenit autẽ, vt piperis sit pars vna, gallæ verò duæ, quatuor cochlearum. Hæc vbi ad vnguem læuigaueris, cibis inspergito, bibendúmque aut ex aqua aut ex vino albo & austero, præbeto. Cæterùm absque gallæ mistione cinis cochlearum admodum resiccãtis est facultatis, obtinens itẽ nonnihil ex vstione calidum. Porrò cochleæ quæ*

4 Dysenteriæ optimum medicamen.

vstionem non sunt expertæ, si vnà cum testis tritæ imponantur, & toti vētri aqua inter cutem laborātium, & in articulorum tumoribus, ægrè quidem diuelli poterūt, cæterùm impensè desiccant, vel si viscidus craßúsque humor in alto contineatur. Et sanè inhærere sinere oportet, donec sponte decidant. Idem faciendum in tumoribus ex ictu natis, difficilè solubilibus.

Carcini, hoc est cancri, vsti.

1 Carcini, siue cancri vsti.

F*Luuiatiliū*[1] *cancrorū cinis, quanquā similiter prædictis exiccatorius est: substantiæ tamen proprietate mirabilis est eius in ijs qui à rabiēte cane sunt morsi, effectus: ísq; tum solus, tum cū gentiana, & thure multo præstantior. At thuris partem esse vnā oportet, quinq; gentianæ, cancrorū decem.*[2] *Ex quo quidem medicamine Aeschrion Empiricus, conciuis atq; præceptor meus, ijs qui à rabido cane emorsi fuerāt quotidie diebus quadraginta mēsuram cochlearis magni cum aqua bibendam dabat.*[3] *At si nō protinus ab initio, verùm aliquot post dies, curam cepisset demorsi, tūc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum verò vulnus applicabat emplastrum, quod ex pice Brutia. opopanace, acetóque conficitur: habens picis libram vnam, aceti acerrimi sextarium vnum Italicū, opopanacis verò vncias tres. Hæc itaq; monita volui de cancris, quum nullus eorū qui vsi illo medicamento fuerunt, extinctus sit.*

2 Galeni præceptor fuit Aeschrion Empiricus.

3 Morsos à rabido cane curandi ratio.

Che

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Chelidones, siue hirundines, vstæ.

SEd[1] & hirundinum cinere permisto melli permulti vtuntur contra omnes affectus gutturis. Vtuntur & ad acuendum visum nonnulli hoc cinere. At alij eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibent.

1 Chelidones, siue hirundines vstæ.

Tettiges, hoc est cicadæ.

CIcadis[2] etiam nonnulli vtuntur ad colicos affectus, cum paribus numero piperis granis. Alij assas edendas offerunt, quibus affecta vesica est.

2 Tettiges. Cicadæ.

Corydos, Galerita.

GAlerita[3] auis illa pusilla, quæ in capite veluti galerum ex pilis habet conflatum, in iure elixa colicos adiuuat,[4] veluti & ipsa herba corydalis appellata. Verùm aßiduè eam simul cum iure esse est necesse.

3 Corydos. Galerita.

4 Corydalis.

Alectorides, Gallinæ.

GAllinarum[5] ius simplex retinendi vim poßidet,[6] vti gallorũ subducendi. Concoquendi autem sunt cum sale diutißimé.

5 Alectorides. Gallinæ.

6 Gallorũ ius.

Gale, hoc est, mustela.

EIus[7] cinerem cum aceto illitum podagricos iuuare est proditum: ipsam verò arefactam prodesse comitialibus morbis.

7 Gale. Mustela.

Ranæ vstæ.

RAnarum[8] inspersum cinerem sanguinis eruptioni mederi referunt: cum liquida autem pice sanare alopecias.

8 Ranæ vstæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hippocampus.

1 Hippocã-pus. HVius [1] etiam cinerem alopeciјs prodeſſe eſt proditum, facultatíſque exiccantis & extenuantis exiſtere.

Tellinæ ſalſæ.

2 Tellinæ ſalſæ. SAlſas [2] tellinas vſtas adeò vrentem efficere cinerem aiunt, vt is cum cedria euulſos radicitus ex palpebris pilos, inſtillatus in locũ, eos renaſci prohibeat.

Inteſtina terræ, ſiue lumbrici.

3 Inteſtina terræ. Lumbrici. COntrita, [3] neruíſque diuiſis impoſita, mirum in modum ea prodeſſe eſt proditum. Præterea cum vino pota, medicamen eſſe mouendæ vrinæ idoneum.

Cimices.

4 Cimices. EAs [4] cum aceto bibitas, eјcere hirudines aiũt: quas nos ſemper eſu alliorũ eiecimus.

Cantharides.

5 Cantharidum facultas. CVm [5] idoneis emplaſtris impoſitæ, adeò ſcabros vngues educũt, vt toti cadãt. Præceptorum meorũ quidam, earũ nonnihil ſolet diureticis medicamentis inјcere. At nõnulli ſolas alas & pedes inјciunt: alј cõtrá. Cæterùm nos

6 Cantharidas eligẽdi ratio. totas indimus. [6] Porrò aptiores ſunt eæ cantharides, quæ inuentæ in frumento, lutea tranſuerſim in alis cingula obtinent.

Bupreſtis.

7 Bupreſtis. ANimal [7] eſt canthari di tum ſpecie, tum viribus ſimile.

Pityo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pityocampe, Eruca picearum.

Eiusdem[1] *sunt facultatis.* 1 Eruca picearum.

Salamandra.

Salamandræ[2] *cinerem quidam septicis, lepricis, psoricísque miscent facultatibus.* 2 Salamandra.

Narce, Torpedo marina.

Si[3] *applicetur viua cui caput dolet, fieri potest vt dolore liberet. similiter alijs quæ sensum obstupefaciunt.* 3 Narce. Torpedo marina.

Draco marinus, & trigle, & alia id genus.

Viuas[4] *etiamnum hasce animãtes apertas, et protinus partibus affectis appositas prodesse traditũ est. Nempe draconem marinũ in suum ipsius ictum impositum: similiter & Triglam in draconis:*[5] *mures domesticos in ictum scorpij,*[6] *veluti & sauram:*[7] *mygalẽ in suum ipsius & sauram Chalcidicã, quam ex vino bibendam præbent, tanquã suum ipsius morsum sanet.*[8] *Porrò scorpium suum ipsius morsum curare, si tritus imponatur, necnõ si assus edatur. Congruere autẽ aiunt & ijs, qui à vipera sunt emorsi:*[9] *ascalaboten verò ijs, qui à scorpio.*[10] *Referunt etiam & in Aegypti regionibus arefactũ Asiracũ exhiberi ijs, qui à scorpio percussi sunt:*[11] *& vocatum cybiũ vtiliter vulneri à cane inflicto adhiberi. Cæterũ in oleo frixis totis animalibus, ipso oleo vtebantur nostratium Medicorum quidam: sed & superiorum*

4 Draco marinus. Trigla.
5 Mus.
6 Saura.
7 Mygale.
8 Scorpius.
9 Ascalabotes.
10 Asiracus.
11 Cybiũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Pityocãpæ. 2 Vrtica marina. 3 Lepus marinus. 4 Silphi. 5 Onisci.

nonnulli ad pilorum effluuium: nẽpe [1] pityocãpis, [2] vrticis marinis, [3] lepore marino, & scolopendra marina: [4] ad aurium verò dolorem, silphis in oleo coctis, [5] & ijs quos Græci oniscos, Latini multipedes vocant.

Vulpes, & hyænæ.

6 Vulpes. 7 Hyæna. 8 Oleum vulpinum summè auxiliari morbis articularib9.

OLeum [6] in quo elixa vulpes est, non est potentioris in digerendo facultatis, quàm in quo [7] hyæna: que si similiter in oleo elixetur, oleum ipsum longè potentissimæ facultatis in digerendo redditur. Talia autem medicamenta vim habent, ea quæ in alto corpore delitescunt, ad extimam cutem trahendi, atque eo nomine quandoque dolores sedandi. [8] Quare qui vtuntur vulpibus, & ipsi oleum digestorium efficiunt, atque inde impletis eo alueolis, totos arthriticos in eos demittunt, multo tempore inibi immorari iubentes. Ex quo fit, vt non tantum qui circa articulos sunt tumores vacuentur, sed etiam vniuersum corpus. Vnde certè magnum consequitur commodum, quum nihil præterea amplius in affectas partes sit defluxurum, nimirum euacuato iam corpore.

Adarcion.

9 Adarcion.

ESsentia [9] quidem sua veluti spuma est aquæ salsæ concreta, idq; circa arundines & farragines. Est autem acerrimum, simúlq; calidissimum pharmacũ, proinde & per se inutile. Verùm commisceri solet ijs quæ vim eius retundunt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tundunt:sicq; fit multò vtilissimum in ijs affectibus, qui excalfieri postulāt, foris impositum. Nam id intra corpus sumi impoßibile est.

Alcyonia.

ALcyonia[1] omnia detergunt, ac digerūt, qualitatem habētia acrem & calidam. Est autem eorum vnum densum & graue, odoris praui. Olet enim pisces putridos, spongiæ in specie simile. Alterum verò figura lōgiuscula, leue, & rarum, odorem habens similem phycijs. Aliud tertium vermi simile specie existit, colore purpureo, consistentia molli: vocant id Milesium. Post quæ quartum secundo quidem iam posito similiter & leue & rarum, verùm lanis succidis simile. Denique & quintum extima superficie læui, cæterùm interna substantia asperum, nullius odoris, gustu tamen apparēs acre. Quod sanè omniū alcyoniorū est calidißimum, adeò vt pilos deurere poßit. Itaq; quū duo prima lichenas, alphos, psoras, leprásq; adiuuent, præterea cutē splēdidiorē efficiant, idē præstare nō potest hoc vltimo loco positū. Nec enim perinde vt illa cutē dūtaxat summam extergit, sed etiam excoriat, ita vt vlcera inducat. Porrò quod tertio ordine recensuimus, omniū tenuißimum est. Quare vstū alopecias curat illitū cū vino, colore quidem fuluo, tenui tamē essentia. Quartum autē eiusdem cum hoc speciei, vires obtinet, verùm haud parum imbecilliores.

1 Alcyoniorum facultates & differētiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sal.

SAl eiuſdem genere facultatis eſt, ſiue foßilis
1 Salis differentiæ. ſit, ſiue marinus: [1] verùm hoc differũt, quòd
ſalis è terra effoßi ſubſtantia magis compacta
ſit, ac proinde in eo maior partium craßities,
& adſtringendi potẽtia. Marinus itaque affu
ſa aqua liqueſcit protinus, id quod non accidit
foßili. Eiuſdem ſpeciei cũ marino eſt, qui in ſta-
gnis quibuſdam ſalſuginoſis naſcitur, æſtate vi
delicet aquis ex ijs æſtu abſumptis: cuiuſmodi
2 Salſæ qualitatis facultas. eſt Tragaſius, non procul à Sminthio. [2] Igitur
quum qualitas ſalſa digerat ſimul & cõtrahat
3 Aphronitrum. contactam ab ipſa ſubſtantiam, [3] aphronitrũ
in hoc differt, quòd in ipſo vnum ſaporẽ exupe-
rantem ſit videre, quem vocant amarũ, vim
habentem digerendi, haud item cõtrahendi, vti
4 Salis facultas. ſal. [4] Nam hic, quicquid in corporibus humidũ
eſt, id totum abſumit: & quod reliquum eſt ſub
ſtantiæ ſolidæ, adſtrictione contrahit: ac proin
de etiam conditura ſua carnes ſeruat, à putredi
5 Putreſcẽtium ſubſtantia. neq; tuetur. [5] Quippè quæ putreſcunt, excremẽ
titium humorem continẽt, ſubſtantiámq; tum
diſſolutam, tum minimè cõpactam. [6] Quibus
6 Putreſcere quæ nullo modo poſsint. ergo corporibus nulla prorſum ineſt ſuperflua
humiditas, ceu melli optimo, & ſubſtantia ſoli-
da & compacta eſt, vt lapidibus, ea vt pu-
treſcant eſt impoßibile. Quare in ijs ſalis non
probatur vſus: ſed in illis tantùm, in quibus ſu-
ſpecta eſt putredo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sal vſtus.

DIgerit[1] quidem potentius, quàm vſtionis expers, quantò ſcilicet ſubtilius ipſius corpus, accepta ab igne facultate, redditur. 1 Sal vſtus.

Litrum, Nitrum.

OStenſum[2] eſt hoc medicamen in medio ſalis & aphronitri vires habere. 2 Litrum. Nitrum.

Halos anthos, Flos ſalis.

LIquidum[3] eſt medicamẽ, tenuiúſq; quàm ſal vſtus: præterea qualitatis acris, facultatíſque admodum digerentis. 3 Halos anthos. Salis flos.

Halos achne, Spuma ſalis.

SPumoſa[4] eſt ſalis efflorescentia, multò tenuioris naturæ, quàm ipſe ſal. Quare & extenuare, & digerere, quàm ille, multò plus poteſt. Verùm quod ſubſtantiæ eſt reliquum, contrahere, vt ſal, nequit. 4 Halos achne. Spuma ſalis.

Aſphaltos, Bitumen.

VNum[5] & ipſum eſt ex ijs quæ in aqua marina proueniunt, & in alia quapiam quæ non eſt marinæ diſsimilis, vt in Apollonia Epiri, vbi reperitur hoc medicamen in aquis ſponte naſcentibus, veluti ſpuma quædam innatans. Quo ſanè tẽpore eſt molle: poſtea verò reſiccatum, pice ſicca durius efficitur. 5 Aſphaltos. Bitumen.

Bitumen proueniens in mari mortuo.

OPtimum[6] verò bitumen in mari quod mortuum vocant, prouenit. Cuius medicaminis vis eſt tum reſiccatoria, tũ excalfactoria 6 Bitumen quod in mari mortuo naſcitur.

in

in secundo excessu. Meritò itaque vtuntur eo ad cruẽtorum vulnerum glutinationem, & ad alia omnia, quæ exiccari debẽt, ceu modica excalfactione.

Spongos, Spongia.

1 Spongia vsta. *SPõgia[1] vsta, acris est & dirigẽtis potẽtiæ. Vtebatur ea præceptorũ meorũ quidam ad sanguinis eruptiones, quæ manuali opera indigent.[2] Porrò admouebat eã partibus sanguine profluentibus etiãnũ ardentẽ, vt & crusta parti induceretur, & ipsum spõgiæ corpus, ceu operculũ adhæreret. At verò spongia noua, nõ sicut lana aut linamẽtũ, materia duntaxat est, quæ humores irrigãdos excipiat, sed etiã manifestè desiccat. Quare vulnera glutinat, si aqua aut oxycrato, aut vino admoueatur imbuta: à qua sanè, quæ antiqua est longo spatio relinquitur.*

2 Spongiã ardentẽ auxiliari eruptionibus sanguinis.

Garum.

FAcultatem habet admodũ calidã atq; siccam. Proinde eo quidã ad vlcera vsi sunt putrescẽtia: tũ dysentericis, ischiadicísq; iniiciũt.

Halme, Salsugo.


3 Halme. Salsugo. *SImiliter[3] garo ad putredines accommodatur: & ad ischiadas & dysenterias iniicitur. Etenim acrimonia sua humores coxã infestantes attrahit: ob idq; per intestina euacuat: putrescentia verò vlcera in dysenteria colluit, & siccat. Maximè tamẽ salsugine salsorũ silurorum & manidum ad talia Medici vtuntur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE SUBSTITUTIS,

LIBER



VBSTITVTA medicamenta dicuntur, quæ in alterius locum substitui possunt: quorum sanè cognitio plurimum ad medendi vsum confert. Plerunque siquidem destituti Medici ijs quæ ad morbum exterminandum maximè expedire arbitrantur, neque expendentes ea quæ similem ferè vim obtinentia, vice illorum assumi possunt, ægris opitulari nesciunt. Quod ne tibi aliquando contingat, en subdimus omnia pharmaca substituta, ordine literarum disposita.

Pro		Substitues
Abrotono	*A*	*Origanum.*
Absinthio		*Abrotonum.*
Acacia		*Succum lentisci.*
Acoro		*Radicem asari.*
Aerugine		*Atramentũ sutorium.*
Amianto		*Aphronitrum.*
Agallocho		*Calamum odoratum.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro	Substitues
Agarico	*Euphorbium, aut epithymum.*
Alga	*Anchusam.*
Aloë Indica	*Aloës viridis folia, foliũ vel glauciũ vel fimũ ibis, vel Lyciũ, vel centaurium.*
Alumine	*Salem foßilem.*
Ammi	*Anisum.*
Ammoniaco thymiamate	*Propolim.*
Ammoniaco sale	*Cappadocum salem.*
Amomo	*Acorum.*
Amylo	*Gyrin siccam.*
Amygdalis amaris	*Absinthium.*
Anchusa	*Hyacinthum.*
Aniso	*Daucum.*
Arace	*Sesamum.*
Aristoloch. rotunda	*Aristoloch. longam.*
Argemone	*Sisymbrium.*
Armenio lapide	*Atramentũ Indicum.*
Asbesto	*Adarcen.*
Aspalatho	*Erices semẽ, aut viticis.*
Asphodelo	*Succum betæ.*
Asaro	*Zingiber.*
Aßio lapide	*Gagaten, aut salẽ Ammon. tostum.*
Auripigmento	*Sandaracham.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Substitues
Balaustio	B	Malicorium.
Bdellio		Sphagnum odoratum.
Bitumine		Picem Brutiam hum.
Brutia pice		Picē ī aceto feruefactā
Buccina		Ostreum.
Buprestì		Laser aut hirudinem.
Butyro		Lac bubulum coactū.
Cadmia	C	Leucographin Aegyptiam.
Calamo odorato		Sphagnum.
Canchry		Baccas lauri.
Cantharidibus		Phalangia.
Capparis radice		Erices radicem aut miricæ.
Cardamomo		Fructum myrti.
Casia		Cinnamomi dimidiū.
Castorio		Silphium.
Cedria		Ladanum.
Ceraunio		Leucographin.
Ceruina adipe		Anseris adipem.
Cera		Fabā fresam cū propoli coctā & tritam.
Cerui cornu		Caprinum.
Cerussa		Scoriam plumbi.
Chalbane		Sagapenum.
Chamædry		Lapathi radicem.
Cicuta		Semen coriandri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Subſtitues
Cinerula Cypria		*Cinerem fol.oliuæ.*
Cinnabari		*Roſaceos paſtillos.*
Cinnammomo		*Caßiæ duplum.*
Clinopodio		*Heliotropium.*
Cnico		*Viticis ſemen.*
Colocynthide		*Ricini ſemen.*
Colophonia pice		*Apochyma.*
Corallio		*Moly,aut ſymphytũ.*
Coſto		*Cedri fructum.*
Cotyledone.		*Anagallin.*
Crinanthemo		*Aphrodißam.*
Croco		*Crocomagma.*
Crocomagmate		*Agallochum Indicam.*
Crocodili adipe		*Canis marini adipem.*
Cumino		*Braßicæ ſemen.*
Cynosbato		*Solani veſicarij ſemen.*
Cyperi		*Iuniperum magnam.*
Cyphi		*Caricam vſtam.*
Damaſonio	D	*Eryngium.*
Dauci ſemine		*Sij ſemen.*
Dictamno		*Saluiam.*
Diphryge		*Phrygium lapidem.*
Dorycnio		*Alterci ſemen.*
Dracontio		*Aron.*
Ebeno	E	*Loti arb.lignum.*
Ebiſci radice,		*Folia mori.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Substitues
Elateij succo		*Eiusdem herb. succum.*
Elleboro nigro		*Papyri radicem.*
Enneaphyllo		*Potamogitonem.*
Epithymo		*Colocynthidis semen.*
Erices fructu		*Gallam immaturam.*
Erinij folijs		*Stercus ibis.*
Erucæ semine		*Erysimi semen.*
Erucis pini		*Vespas cum cedria.*
Erysimo		*Struthij succum.*
Euphorbio		*Stercus columbæ agrestis.*
Eupatorio		*Chamæpityn.*
Felle cameli	F	*Fel Ascalaboti.*
Felle mustelæ		*Fel cameli.*
Felle hyænæ		*Fel perdicis.*
Felle viperæ		*Fel ichneumonis.*
Flore æris		*Squammam æris.*
Galla	G	*Palæstræ sordes.*
Gentiana		*Radicem apij odorati.*
Glycyrrhizæ succo		*Mori succum.*
Hederæ succo	H	*Perseæ succum.*
Hedychroo		*Amaracinum.*
Hyacintho		*Florem Isatidis.*
Hyenæ adipe		*Vulpis adipem.*
Hyoscyamo		*Solani vesicarij semen.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Substitues
Hippuri		*Aiugam.*
Hyperico		*Anethi ſemen.*
Hypociſtide		*Acaciam.*
Hyſſoppo		*Thymum.*
Iri illyrica	*I*	*Helenium odoratum.*
Iunco odorato		*Cardamomum.*
Iunco paluſtri		*Polygoni radicem.*
Lapathi radice	*L*	*Pyrethri radicem.*
Lapide Phrygio		*Lapidem argyriten.*
Lapide Aſsio		*Gagaten lapidem.*
Lapide pyrite		*Lapidem pyrobolon.*
Lauri baccis		*Serpyllum aridum.*
Lathyri		*Granum Cnidium.*
Lentiſco		*Terebinthum.*
Lepidio		*Rubiam.*
Lepidij radice		*Folia capparis.*
Lepore marino		*Leporem fluuialem.*
Lini ſemine		*Fabulum.*
Loti ſemine		*Betæ ſemen.*
Lupi adipe		*Vrſi adipem.*
Liguſtico		*Paſtinacæ ſemen.*
Lyſimachia		*Spinæ Aegyptiæ ſemē.*
Magnete	*M*	*Hæmatiten lapidem.*
Malabathro		*Nardum Indicam.*
Malo cydonio		*Melilotum.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro	Substitues
Malua	*Fœnumgræcum.*
Mandragora	*Dorycnium.*
Manna	*Thuris corticem.*
Mastiche	*Lentisci caulem.*
Medulla cerui	*Vituli medullam.*
Meliloto	*Loton herbam.*
Melle	*Sapam.*
Melle Attico crudo	*Mel despumatum.*
Meo	*Myrobalanum.*
Myrsinite	*Succum mori.*
Molybdæna	*Lithargyron.*
Mori succo	*Rubi folia.*
Myrobalano	*Glaucium.*
Myrrha Troglodytide	*Calamum odoratum.*
Myrti oleo	*Mori succum.*
Mysi Cyprio	*Ochram Cypriam.*
Mysi tosto	*Diphryges.*
Nardo Syriaca	*Iuncum odoratum.*
N	
Napy	*Rapæ semen.*
Nepita	*Agrestem mentham.*
Nucleis pineis	*Cucumeris semen.*
Nuce pinea	*Gallam.*
O	
Ochra	*Misys Cyprium.*
Ocymo	*Sisymbrium.*
Ocymoide	*Mentam agrestem.*
Oenanthes succo	*Vitigineum succum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro	Substitues
Oesypo	*Vitulli medullam.*
Oleo cicino	*Laurinum aut vetus oleum.*
Oleo veteri	*Feruefactum duplum.*
Oliuæ lacryma	*Hypocistidis succum.*
Omphace	*Gallam immaturam.*
Opobalsamo	*Guttam myrrhæ.*
Opopanace	*Lac sycamini.*
Oryza	*Farinam hordei.*
Ormino	*Lini semen.*
Ornithogalo	*Anthyllin.*
Papaueris succo P	*Mandragoræ succum.*
Phu	*Sphagnon.*
Pipere	*Zingiber.*
Pipere albo	*Nigri duplum.*
Pollij semine	*Erucæ semen.*
Polypodio	*Chamæleonis radicem.*
Polytricho	*Absinthium.*
Pompholyge	*Cadmiam vstam.*
Populi gemmis	*Sampsuchum.*
Propoli	*Ladanum.*
Psyllio	*Lentem palustrem.*
Pumice	*Terram Creticam.*
Pyrethro	*Zingiber.*
Quercus visco Q	*Chamæleonis viscum.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Subſtitues
Rapa	R	Heliotropium.
Raphanino oleo		Ricini oleum.
Reſina pini		Terebinthinam.
Roſeis paſtillis		Sinopidem.
Roſis ſiccis		Perſeæ folia ſicca.
Rhu Syriaco		Oxyacanthæ fructum.
Rubigine		Squammam ferri.
Sagapeno	S	Reſinam pini ſiccam.
Saluia		Calaminthum.
Salamandra		Lacertam viridem.
Sale ammoniaco		Salem Cappadocium.
Sambuco		Spinæ viridis folia,
Sampſucho		Rhûn coquinarium.
Santonico		Abrotonum.
Satyrio		Erucæ ſemen.
Scammonio		Ricini ſemen.
Scilla		Bulbum eſculentum.
Scoria plumbi		Plumbum productum.
Scoria Cypria		Melanteriam Aegyptiam.
Semperuiuo		Lactucam.
Sepiæ cruſta		Pumicem.
Seſamo		Lini ſemen.
Seſamoide		Amaranti cremorem.
Sinapi		Naſturtium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro	Substitues
Sisone	*Anisum.*
Sisymbrio	*Ocimum.*
Solano vesicario	*Semen solani hortensis.*
Sory	*Lithargyrum.*
Sphagno	*Iuncum odoratum.*
Spondylio	*Folia oliuæ.*
Stercore vulturis	*Columbinum stercus.*
Stercore turturis	*Stercus columbi.*
Stercore felis	*Ichneumonis stercus.*
Stibio	*Aeris squammam.*
Struthij radice	*Ellebori nigri radicem.*
Succo carpasi	*Succum myrti.*
Succo peucedani	*Glycyrrhizæ succum.*
Succo rhododaphnes	*Viscum quernum.*
Succo Cyrenaico	*Syriacum succum.*
Succo papaueris	*Mandragoræ succum.*
Succo salicis	*Hederæ nigræ succum.*
Succo gallæ	*Succum mori*
Succo panacis	*Lac sycamini.*
Succo polygoni	*Succum plantaginis.*
Sulfure viuo.	*Sandaracham.*
Symphyto	*Centaurium.*
T	
Terra Samia	*Leucographen terram.*
Terra Eretria	*Calcem Thebaicam.*
Terra Alana	*Plumbaginem.*

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pro		Substitues
Terra asteri		*Cimoliam.*
Terebinthina		*Mastichen.*
Thapsiæ succo		*Chamæleonis nigri succum.*
Thymo		*Satureiam.*
Tithymalo		*Chamæleonem.*
Thure		*Ampelitin terram.*
Verbenaca	V	*Chamæleucen.*
Viola		*Florem radiculæ.*
Vino Rhodio		*Austerum vinum.*
Vino Falerno		*Vinum Mendesium.*
Visco querno		*Chamæleonis albi viscum.*
Vulpis adipe		*Vrsinum adipem.*
Vulturis stercore.		*Columbinum stercus.*
Vua domestica		*Pulpam palmularum Syriacarum.*
Xylobalsamo	X	*Radicem violarum albarum.*
Zinzibere	Z	*Pyrethrum.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM GENERA,

LIBER I.



1 Pacis delubrũ conflagrasse olim, & cũ eo bibliothecas Palatij, & nõ nullos commentarios Galeni.

2 Sophistas exterminãdos esse.

QVANDOQVIDEM [1] *ex cõmentario quẽ iampridem de cõpositione medicamentorũ conscripsi, priores duo libri, qui exierant in lucem, vnà cum alijs in apotheca, quæ ad viam sacrã est, perierũt, dũ pacis delubrũ totũ, & ingẽtes Palatij bibliothecæ maximo conflagrarunt incẽdio: equidẽ amicorũ precibus victus, cogor nũc illos eosdẽ recudere, ídq; ab eodẽ initio auspicatus, à quo in illis exorsus fuerã.* [2] *Siquidem statim in auspicijs primi cõmentarij monebam esse exterminãdos sophistas, qui traditionẽ medicaminum compositorum è medio tollunt, nonnullísq; simplicium peculiares quasdam facultates inesse inficiantur, eos etiam excipiẽtes scommate, qui de illis aliquid prodiderunt. Qui quidem adeò vires medicamentorum ignorant, vt nesciant prorsus à marino lepore pulmonem solum*

lum exulcerari, vesicam solam, à cantharidibus.[1] At verò Empirici cognoscũt quidem ex ærugine cerato simplici admixta, confici optimum sarcoticum medicamen, tametsi neutrum eorum per se carnem gignere possit: qua autem ratione id contingat, ignorant.

1 Sarcoticũ optimũ cõfici ex æru gine cerato simplici admista.

Sunt igitur vires medicamentorum simplicium non generatim tantùm, sed particulatim etiam inuestigandæ. Siquidem non sat est nosse hoc pharmacum calfacere, nisi etiã quo gradu id efficiat noris.[2] Calfaciunt quippè resinæ omnes: attamen maioris minorísq; ratione plurimum inter se earum calores differũt. Atqui in curatione particulæ impensè refrigeratæ, medicamen admouebimus admodum calfaciens: illi verò quæ paulùlum ab habitu naturali recessit, calore modico præditum.[3] Meritò itaque nos quatuor excalfacientiũ ordines statuimus, separãtes à modicè calidis ea quæ euidẽter eiusmodi qualitate præcellũt, tum quæ magna, tum quæ vehementi adeò, vt vrere iam videantur: atq; in singulis hisce ordinibus latitudinem momentaneam cõstituentes: similiq; in excessibus reliquarum qualitatum ratione.[4] Porrò medicamentorum materiæ quædam sanè à plantis, quædam à metallis, nõnullæ ab animalibus proficiscuntur. Iam verò præter simplicium omnium medicaminum facultates, omnium etiã præter naturam affectuum differentias ad vn-

2 Resinæ omnes calfaciunt.

3 Calfaciẽtium ordines quatuor, quos etiam reperire est in cæteris qualitatibus.

4 Medicamentorum materię vnde proficiscantur.

quem nouisse expedit. * [1] Quippe primus curationis scopus à morbificis dispositionibus nascitur: cum quibus simul indicat curationem natura particulæ affectæ. Sed aëris etiam nos ambientis temperiem, constitutionémq;, præterea ætatem, tempus, regionem, vitæ studia, & mores, multi præstantißimi Medici vnà cum illis inspiciunt.

[1] Scopus curatiõis primus à morbificis dispositionibus nascitur.

Ergo si simplicibus tãtùm medicamẽtis, vniuersos præter naturã affectus curare liceret nobis, nunquam egeremus cõpositis. [2] Quũ autem sæpenumero aliquatenus calfacere corpus volentes, simplex nullũ, quod præstare id poßit habeamus, ex varijs vnum conficimus medicamen, quod eodem, quo affectus, gradu à mediocritate recedẽs, id quod ex vsu est, moliatur. Taceo, nonnulla simplicia citra alterius medicamenti miscellam non posse adhiberi in emplastrum, alia, nisi retundãtur, aut mitigẽtur, administrari non posse. In morbis etiã qui contrarias simul facultates desyderãt, vt repellẽdi & digerendi, detergendi ac læuigãdi, vel attenuandi simul & incrassandi humores, maximus cõpositionis medicamentorum est vsus: nec secus vbi vnicum medicamen habere cupimus, quod multis venenum eiaculãtibus feris, ac pharmacis exitialibus aduersetur. [3] Quum autẽ oleũ vetus & adeps vim digerendi sortiantur, chalcitis autẽ & palmæ succus, repellendi, adstringendíq;:

[2] Cõpositis medicamẽtis cur vtamur.

[3] Phœnicini pharmaci compositio & vsus.

gendiq;:ex his ipse pharmacum phœnicinum dictum composui, glutinandis vlceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis accommodum, quo iam complures vtuntur. Etenim ratio compositionem inuenit: experientia de inuentorum virtute decernit. Cum prædictis autem debet coqui lithargyrus, donec consistentiam consequatur emplasticam. Adeps porrò ipse sit tum insulsus, tum vetus, quemadmodum etiam oleum: quæ sanè quò vetustiora fuerint, eò digerent promptius, phlegmonæq; diuturniori atque contumaciori erunt magis accommodata. Verùm ad incipientes atque augescentes phlegmonas, vt quas adstringere atque refrigerare oportet, præstat emplastrum ipsum ex vino, vel aceto, vel aqua, vel oleo immaturo, vel adstringente, liquare. Communis autem compositionis modus est talis: Vetusti adipis lib.ij. Olei veteris libr.iij. lithargyri tantundem, chalcitidos vnc.iiij. Liquato adipi reliqua eleganter atq; artificiosè misceantur, ferueſcántq; simul, ac rudicula palmæ viridi & succulenta moueantur, donec sibi emplastri consistentiā contraxerint. Quo quidem medicamine, ad vlcera quæ non facilè cicatrice obducuntur, & ad cruenta est vtendum. Auxiliatur etiam inflammationibus, articulorū morbis, bubonibus, phymatis, ambustis, pernionibus, fracturis, contusionibus, [1] rheumaticisque vniuersis constitution

1 Romæ inualescere complures dispositiones rheumaticas.

tutionibus, cuiusmodi plures solent Romæ inua-
1 Phlegmonarum curatio. lescere. [1] Cæterùm in phlegmonarum principijs
vim repulsoriam esse validiorem oportet: in in-
crementis verò hæc imminuenda: quæ digerit
virtus, augenda est. Vigente phlegmone, pares
inuicem esse conuenit facultates, nisi vehemens
dolor pharmacũ leniens requirat. At inclinan
te phlegmone, vim digerendi augebis. Qua ex
methodo licebit tibi secundum varias indicatio-
nes vti prædicto emplastro varijs oleis, atque
succis liquato. Ego verò ad phlegmonas erysipe
latodes soluto ipso ex rosaceo vtor. Cui etiam, si
æstas fuerit, vuæ acerbæ simul & portulacæ,
2 Omphacij facultas. vel semperuiui succũ immisceo. [2] Quippè vuæ
acerbæ liquor per se, plus quàm oportet adstrin
git: tanta autem adstrictio lædit erysipelata, vt
quæ calorem ipsorum, cutẽ densando, includat.
3 Erysipelatis curatio. [3] Igitur in exactis erysipelatis, ea quæ aduenti-
tia sua frigiditate auxiliantur, vbi cœperint
incalescere, sunt mutanda. Posteà verò quàm
incendium conquieuerit, aut si nec perfectũ pla
nè ab initio erysipelas fuerit, *haud amplius
adscititiam frigiditatem desyderabimus: verùm
ijs succis diluemus phœnicinũ emplastrum, qui
moderatè refrigerent. Ab his iam & lini semi-
nis, & chamæmeli succum miscebimus: ipsóq; so
4 Liuentis erysipelatis curatio. lo, sed fuso postea vtemur emplastro, nihil
aliud illi miscentes. [4] Quòd si quando liuidum
ob refrigerantium vsum erysipelas ipsum eua-
serit,

ſerit, ſolum phœnicinum emplaſtrū, veteri oleo liquatum, id diſcutere poteſt: quo tempore partes liuidæ aqua fouentur calida, atq; etiam ſcarificantur. Sunt qui calcis viuæ nonnihil ipſi pharmaco immiſceant. Intrepidè itaq; in rheumaticis affectionibus hoc vtitor medicamine, [1] vtpote quod tum adſtringat, tum digerat, tū robur particularum confirmet. [2] Etenim non ſemper ob calorem immodicum fluxione affliguntur particulæ. Sæpe ſiquidem ob propriam imbecillitatem, quæ ab intemperie frigida vt plurimum proficiſcitur, tali corripiuntur affectu. Quare ſi humectet eas quiſpiā, calfaciátq; medicamentis laxantibus, diſſolutæ prorſus & imbecillæ fient. Sin tumores vehementer adſtringat, initio quidem iuuare videbitur: cæterùm quòd ex eis reliquum eſt, contumax atque ſcirrhoſum reddiderit. Sed neque id genus diſpoſitiones ferunt nimis adſtringētia medicamenta, vt à quibus dolore & tenſione affligantur. [3] Atqui omnis dolor inflammata exacuit, irritátque, & fluxionibus occaſionem præbet, vel ſi rheumatica intemperie æger non afficiatur.

1 Emplaſtri phœnicini facultas.

2 Fluxionū cauſæ.

3 Dolor inflammata exaſperat, fluxiōibúſque occaſionem præbet.

Sunt autem complura medicamenta, quæ pharmaco, cui miſcentur, vim nullam, aut perexiguam exhibent: commoditatem verò materiæ præſtant, vt vel emplaſtri, vel cerati ſpeciē referat. [4] Atq; ex eorū ſanè genere exiſtit argenti ſpuma, nullā inſignē poſsidēs facultatē,

4 Lithargyri facultas.

præter

præter ſiccandi modicā. Qua ratione attrita ſemora ex itinere adiuuat. Eſt autē ex ijs pharmacis quæ liquefieri poſſunt, etiam argenti ſpuma, quā Græci lithargyron vocāt: vt chalcitis quoq;, & miſy. [1] *Cæterùm chalcitis quidem omnium celerrimè funditur, tardiſsimè argenti ſpuma: at in horum medio ærugo & miſy conſiſtunt. Porrò* [2] *candidū medicamen, quo ad parua vlcera vtor, ex oleo, aqua, & argēti ſpuma conficitur: ita vt libris duabus aquæ, tres quàm puriſsimi ſplendidiſsimíq; olei, totidémq; ſpumæ argenti inijciantur. Debent autē ſimul coqui ad ignem minimè fumidū, ídq; in loco ſub dio atque ſoli expoſito.* [3] *Siquidem vt aër nubilus pharmacū ipſum denigrat, ſic ſyncerus ad candorem eius plurimum cōfert. Hoc autē fiet glutinantius id medicamen, quò plus liquoris indideris.* [4] *Aqua etenim ſubſtātia propria ſemper humectat, refrigerátq;. At oleum, ſi recens ſit, pharmaco minimè reluctatur. Permanet itaq; humidum, ac modicè frigidum: quali maximè tenera corpora & cacochyma indigent.* [5] *Ergo huiuſcemodi emplaſtrum, pruritus, deſquamata, & vt vno verbo expediam, vlcera exigua perſanat: vtpote exulceratis partibus ne quid influat, impediens, & quod iam influxit, denuo ad partes circunſtantes retrudens. Aduerte autem,* [6] *nullū humectās nec propria ratione, nec ex accidenti eſſe vlceribus vtile.*

1 Chalcitis omniū celerrimè fūditur.

2 Candidū medicamē Galeni.

3 Aërē nubilum denigrare pharmaca, ſyncerum conferre ad eorum candorem.

4 Aquæ propria facultas.

5 Candidi emplaſtri Galeni facultas.

6 Vlceribꝰ nihil humectās eſt vtile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Conficitur etiã pharmacum id ex oxelæo & lithargyro. Cæterùm medicamen mediocriter siccans fit, si vtriusq;, nempe olei & aceti, duplo maior portio, quàm argenti spumæ, misceatur. Copiosior verò duplo vtriusq; mensura, valentius facit pharmacũ. Ipse enim triplã vtriusq; nonnunquam miscens, tota die medicamen coquere soleo. Atq; hoc sanè modo confectum, colore atro splendescit, maximáq; siccandi potentia pollet, ita vt curet vlcera contumacia, cruenta glutinet, fistulásque in callum non induratas adducat, ac breuiter citra morsum exiccet.

Ex œnelæo etiam lithargyróq; similiter medicamen paratur. [1] Equidem per æstatem sub sole ardenti, ex vino Falerno, aut alio tenuium partium, lithargyrum conterere soleo, ídq; continuis quindecim diebus. Quibus exactis, medicamen ipsum exiccans, repono: quo postea ex oleo soluto, in rheumaticis affectibus vtor, necnon ad vulnera glutinanda.

1 Lithargyri præparãdi ratio.

[2] Cruda itaq; ac per se argenti spuma attritiones corrigit. Ex aceto autem aut vino trita, siccatáque, vlcerum quæ ob humiditatem ægrè cicatricem recipiunt, remedium fit. Quòd si ipsam cupis rosionis expertem, elota vtitor.

2 Lithargyri facultates.

[3] Ac minimum quidem rosionis exhibet, si vino vel aceto abluatur. Conuenit tamen curiosè toto die contritam, cum liquore per noctem relinquere: quem postero die manè effundemus,

3 Lithargyrus redditur expers rosionis, si ex vino vel aceto abluatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mus, alium denuò instillantes, ac postea rursus tundentes: id quod singulis diebus facere sub feruenti sole [1] *(hoc enim sit commune praeceptum in lapidosis omnibus) minimè desistemus, donec vnà cum humore ceu quidam flosculus ipsius argenti spumae cernatur.*

1 Lapidosa omnia, quę abluimus, sub ardenti sole sunt ex humore aliquo lęuiganda.

Quae ex lithargyro componuntur, fieri possunt etiam ex Molybdaena. [2] *Caeterùm molybdaena substantiae crassioris, ac frigidioris quàm lithargyrus est: ac medicamenta quae ex ipsa parantur, cineritia redduntur. Quum igitur discutere quid volueris, lithargyro potius quàm molybdaena, vtitor.*

2 Molybdęnae facultas.

[3] *At cerussam vel coloris causa ad emplastra candida conficienda Medici lithargyro immiscent, vel vt quandam adstringendi refrigerandíq; vim medicamento concilient. Sed resinam etiam inijcere assolent, quò sequax ac sibi continuũ fiat pharmacũ.* [4] *Verùm quũ mitissimae omnium resinae sint tum terebinthina ipsa,* [5] *tum illa quae larix dicitur, has miscere praestiterit, dũ conficere tale medicamen est animus. Multò etiã leniora tactu omnia fiunt, tum quae resina constant, si cerae quid adijciatur, tũ quae ex cera, si modicum resinae recipiant. At candido emplastro alba cera desyderatur.* [6] *Quam, si sponte sit nata, prius abluere oportet, nimirũ liquantes ipsam, ac mox in aqua fontis mergẽtes, commouentes, & repurgantes: qua ratione etiam*

3 Cerussae vsus.

4 Terebinthina.

5 Larix.

6 Cerae abluendae ratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

etiam pix, resina, & physema, abluenda sunt.

Vbi igitur cerussæ, spumæq; argẽti, adeò præ coctis, vt minimè inficiãt manus, cera simul cũ resina fuerit admista, candidũ emplastrũ habebis: cui aquã aut oleum miscere poteris. Ex oleis autem, omphacinum, Hispanicúmq; pharmaco vim adstrictoriam adijciunt. Istricum verò cum exigua adstrictione quandã amaritudinẽ refert. [1] *Atqui principio vlceris, finíq; potiora sunt adstringentia, dulcia autem in medijs.*

1 Vlceribus incipientibus potiora esse adstringẽtia.

Pondus ergo huiusce emplastri sit tale: Cerussæ, lithargyri, singulorum lib. 1. olei lib. 2. ceræ. lib. ß. terebinthinæ vnc. 3. Quibus omnibus licebit tantùm thuris, quantum & terebinthinæ, aut etiam dimidiam portionem addere. [2] *Qua industria medicamẽ maximè anodynũ reddetur, sed ad cicatricẽ inducendã ineptius: quandoquidem ex ipsius vsu caro vlceri excrescet,* [3] *quum thus sit facultate sarcoticũ.* [4] *Taceo laxantia medicamẽta corporibus plenis & cacochymis admota, fluxum ad affectas partes citare. Satius itaque fuerit tum ad cicatricem inducendam, tum ad digerendum exactius, aluminis scißilis, candidíque vnciam vnam, piperis semunciam miscere.*

2 Anodynum pharmacum.

3 Thus carnẽ gignit.

4 Laxãtia plenis & cacochymis admota, fluxum ad affectas partes conciliant.

Candidi ex pipere medicamenti, quod ad senum vlcera, & eorum qui mollem sortiuntur cuticulam, persananda est efficax, [5] *quódq; refertur ad Attalũ Regẽ nostrũ, qui olim Per-*

5 Attalus Rex Pergami, patriæ Galeni.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

gamẽſibus imperabat, cõpoſitio habet in hũc modũ: [1] Argẽti ſpumæ, ceruſſæ ſing. lib. 1. olei lib. 2. ceræ lib. ß. terebinthinæ vnc. 3. thuris vel tantundẽ, vel media pars, alumnis drach. 6. piperis drac. 3. Verùm apud Romanos [2] librari quidem dicũtur ſolida, [3] vt mẽſurari humida. Metallica in primis ſub ſole coquũtur, donec duriuſculã cõſiſtentiã adipiſcãtur: quibus reliqua poſtea miſceri debẽt artificioſé. Hoc pharmacum vlceribus humidioribus, atque abroſis medetur.

Alba, quæ oleo recẽti & aqua, citra piperis atq; thuris miſturam cõfici docuimus, vehemẽter commorſas partes offendunt. At minus illis Attalicũ lædere ſolet, eò quòd terebinthina oleũ vetus, thus, & piper adiecta ſunt. [4] Ad cõmorſa nanq; minimè alumẽ conducit: quũ opus hîc ſit non adſtringẽtibus, ſed abũdè extrahentibus ea, quæ in alto neruos pũctos affligũt, & venenatam animaliũ ſaliuam. [5] Diſtinguenda autẽ ſunt cacoëthe vlcera, ab iis quæ nõ faciè ad cicatricẽ perueniunt, quũ non omnia cacoëthe vlcera ægrè cicatricem admittãt. Porrò ſi blandius medicamentũ, ad ſedandúmq; dolorẽ commodius, cõficere vis, aliquid adipis anſerini, vel gallinacei, vel porcini immiſcebis. Sic nanq; magis anodynum effeceris, minus tamẽ idoneum cicatrici inducendæ. [6] In vniuerſum autem, nemo probè vti poßit medicamento compoſito, qui ſimplicium vires prius non accuratè didicerit.

Aliud

1 Candidi ex pipere cõpoſitio.

2 Librantur ſolida.

3 Menſurãtur humida.

4 Cõmorſis quæ cõueniãt medicamẽta.

5 Cacoëthe vlcera non omnia dyſepulotica eſſe.

6 Compoſitis rectè nemo vti poterit, q ſimpliciũ vires prius non didicerit

[1] Aliud albũ Andromachi: *Lithargyri, cerussæ, sing. minam Atticam 1. ceræ partem quartam, resinæ terebinthinæ tantundem, olei heminas 3. aquæ heminas duas. conficito. Nonnulli porrò vncias 20. minam continere tradunt, nonnulli sedecim. Atqui miretur quispiã, quomodo Romæ degens, pro libris nominarit heminas: cui vrbi sunt familiaria vocabula libra, sextarius, & vncia. Ex multis autem medicamentis iam pridem conscriptis, prius quàm potentia Romanorum vsqueadeò creuisset, sum coniectura assequutus,* [2] *quam illi vocarent heminam fuisse æqualem nouem vncijs vnius libræ Romanæ.* [3] Aliud albũ Andromachi.

1 Candidũ Andromachi.

2 Heminã fuisse æquale nouem vnciis libræ Romanæ.

Argenti spumæ drach. 160. cerußæ drach. 200. ceræ drach. 50. terebinthinæ drach. 24. olei hem. ß. aquæ cyathos 6. conficito. [4] Aliud cãdidũ ab Hera descriptũ. *Ceræ albæ pont. lib. 2. lithargyri chrysitidis lib. 1. cerussæ tantundem, myrrhæ, medullæ ceruinæ, sing. vnc. 2. thuris insecti, vnc. 1. olei veteris sextarium vnum. Lithargyrus oleo incoquitur: vbi verò sordium craßitudinem acquisierit, cera, mox cerussa, aspergitur, mouetúrque. Vbi vnita fuerint, nec iam polluant, ab igne extractis medulla inijcitur. Postquã refrixerit medicamentũ, myrrha et thus alijs miscẽtur. Dein emollitũ subactũq; manibus, ad vsum seruatur. Etenim rabidorũ morsibus auxiliatur, tum vulneri impositum,*

3 Candidũ aliud Andromachi.

4 Candidũ Heræ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tum mole auellanæ nucis catapotij instar exhibitũ, quadraginta diebus. Ad hæc abrasa suggillata, & vlcera quæ difficulter admittũt cicatricẽ persanat: ad aliáq; pleraq; est vtile. Ego tamẽ propinare pharmacũ hoc cõtra canis rabidi morsus, nũquã fui ausus: [1] *quũ haberẽ aliud, nempe ex cancris confectũ medicamentũ, ad sanandos illos maximè efficax. Iis enim remedijs ipse vti semper conatus sum, quæ licet nõnũquã præsidij quod allatura essent, dubiam spem promitterẽt, neutiquã tamẽ obesse possent.* [2] *Porrò Heras cũ heminã scribit, sextarij Romani dimidiũ indicare videtur, continẽtis vncias viginti, quas cornibus maiori ex parte metiuntur, incisis extrinsecus lineis quibusdam orbicularibus.*

1 Morsui rabidi canis auxiliari medicamẽ ex cancris confectum.

2 Sextariũ Romanũ continere vncias 20.

[3] *In vniuersum autẽ, nisi metallica medicamẽta plenius coquantur, emplastrũ ex eis constãs adeò friabile edetur, vt adhærere cuti absq; deligatura nõ poßit. At coquuntur largius, dũ maiorem liquidorum mensuram in mistura cõtinent. Quòd verò ad adipis differentias pertinet, in omni animantiũ genere iuuenilia perfectis humidiorẽ, minúsq; calidũ adipem poßidẽt.*

3 Metallica plenius coquenda esse, vt adhæreant.

[4] *Album, quod ad Mnasæum refertur, ad diuturna & difficilia cõferens. Lithargyri, cerussæ, singulorũ drach. 100. ceræ drach. 50. terebinthinæ, thuris, sing. drach. 25. aluminis fißilis drac. 12. olei heminas. 2. Nec verò differre putetis, si drach. 100. alicubi scriptas loco vnius libræ*

4 Cãdidũ Mnasæi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bræ inueniatis.[1] Libra siquidem drachmas sex habet ad nonaginta: selibra, octo et quadraginta: sic & huius rursus dimidiũ, vigintiquatuor.

Porrò quæ vlcera ex humorum confluxu, vel multorũ, vel acriũ oriũtur, ita tamẽ vt locus affectus huiuscemodi in se dispositionẽ nõ habeat, qua influentẽ humorẽ, quãuis bonum, corrũpat:[2] ea dysepulotica, hoc est, ægrè peruenientia ad cicatricẽ appello.[3] At quæ dictã dispositionẽ sortiũtur, singulari vocabulo cacoëthe, hoc est, malignãius naturæ, vocantur.[4] Quibus sanè omnibus illa medicamenta conueniunt, quæ absq; rosione & morsu desiccent: quéq; præter quàm quòd nõ erodant, aut manifestò adstringant, detergere etiã poßint. Siquidem plurima eius generis vlcera, ceu ab exesione malignorũ humorum sint caua reddita, impleri postulant. Atqui omnia quæ carnem gignunt medicamẽta, detergendi facultatem sortiuntur. Multa etiam alia siccam poßidẽt vim, vlceribus id genus curandis commodam. Eorum tamen meminiße impræsentiarũ oportet, *quæ aut tueri confecti emplastri candorem poßint, aut non vsqueadeò vitiare. Talia autẽ sunt, cadmia, pompholyx, calx, ostrea combusta, purpura, buccina, & sæpiæ pars oßea. Parum officiet colori, & æris squama, & ex vsta chalcitide id quod cinereũ est, aut subalbidum. At verò dictorum quodque si lauetur, totam rosionem amittet,

1 Libram constare drach. 96.

2 Dysepuloticavlcera quæ dicantur.

3 Cacoethe vlcera quę.

4 Vlceribus dysepuloticis atq; malignis, qualia medicamenta cõueniant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quemadmodum tum cera, quæ medicamini con
1 Cera Tyrrhenica. ficiendo admiscebitur, tum resina. [1] Cæterùm vt cera Tyrrhenica, vel Pontica est ad candidi emplastri præparationem præstantior, sic resinæ, tum quæ larix, tum quæ terebinthina appellatur, ad vlcera malignantia magis conducunt. Sed thuris aliqua portio etiam indenda est, vt vlcerum malignorum ipsa dispositio coquatur,
2 Metallica abluendi modi diuersi. & ad suppurationem perueniat. [2] Iam verò ad prætumida vlcera ex aceto, & marina curiosè læuigari debent metallica. In quibus autē acre & mordax est quod in vlcera fertur, ex aqua potius macerāda singula sunt: quemadmodum magis ex vino, vbi copiosus humor vlceribus influens apparet. Vbi igitur lithargyri cerussǽque, vtriusque libram vnam cum tribus olei, & selibra aquæ simul & accuratè co xeris, resinæ terebinthinæ, aut eius quæ larix dicitur, ternas vncias inijcito: ceræ autem duplū sufficit: nam thuris sat erit si vnciam & semissem post ceram & resinam indideris. Deinde
3 Vnciam constare octo drachmis. metallicorum tres vncias addes, [3] quas drachmæ quatuor & viginti constituunt. Impones autem duorum, trium plurium, atque omniū, quæ numeraui: ita vt si omnia habeas, æquam singulorum portionem inijcias: cadmiæ nempe, pompholygis, buccinorum cineris, vel ostreorū, & æris squamæ. singulorum denarios sex, qui tres vncias absoluunt. Quòd si calcem lotam immi

immiſceas, ſingulorum drachmæ quinæ ponentur: ſi vſtam chalcitidem, ſingulorũ drachmæ quaternæ, ſic vt ex omnibus in vnũ coëuntibus tres tantùm vnciæ conſtentur.

[1] *Candidum emplaſtrum Damocratis, ad abraſa, ambuſta, & vlcera ſumma in cute ſub orta. Ceruſſæ lib. I. lithargyri tryphera, ſing. vnc. 16. ceræ Ponticæ vnc. 5. terebinthinæ puriſſimæ vnc. I. thuris mannæ, vel thuris vnc. 5. olei candidi lib. I. aquæ ſextarius. Conficiatur, vt decet. Porrò in iis qui molli ſunt carne, in ſenibúſque, aut iis qui malo ſunt præditi corporis habitu, aluminis licebit etiam quatuor vncias miſcere.* 1 Candidũ Damocratis.



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM GENERA,

LIBER II.



T igitur ſi quando perdiderimus librũ, cui inſcriptæ inſint medicaminum conſuetorum cõpoſitiones, ſimilia reficere ac miſ ſis valeamus, neceſſariũ in primis eſt, nos vniuerſalem quandam viæ formu-

lam didicisse, qua propositum inueniamus: dein verò secundũ hãc in multis particularibus exerceri, scientes absq; tali exercitio nullũ posse rectè opus absolui.[1] *Proponatur itaq; nobis cauum vlcus curandum. Etenim docti ab ipsa ratione, cauorum vlcerum curationem subministrari succrescente alia carne loco deperditæ, ex ea videlicet quæ subiecta est: cogitamus fieri hoc non posse, si in vlcere sordes, aut copiosa humiditas subsit. Verùm sordes medicamina detergentia auferunt: humorem exiccantia discutiũt. Quocirca necessum est huiusmodi pharmacorũ materias cognoscere, idq; non simpliciter secundùm genus eorum facultates consyderantes, sed inueniẽtes etiam quo ordine, quóve gradu, aut excessu, singula suas vires sortiantur. Fingamus ergo nobis ad manum tantùm adesse cerã, æruginémq;, quibus cauum vlcus repleamus. Quũ enim compertum habeamus,*[2] *ceram quidem solam vlceris sordes minimè prohibiturã esse, vt quæ nec detergere, nec exiccare poßit:*[3] *æruginem autem per se adhibitam, excitaturã tum rosionẽ, tum phlegmonen: vtique horũ vtrunq; vitabimus: medium autem ex ambobus constituemus, vt imbecilius ærugine, sic cera valentius. Quia verò paulo hæc interuallo relinquitur, ab eo quod commodè administrari poßit, ærugo autem magno idipsum excedit: ob id sanè multæ ceræ modicã æruginẽ admiscebimus.*

At

1 Caui vlceris generalis curatio.

2 Cerã per se non congruere vlceribus sordidis.

3 Aerugo per se adhibita, rosionem & phlegmonẽ excitat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

At quantam quantæ miſcere oporteat, certè ante experientiam exactè quidem nemo inuenire poterit: coniicere autem poterit, iudicaréque, & ita conficere pharmacum, vt primò nullum infelicem ſucceſſum ſit habiturum: quemadmodũ aliquando ego in quodam vico confeci, cum ceræ fuſæ ex oleo rhodino libra vnica vnciam vnam æruginis temperans.[1] *Cæterùm valida corpora validiora medicamenta ſuſtinẽt: quæ verò imbecilliora exiſtunt, hoc eſt humido & molli habitu prædita, haud item talia perferũt. Dura itaque corpora ex copioſiori ærugine cerato admiſta recipiunt carnem, mollia ex pauciori. Quare ipſa experientia docebit, quatenus vel augere, vel remittere, vel tueri pharmaci facultatem expediat.*[2] *Sunt nanque omnia medicamenta ei optima, qui affectus, quibus ſingula offeruntur, cognoſcit.*

1 Corpora valida validiora medicamenta perferre poſſe.

2 Medicamenta omnia ei eſſe optima, qui affectus quibus exhibentur, cognorit.

[3] *Viride medicamẽ Galli, ad glutinanda maiora vulnera potentiſſimum, ab Andromacho ſcriptum.*

3 Viride medicamẽ Galli.

[4] *Reſinæ ſtrobilinæ drach. 300. ceræ drac. 100. æruginis raſæ drach. 50. thuris, drach. 25. aceti quod ſit ſatis. Hæc Andromachus. Cæterũ quum ſtrobilina reſina aliarum omnium longè calidiſſima ſit, ambabus autẽ qualitatibus moderatiſſima, quæ terebinthina vocatur: certè multò ſatius videtur, hanc omnibus medicamẽtis: quæ rectè curabũt vlcera, permiſcere: quan-*

4 Terebinthinæ prærogatiua.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

doquidem primus præcipuúsq; in eis scopus est, vt id quod offertur, non mordicet.[1] Commendenda est autem ipsius thuris commistio, quòd emplastri cõsistentiam adiuuet, dolorem simul leniens & concoquens. Quare si in ea compositione æqua ipsius portio cõiuncta ærugini esset, tenacius & mitius ipsum redderetur medicamentum: æruginis tamen exiccantem facultatem exolueret, quæ vlceribus ægrè admittentibus curationem desyderatur. Meminisse autem oportet,[2] fortium medicamentorum ex aceto diebus pluribus contritorum, morsum & acrimoniam obtundi, vires augeri. Eadem ratio est in metallicis medicamentis combustis. Hæc tamen ex ignis commercio nonnihil mordax, siue erodens conseruant:[3] quod elota deponunt, ac lenia prorsus redduntur.

1 Thuris facultas.

2 Fortium medicamẽtorũ ex aceto tritorũ, morsum quidẽ obtũdi, vires autem augeri.

3 Elota acrimoniã amittere.

Proposito itaq; emplastro, si ex rosaceo liquefacto vtaris, proderit sordidis, humidísq; vlceribus: pura verò erodit: ac proinde miscẽdum ei est ceratum liquidum ex cera & resina cõfectum, vel ex rosaceo, vel oleo liquatũ.[4] Est autẽ olei nomẽ vnum, qualitas & facultas diuersa. Quippè omphacinum frigidius est: ex maturis oleis pressum, calidius. Temporis autem progressu, calfaciendi vim auget. Sic etiam quod salem habet, quantum ex illo sumpserit, tantò calidius est: magísque siccat, quàm quod ipsius est expers. Iam, quod surculos oleæ continet, valentius

4 Olei differentiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lentius adstringit. Indicabit autẽ quod vtilius est, & vlceris forma, & corporis ægri natura. [1] Vlcus siquidem cõtrarijs remedijs curabitur: corpus vlceratum similibus. [2] Rosaceum verò præstantissimum esse nosti, quod solis rosis pluribus oleo citra salem præparato plenius maceratis confectum est. Quæ omnia si quis memoriter teneat, nec oblitus sit virium medicamentorum simplicium, is & varia emplastra viridia componet, & compositorum singulis quàm rectissimè vtetur. Porrò durioribus corporũ magis exiccantia medicamenta exhibenda sunt: minus autem, mollioribus. [3] Ad hæc, intendemus exiccantis medicamenti vim vbi opus esse videatur, admisto melle: remittemus autem & mitigabimus, ex oleo, & cerato, vel oleoso quopiam. Igitur cauũ vlcus in sano corpore, viridi emplastro, quod ex ærugine, cera, & resina cõficitur, liquato ex rosaceo curabitur. [4] In cuius medicamenti compositione, equidem ceræ & resinæ soleo portiones pares miscere, æruginis autem duodecimam vel decimam, vel octauam, nimirum pro vlcerum corporúmque diuersitate. Atque erit sanè duodecima, si ceræ pondo, & resinæ tantundẽ, æruginis vncias duas temperemus: decimáque & octaua, ad portionem.

1 Vlcus esse curandũ contrariis: vlceratum corpus similibus.

2 Rosacei optimi p̃paratio.

3 Exiccantium vim intẽdi per mellis miscellam: remitti autẽ oleo, aut cerato.

4 Viridis medicaminis optima temperatura.

[5] Viride Hecatondrachmon dictum, quod centum drachmas medicamentorum recipiat, ad magna vulnera glutinanda, & purganda sordida,

5 Viride hecatõdrachmon dictum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſordida, maximè vtile.

Ammoniaci drac.8. ſquamæ drac.12. mannæ drac.8. reſinæ ſiccæ drac.12. æruginis drach. 8. ſeui vitulini drach.14. reſinæ terebinthinæ drach.8. ceræ drach.30. olei quartā cyathi partem, aceti, quantū ſatis eſſe videatur. Conficito.

1 Viride Epigoni. [1] *Viride Epigoni ad carnē gignēdā efficax. Aeris ſquamæ, æruginis, guttæ ammoniaci, ariſtolochiæ, thuris, ſing. vnc.1. aloës, mirrhæ, chalbani, ſing. vnc. S. aluminis rotundi drach. 6. reſinæ Colophoniæ drac.200. ceræ drac.100. olei heminæ dimidium. Miſceto.*

2 Viride Paſionis. [2] *Viride Paſionis, ad extrahendum & digerendum vtile. Reſinæ Colophoniæ drac.300. ceræ drach.150. æruginis drach.8. alumnis rot. tantundem. ſquamæ æris drach.12. thuris drac. 16. æris combuſti drachm. 8. ſalis ammoniaci tantundem, olei dimidium cyathi, aceti quod ſatis eſſe videatur. Conficito.*

Viride, Lite appellatum.

3 Viride, Lite dictū. [3] *Reſinæ lib.12. ceræ libr.8. æruginis raſæ,* lib.2. ſeui vitulini libr.2. aceti libr.50. Ego autem mannæ libram inijcio. Liquet igitur acetum cum duabus æruginis libris, & vna ipſius mannæ, læuigandum eſſe: ac dein liquida ipſis miſcenda. Hoc medicamentum emollit, concoquítque, adipis atque mannæ ratione.*

4 Viridia conficiendi ratio. [4] *Porrò ad efficienda viridia medicamēta, æruginem non modicam immittere oportet, vt*

cæte

cæterain suũ colorem permutet. Quare quæ pertinaciter proprium colorem tuentur, ea simplicia ab hac miscella abigenda sunt. Sed neq; inter coquẽdum est inijcienda ipsa ærugo: verùm vbi in mortario vnitas facta est, tũc miscenda.

1 Consilia igitur curãdorum vlcerum sunt, sordidis adhibere abstergentia medicamenta, profluentibus exiccantia, atq; id quod in fluxu est, repellentia. At si copiosum & contumax sit quod fluit, fluoris causa prius est amputanda. 1 Vlcerum curãdorum vniuersalia cõsilia.

2 Constat autem, inflammatorum vlcerũ prius esse sanandam phlegmonen: carnem intemperatam reducendam esse ad temperiem: cui sanè quatuor modis simplicibus, totidémq; compositis, per contrarias qualitates succuritur. 2 Vlceris inflammati curatio.

3 Porrò vbi sinũ implere proponimus, medicamentum Isis vocatum, aut Machærionis emplastrũ liquatum ex copiosiori oleo, per foratum cornu infundendũ est: ad quod etiã pyulcis vtimur. Est autem ipso medicamento tunc meraciori vtendũ, quum sinus oppletus est sordibus: vt soluto ex oleo largiori, dum magis purus existit. Cæterùm si paruæ adhuc phlegmones sinum infestantis suspicio adsit, medicamentum ex rosaceo liquabitur. Pari modo & medicamentum siccum, quod ex charta combusta constat, rosaceo copiosiori diluentes, ipsi sinui infundimus. 3 Sinus implendi ratio.

4 Quemadmodum verò sinus liquidioribus pharmacis indigent, ita quæ superficiem corporis 4 Sinus liquidiora pharmaca postulant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ris caua vlcera infestant, craßius medicamentum postulãt. Meritò igitur in id genus vitijs ceratum validè abstergentibus admiscemus: in sinibus oleum, vel rosacei plurimum. At verò medicamenta quæ ex salibus constant, vbi animus est carnem gignere, offerenda non sunt.

1 Salis facultas. [1] *Sal quippè magis adstringit, quàm purget: siccat verò nihilo minus, quàm nitrum, ac aphronitrum.*

Melina emplastra.

Quemadmodum viridium emplastrorum plurima, propter æruginem præpollentem talia fiunt, ita quoq; melinorum nõnulla. [2] *Sed viridia æruginem incoctam habent, melina verò coctam, sed mediocriter. Andromachus igitur complura melina scripsit, ad glutinanda vlcera, carnem gignendam, inducendámque cicatricem idonea: quale est quod subdam.*

2 Melinorum atque viridiũ discrimen.

3 Melinum Andromachi. [3] *Lithargyri dra. 104. olei heminã quidẽ æstate, hyeme aũt tres cyathos, ceræ dr. 48. Colophoniæ tantũdẽ, ammoniaci thymiamatis. dr. 24. æruginis rasæ, chalbani, myrrhæ, sing. dr. 8. Conficito.* Aliud simplex: *Lithargyri dra. 100. axungiæ. drac. 75. olei veteris tantundẽ. misce. Conuenit enim carne molli præditis, digerítque.*

4 Melinũ Heraclidis. [4] Aliud Heraclidis, interiores abscessus sine dolore discutiens. *Lithargyri, cerussæ, sing. drac. 100. ceræ drac. 80. resinæ aridæ dra. 60. ammoniaci thymiamatis drach. 50. chalbani drach. 16. olei veteris heminas 2.*

Melin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Melinum Menœti.

[1] *Lithargyri lib.4.olei libr.3.tereb.lib.2.ceræ libr.1.æruginis,thuris,chalbani.sing.vnc.4.ammoniaci thymiamatis vnc. 6. Conficito.* 1 Melinum Menœti.

Melinũ Serapionis, ad vulnera, & ad resoluendũ. [2] *Lithargyri dra.100.ammoniaci thymiamatis drac.28.ceræ drac.56. æruginis Cypriæ drach.9.myrrhæ dra.1.Colophoniæ dra.56.chalbani drach.8.olei heminam.ß.Quòd si æstas sit, quartam partem heminæ.* [3] *aduerte autem myrrham nō sustinere coctionem: quam nec thus,nec aloë ferunt.* 2 Melinum Serapiõis. 3 Coctionē non sustinet myrrha, nec thus, nec aloë.

Hygieni emplastrum ad multa: quo ad vlcera vix cicatricem ducentia nullum melius extat.

[4] *Lithagyri chrysitidis minam, ceræ tantũdem, chamæleontis nigri radicis drach.36.æruginis rasæ drach.18.chrysocollæ drachm.40.olei veteris heminas 3. Conficito.* [5] *Præparatur optimè argenti spuma,si intrita vino Falerno sub æstu Caniculæ,dein aßiccetur.* 4 Hygieni emplastrũ multi vsus. 5 Lithargyri præparãdi ratio.

[6] *Emplastrum ex chamæleonte, quod cicatricem vlceribus difficillimis,callosis,& inueteratis inducit. Lithargyri minam.1.ceræ minas 6.æruginis minas 4.chamæleontis minas 8.olei minam vnam. Conficito vt decet.* 6 Emplastrũ ex chamæleonte.

De rufis emplastris.

7 *Quemadmodum propter crudam quidem æruginem fiunt viridia emplastra propter mediocriter autem coctam melina : sic rufa eua-* 7 Rufa emplastra fieri per longã coctionem æruginis.

dunt, vbi liberalius ea coquitur. Manifestum igitur est, melina, rufáq; oleum copiosius, quàm viridia, recipere. [1] *Rufum porrò, quo semper mea industria parato vtor, in hunc modum conquitur. Argenti spumæ cũ oleo prius coctæ, metallica ex aceto læuigata immitto, & sic coquo, donec amplius manus non polluat. Impono itaq; olei vetustioris lib. 4. argenteæ spumæ lib. 3. aceti quàm acerrimi lib. 2. Horum trium metallicorum, squamæ æris nigri, æruginis, chalcitidis, sing. vnc. 2. Ceterùm hyeme plus olei, quàm per æstatem, miscendum est. Ac sanè hoc medicamen cruenta vulnera glutinat, magísq; in duris corporibus: curatúq; difficillima vlcera cõcoquit. In summa verò, solũ hoc sinus glutinat, astringit fistulas, exiccat, & prorsus claudit. Ipsũ tamẽ iuuat spõgia recẽs veteri vino respersa.* [2] *De ligatura in sinibus ab imo fiat, versus vlceris osculũ.*

1 Rũfum emplastrũ Galeni.

2 Deligatura qualis adhibenda sit sinibus.

De iis quæ cicatricem obducunt.

3 Cicatricẽ ob ducẽtia.

[3] *Quantò autem glutinantia sarcoticis magis dicuntur siccare, tantò glutinantibus epulotica, siue cicatricem facientia. Ea tamẽ ex aliquo adstringenti oleo (cuiusmodi rosaceum, aut myrteum est) solẽt administrari. Porrò inter ea quæ apud omneis magnificè commendantur, inducendæ cicatrici præstantißimum est, quod ex cadmia, quódque ex ladano constat.*

Emplastrum ex cadmia.

4 Epuloticũ ex cadmia.

[4] *Cadmiæ vstæ, & ex vino præparatæ, chal*

citi

citidis tostæ, sin. dr. 80. picis Colophoniacæ vn. 8. vini Falerni, quod satis est. Conficito vt decet.

Aliud etiam ex cadmia.

Cadmiæ tostæ, chalcitidis tostæ, diphrygis, sing. drachm. 16. ceræ, resinæ frixæ, olei myrti, sing. selibram, vini Italici, quod sit satis.

Aliud ex cadmia.

Argenti spumæ, cerussæ, cadmiæ, diphrygis, resinæ, sing. drach. 8. chalcitidis drachm. 2. ceræ drachm. 8. myrtei olei, & vini aminæi, quod satis esse videatur.

Emplastrum ex ladano.

[1] *Chalcitidis, argenti spumæ, ladani, singul. drach. 24. bituminis drach. 8. ceræ, vnc. 9. myrti heminam, vini tantundem.* 1 Emplastrũ ex Ladano.

Emplastrum Pyricauton dictum.

[2] *Olei heminam, aluminis fißi, mannæ thuris, argenti spumæ chalbani, sing. drach. 50. ceræ drach. 24. anchusæ drach. 8. medullæ ceruinæ, adipis suilli, æruginis cerussæ, sing. drachm. 2. ouorum trium lutea. Conficiatur, vt decet.* 2 Emplastrum pyricauton.

[3] *Medicamen Magnum dictum, ac verè magnum contra vlcera quæ difficulter cicatricem admittunt: quod ex rosaceo dilutum, etiam sedis affectus sanat.* 3 Medicamẽ Magnũ dictum.

Argenti spumæ drach. 100. ceræ drach. 50. cerussæ drach. 100. terebinthinæ drach. 25. thuris tantundem, aluminis fißi drach. 12. olei heminas duas. Conficito.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

a Emplastrum Telamonis.

1 *Aliud Telamonis, accommodatum carbunculis sinúsq; exiccans. Pityinæ, ceræ, calcis viuæ, lithargyri, singul. drac. 50. cerussæ drac. 25. olei tres cyathos.*

2 Emplastrum Moschionis.

2 *Aliud Moschionis, vnicè conferens ad amouendum vlceris callum, sanandósq; sedis affectus. Argenti spumæ, cerussæ, calcis viuæ. sing. drac. 8. medullæ ceruinæ, ceræ, vtriusque drac. 16. olei myrtei quantum sit satis.*

Epuloticum medicamen Andromachi.

3 Emplastrum Andromachi.

3 *Cadmiæ lib. 1. chalcitidis vstæ, ceræ. singu. tantundem, resinæ aridæ libr. 3. myrtei tantundem. Vinum siccis immiscetur.*

Aliud eiusdem candidum epuloticum.

Argenti spumæ minã. 1. cerussæ tantundẽ, ceræ resinæ. sing. minas 4. olei heminas. 3. aquæ heminam. Candidum Telephanis.

4 Candidũ Telephanis.

4 *Argenti spumæ drach. 80. cerussæ drach. 120. myrrhæ, drac. 3. obo. 2. sagapeni, drac. 5. thuris drac. 6. obo. 4. olei heminas 2. ß. Omnia simul coquito.*

Aliud ad herpetas, carbunculos, condylomata & rhagadas maximè valens: quod etiam phlegmonas arcet. Adipis suilli drac. 88. ceræ candidæ drac. 48. cerussæ drac. 12. argenti spumæ tantundem. Conficito.

5 Cephalica pharmaca vnde dicta, & qua facultate prædita.

5 *At verò nonnulla emplastra cephalica, & catagmatica nominantur, potißimùm à caluariæ fracturis, quibus solent opitulari. Sunt autem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

autem talia abstergendi, digerendi, & siccandi potestate prædita. Plerique tamen paululum ex adstringentibus pharmacis eis admiscent, vt id quod affectis partibus influit, repellatur, & abstergentium facultas in altum vsque descendat. Cæterùm nisi adstringentia conterantur in tenuissimum pollinem, magis obsunt, quàm prosint ijs quæ trahendi vim obtinent.

[1] *Catagmaticum optimum ab Asclepiade traditum, ad confirmanda fracta ossa. Argenti spumæ, bituminis sing. drac. 200. picis aridæ, ceræ, sing. drac. 100. terebinthinæ drac. 50. aluminis scissilis, propoleos, sing. drac. 30. ammoniaci thymiamatis drac. 24. æruginis drac. 10. olei sextarios quatuor.* 1 Catagmaticũ Asclepiadis.

[2] *Moschionis catagmaticum ad fracturas, contusiones, atque recentia vulnera, aliósque affectus complures celebre. Argenti spumæ minam 1. picis tantundem, seui vitulini, tantundem, terebinthinæ drac. 80. mannæ thuris tantundem, ceræ drach. 40. æruginis, opopanacis, chalbani, sing. drac. 8. olei cicini, aceti, liquoris sycamini, sing. heminam, picis liquidæ heminæ dimidium. Conficiatur, vt decet.* 2 Catagmaticum Moschionis.

[3] *Pro mina in præsentiarum intelligo vncias viginti:* [4] *quarum singulæ pendent octo denarios. Sic itaque continebit mina centum sexaginta denarios.* 3 Mina cõtinet vncias 20. 4 Vncia cõstat. 8. denariis.

[5] *Propriè autem dicuntur emplastra cepha* 5 Cephalicis ad quæ Medici vtãtur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lica, ea quibus Medici in ijs capitis fracturis, quæ ad diploen penetrarunt vtuntur, ad extrahenda ex alto, superficiem versus, non ossa modò, sed his multò magis humores crassos & viscidos, intus delitescentes. Quare acrimoniam quandam sortiantur oportet. Itaq; catagmaticis cephalica generosiora existunt: quæ quidem mista cerato carnem possunt producere. Quocirca sarcoticis quodammodo sunt similia.

1 Cephalicum Heræ.

[1] Cephalicum optimum ad capitis fracturas ab Hera descriptum.

Squamæ æris drac. 25. aluminis, aristolochiæ longæ sing. drach. 20. ammoniaci thymiamatis, thuris, sing. drach. 25. myrrhæ drachm. 12. seui taurini, terebinthinæ, pityinæ, sing. lib. 4. olei heminam, aceti quantum sit satis. Conficito.

Aliud eiusdem, arcens phlegmonen, maximéque ad fracturas, & puncturas neruorum conducens.

Argenti spumæ drachm. 25. bituminis aridi drach. 100. picis aridæ drach. 50. ceræ drach. 50. resinæ pityinæ drachm. 25. ammoniaci thymiamatis, æruginis, alumnis fissi, propoleos, sing. drach. 15. olei veteris lib. 3. Conficito.

Andromachi catagmaticum.

2 Catagmaticum Andromachi.

[2] Argenti spumæ, picis, ceræ, seui taurini, thuris, sing. minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris sycamini heminam, terebinthinæ minam, opopanacis, chalbani, æruginis, singul. drach

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

drach. viij. ricini heminam, Ammoniaci thymiamatis drac. xxv. Ex vino austero diluitur.

De emplastris glutinantibus.

Quidam hæc ἔναιμα & τραυματικὰ nominant: [1] *éstq; opus eorum coniungere, & diuisas partes conglutinare, reducereq; ad pristinam integritatem. Sunt autem sarcoticis ipsa glutinatoria sicciora.* [2] *Ad hæc, sarcotica quidem, detergendi vim, sed absq; rosione possident: glutinantia autem, tantùm desiccantia esse debet.* [3] *Cæterùm cicatricem inducentia medicamenta, præterquàm quòd adstringunt, sicciora etiã sunt glutinantibus. Etenim glutinantium est finis, nullam inter coïtura subnasci humiditatem permittere: cicatricem verò inducentium, non modò hanc prohibere, sed consistentem etiam in ijs, quæ cicatricem sunt receptura, consumere: præterea callo obducere, & adstringendo obdurare. At sarcotica sanguinem ad refectionem idoneum tam quantitate, quàm qualitate tuentur. Iam quod nullius sit mordicationis particeps medicamen, purum vlcus conseruat, si quidem tale illud acceperit.* [4] *Porrò molliora humidioráque corpora, imbecillioribus medicamentis indigent: vt vehementioribus, quæ prorsus contraria existunt.*

1 Glutinantium medicaminum vsus.

2 Sarcoticorum facultas.

3 Epuloticorum opus.

4 Molliora corpora imbecillioribus medicãmetis indigent.

Glutinatorium ab Andromacho scriptum, nomine Barbarum.

[5] *Picis, resinæ, bituminis, sing. drach. 200.*

5 Glutinatoriũ Andromachi, Barbarum nomine.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

thuris drac.24.olei heminam. Conficito.

Aliud eiusdem.

Picæ lib.2.bituminis,ceræ, sing.libr.1.Ammoniaci thymiamatis, mannæ, sing.vnc.6.cerussæ vnc.3.olei heminæ dimidium, aceti heminas 4.

Aliud Enæmon Iuliani.

1 Enæmon Iuliani.

[1] *Argenti spumæ,bituminis,ceræ,picis Brutiæ, sing.drach.50.resinæ frixæ drach.15.æris squamæ drach.12.thuris drachm.14. chalbani drach.8.chalcitidis drach.4.aloës drachm.6. gallæ drach.4.myrrhæ tantundem,aristolochiæ longæ drach.6.aristolochiæ rot.drachm.4.olei veteris heminas 4.*

Nigrum Enæmon ab Hera conscriptum.

2 Enæmon nigrum ab Hera conscriptum.

[2] *Ceræ,picis,bituminis,pityinæ singul.libr.1. mannæ vnc.6.cerussæ. vnc.4.chalcanthi. tantundem,opópanacis vnc.2.olei semiminam,aceti heminas duas. Conficito,vt decet. Valet ad diuisiones notatu dignas,maximè capitis,ad fistulas,sinus, fracturásq;. Cohibet mirificè sanguinem erumpentem.Canum hominúmq; morsibus auxiliatur:ac prorsus phlegmonen arcet.*

*

GAL

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM GENERA,

LIBER III.



QVANDOQVIDEM *quæ putrescunt omnia, ex humiditate & calore id patiuntur, certè in vulneribus obnoxijs putredini,* [1] *curationem per siccantia & refrigerãtia moliẽdam esse, semper mecum existimaui. Rursum apud me contemplatus, frigidum neruis ab Hippocrate inimicum dici, optimum fore medicamen neruorũ vulneribus intellexi, quod & siccaret, & medium esset inter ea quæ calfaciunt, & refrigerant, vel quod parum ad calfacientium latus ab ipso medio recederet. Posse etiam calidum abundè esse pharmacum, modò siccãdi facultate polleret. Quippè calor citra humiditatem humectare non potest.* [2] *Cæterùm vbi nudatis neruis medemur, tunc prædictam auxiliorum integram indicationem assumi ratio est.* [3] *Vbi verò punctis, ita vt partes interiacentes sint sanæ, tenuius pharmacum inueniendum est, cuius virtus interiacẽtes particulas permeando non dissoluatur, sed in altum*

1 Putrescẽtium curatio per quę fieri debeat medicamẽta.

2 Nudati nerui quã medẽdi rationem postulent.

3 Pũcti nerui qualia medicamẽta postulẽt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

penetret. Hoc autem facere poterit pharmacum vehementer exiccans. Quod quidē, etiamsi non sit in calore & frigore symmetrum, offendere neruum læsum non poterit: quum facultas calfaciendi aut refrigerandi, quæ illi inest, admodum imbecillior reddatur, dum particulas ner-

1 Aceti facultas.

uoso corpori præpositas permeat. Porrò[1] *inter omnia quæ refrigerandi vim habent, tenuiorū partium acetum est quàm acerrimū: quod etiā*

2 Succorū calfacientium differentiæ.

caloris modici est particeps.[2] *Inter calfaciētes autem liquores, qui partiū tenuitate sint prædi ti, primæ tribuuntur partes Cyrenæo succo. Cæterùm si eius facultas nō detur, vtemur Medico, vel sagapeno vocato, vel euphorbio. Panacis etiam, & tithymalorum liquores, & opobal*

3 Terrestria, partium tenuitate prædita.

samū tenuandi facultatem sortiuntur.[3] *Ex terrestribus etiam nitri spuma, aphronitrum, bero nicæum nitrum, petra Aßia, eiúsq; flos, partiū tenuitate insigniūtur. Ex metallicis auripigmē tum, & sulfur, tum subtilia, tum calida sunt. Quibus succedit misy, æris squama, & chalcitis, parum simul adstringentia. Citra calorem verò manifestum tenuis essentiæ metallica sunt, spodium, pōpholyx, & psoricum. Subtilis abundè est & chrysocolla. Ex succis, laurinus valenter calfacit, ac præterea tenuandi vim poßidet. Nihil autem minus eo cedrinus calfacit: calore tamen qui sensibus subijcitur, propter substantiæ tenuitatem illi cedit. Eiusdem generis cum*

cedri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cedrino est lixiuia, quã stacten vocant.* Quæ quidem si ex tenuiorum partium materia vsta fiat, cedrinum oleum virtute superat. Iam ex cerealibus subtilissimum est eruum, sine insigni calfaciendi vi: lolium verò, cum insigni. Hordeum nequaquam calfacit. Mediam inter ea materiam obtinẽt, qualitatibus amara, vt quæ multum tenuibus substantia cedant, & crassi nihil possideant. Igitur medicamentorum materiæ non semel aut bis, sed frequenter sunt explorandæ: [1] quandoquidem sensibilium rerum cognitio inspectione sedula confirmatur. Cuius rei indicium euidentissimum est, quòd gemelli per omnia similes esse nobis visi, differentes appareant ijs, qui non per transennam, atque obiter, sed accuratè inspicere eos consueuerũt. Itaq; herbarum, fruticum, arborúmque materiam, prius quàm è terra eximantur, contẽplari pulcherrimum est, dũ fructus videlicet futuri sunt, dum eduntur, dum augescunt, dum vigent. Ex hac nanq; speculatione assequêris, quando excerpendi sint, in siccísque domunculis reponendi. [2] Etenim commodè reponũtur in locis nec subterraneis, nec sub tegulis constitutis, sed medijs, atque ostia ad meridiem conuersa habentibus: propè quæ tamen reponi medicamenta non debent. [3] Amicos autem omneis adhortor, si artis opera pulchrè obire voluerint, vt me imitentur, qui ex omni natione quotannis præstan-

1 Sẽsibiliũ rerũ cognitio inspectione sedula confirmatur.

2 Medicamẽta reponẽdi ratio.

3 Galen. ex omni regione curabat sibi adferri omnigena medicamenta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tißima medicamenta vt mihi adferantur curo, eò quòd perditi illi omnigenarum rerum coëmptores, illa indies adulterio contaminant. Conuenit præterea medicum, non modò affectionis, quam singula medicamenta inducunt, qualitatem, sed etiam ipsius (vt ita dixerim) quantitatem coniecturare. Quippe quod humore copioso est auctum, non simpliciter humectari postulat, sed opus est, vt siccitatis quantitas copiæ humiditatis respondeat. [1] *Porrò neruosarum partium doloribus à frigore obortis, vnicè opitulatur emplastrum ex euphorbio, oleo, & liquata cera confectum :* [2] *ad computrescentes autem circa articulos partes, confert cataplasma ex hordei farina, & stillatitio lixiuio paratum. Perfundendæ autem liberaliter partes circumiacentes sunt oleo calente: postea verò vbi lana sicca totus mador fuerit exhaustus, humido cerato, & cui euphorbium admistum sit, illinendæ. Porrò secũda die pro hordeacea farina miscere eruinam consueui : atque vbi iam totum quod computruit exemptum sit, paulatim primò quidem ad carnem gignentia, dein ad obducentia cicatrice transire. Quando autem mihi neruus aliquis vulneratus occurrit, interim per liquida pharmaca curationem molior, interim per emplastra, lanam extrinsecus quàm mollißimam: imbutámq; oleo calente, applicãs. Quòd si medicamentum ex aceto vsurpẽ, aceti*

1 Neruosarum partiũ doloribus quid medeatur.

2 Putrescẽtium circa articulos partium curatio.

Nerui vulnerati curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

modicum oleo admiſcens, bis térve quotidie ſoluo, & oleo calente foueo. Si noctes longæ fuerint, etiam in his ſoluere conſueui, ídque magis, dum vlcus à medicamentis eroditur. Oleum autem quo fouebimus, ſatis calens eſto, verùm ita ne vulneratam partem offendat. [1] Nam vt frigidũ huiuſcemodi affectibus aduerſiſsimũ eſt, ſic tepens non omnino vtile. Nam quemadmodum aqua ipſa, quatenus calet, aut friget, maximè contraria facere nata eſt, ita quoq; oleum. Frigidum ſiquidem corpori admotũ, perſpiratum ipſius obſtruit, & prohibet: calidum verò, digerit, extenuátq;. [2] Porrò ab aquæ vſu in tota curatione ita tempero, vt ne attingat quidẽ vlcus. Proinde, quum ſanguis initio ſtatim à vulnerata parte abſtergendus eſt, ex oleo id facere expedit. Iam verò acetum, ſi quando ipſo ad affectos neruos vtamur, in ſe nihil vinoſum contineat. Oleum autem omni adſtrictione vacet, ſítq; omni ex parte tenuiſsimum, quale Sabinum exiſtit. Memini autem me, quum alia remedia deeſſent, neruorum vulnera propoli recenti curaſſe, interdum etiam antiquiori fermento: quæ ambo aliquando commiſcui.

1 Tepidum oleum cæſis neruis non congruit.

2 Aquæ vſum vulneratis eſſe neruis inimicißimũ.

[3] Vetus etiã euphorbiũ oleo læuigãs, inſtárq; cataplaſmatis adhibens, aliàs tendinem punctũ ſanaui: id quod euphorbio recenti adhibito neutiquam ſucceßiſſet, quum calorem magnũ, mordicationémq;, atque dolorem excitet. [4] Eorum

3 Euphorbiũ ad punctos tendines facere.

4 Euphorbij vim citò euaneſcere.

tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tamen euphorbium eſt, quæ calorem caducum, atq; ſtatim euaneſcentem ſortiuntur. Cæterùm alijs multis pharmacis accidit, vt pauculis annis eorum vis reſoluatur: id quod poſt thapſiam nullo minus euphorbio contingit.* [1] *Quippe thapſia bimula, expirat penitus: quum euphorbij vires ad ſextum vſque annum ſeruari poßint. Porrò vbi pharmacum conſiſtentia ſimile acopis dictis vnctionibus habere volueris, oleum ſit quadruplum ceræ. Vbi verò emplaſtri ſpeciem referet, parem ceræ portionem oleo expedit temperare: maximè ſi ſicca & vetuſta fuerit: ac tum ſanè ipſi ceræ ſic temperatæ poteris ſextam partem euphorbij recentis adijcere, ita vt illius ſex drachmæ, ceræ ſex, atque item olei ſex miſceantur. Licebit etiam reſinæ, aut picis aliquid emplaſtro ipſi adijcere, vt glutinoſius euadat: tunc tamen minus infundendum eſt olei.* [1] *Ac reſinarum quidem omniũ ſicciſsima eſt, quam alij phrycten, alij Colophoniam appellant. Huic ſuccedit quæ ex figulinis impura ſumitur: quã ſi purges, in phrycten mutabitur. His ambabus ſiccior eſt, quæ dicitur pityinon phyſema. Ego tamen ad rem propoſitam phrycte vtor, & liquidis. Harum rurſus nonnullæ diutius liquidæ permanent, quemadmodum terebinthina: aliæ citò inareſcunt, vt ſtrobilina: media vtriuſque eſt abiegna. Quinetiam facultate calidior eſt quidem ſtrobilina, mox verò abiegna, deinde*

1 Thapſiã bimulam expirare prorſus.

2 Reſinarũ differẽtiæ.

terebint

terebinthina. Poteris autem medicamen quod euphorbium receperit, experiri in tuo crure, vel brachio: atq; ita ex affectu, quem inferet, aut remittere ipsum, aut eius vireis intendere: remittere quidem, mistura cerati, intendere verò, apposito euphorbio. [1] *Quòd si propolim pinguem habueris, eam omnibus resinis aptiorem fore tibi intelligito, vt quæ vaporosam spiritus craßitiem, humorésque superfluos eliciendi, atque ex alto foràs extrahendi, à natura vim habeat:* [2] *quæ facultas veteri etiã fermento inest. Iam verò ad vulneratos neruos nonnunquam sum vsus sulfure viuo, sicuti & arsenico, & sandaracha, & calce tum viua, tum extincta, lotáq; & illota, singulis nimirũ horũ per se cum tetrapharmaco temperatis. Porrò Empirici ex casu vnum aliquod simplex medicamentũ vtile ad proposita inueniunt. At rationalis methodus plurima simul inuenit, & varias ipsorum compositiones.* [3] *Etenim quæ ex alto humores educere, digereréq; possunt, neruorum vulneribus sunt ex vsu. Quandoquidem verò nonnulla horum qualitates habent immoderatas, alia eis immiscenda sunt, quæ ipsorum excessus, illæsa facultate, retundant. At rectè hoc fieri nequit, nisi cuiusque medicamenti non modò qualitatis genus, sed ipsius etiam qualitatis gradum, quãtitatémve cognoscas.* [4] *Quocirca Empirici, quòd ignorent naturam simplicium, homogenea*

1 Propolis vires.

2 Ferméti facultas.

3 Neruis vulneratis conferre, quæ humores ex alto educere, ac digerere possunt.

4 Empirici cur simi lia tantùm medicaméta commisceant.

nea

neatantùm, atq; similia cõmiscent: quemadmo dum alij pleriq;, quòd excessus quantitatẽ non assequantur. In vniuersum autẽ, pharmaca liquidiora, minus molesta sunt, quũ alijs, tũ vel maximè neruorum vulneribus. [1] Cauendũ tamen perpetuò est, ne aquis læsa particula respergatur. Verùm qui pulchrè neruorũ vulneribus prospecturus est, etiam particularũ naturæ sit peritus oportet. [2] Est autem curatio communis, sicuti & periculum par, tum in contusis ac vulneratis neruis, tũ in sic affectis tendinibus. Porrò [3] in vulneribus iuxta femoris longitudinẽ factis, deligatura vulnerati musculi partibus inuicem contrahendis sufficit. Per trãuersum vulneri accepto nihil deligatura contulerit: sed sola sutura totum opus absoluitur. Has igitur nisi quis altas faciat, musculi partes permanebũt inglutinatæ. Consuendæ etiam sunt membranæ ipsæ cum musculis, quibus cohærent. [4] At tendines, membranarum instar extensas, & dilutatas, non mediocri cum periculo consues. [5] Ligamenta autem, quomodocunq; afficiantur, ab omni sunt remota periculo: vtpote insensilia existentia, & ex oßibus, non ex musculis, vt tendines, orta: neque ex cerebro aut spinali medulla, vt nerui. [6] Igitur medicinæ partes mutuam opem requirunt, tum quæ manu, tũ quæ medicamentis, tum quæ victu medetur: maximéq; illa quæ manu curat, reliquis duabus indiget.

1 Aquã neruis læsis esse inimicã.

2 Tendinũ atq; neruorũ affectus æquè periculosos esse, eandẽq; medẽdi rationem desyderare.

3 Femoris vulnera glutinandi ratio.

4 Tẽdines non absque periculo consui.

5 Ligamentorum affectus cur periculo vacent.

6 Medicinæ partes mutuã opẽ desyderãt.

diget.[1] Porrò pūctiones neruorum angustam cutis diuisionem habentes, non eodem curantur medicamento, quod nudato neruo auxiliatur: sicuti neque id quod puncturis medetur, neruo nudo est ex vsu. Quippe multò calidius est, magísque mordet, quàm vt nudus neruus ipsum perferre poßit. Præcipuè autē danda opera est, vt oræ angustiorum punctuum apertæ sint, quò calidum medicamen admotum extrinsecus, per eas vapores eliciat, attrahens humiditatem circa affectum locum intus delitescētem.[2] Quamobrem orificium duabus in cute sectionibus ad rectos angulos diuidere oportet.

1 Punctiones neruorum angustæ nō iisdem medicamētis curātur, quibus nerui nudati.

2 Punctionū angustę oræ quomodo dilatandæ.

Confectiones medicamentorum ad neruorum vulnera.

[3] Ex metallicis adstringētia vitanda sunt, præsertim vbi nerui sunt puncti. Detergentia autem conferunt, quæ tamen sub æstiuo sole ex acerrimo, vetustißimo, substātiáq; tenuißimo aceto læuigare oportet, quò felicius craßitudo partium, qua omnia metallica prædita sunt, auferatur. Quantò autem longiori tempore attrita fuerint, hòc tenuiorē consequentur substantiam: erúntque aptiora angustis vulneribus: quemadmodum in neruis carne nudatis, admodum tenuia, exedentiáq; cauenda sunt: quibus sanè pastilli Andronis, Polyidæ, & Pasionis congruunt, ex sapa, quam siræon vocāt, appliciti. Ad punctos autem neruos equidem compo-

3 Neruis vulneratis qualia medicamenta congruant.

sitis

sitis medicamentis omnibus illud præstantius semper esse vsu ipso cōperi, cui copiosa æris squama inesset, dein chalcitis combusta, postea misy. Porrò vbi neruus qui nudus erat, ab imposito medicamento iam tectus fuerit linamentis, extrinsecus vnum aliquod ex ijs, quæ ad angusta conueniunt vulnera, superponendum est: aliúdq; eiusdem materiæ toti affectæ particulæ circundandum, ita vt sanas quoq; partes, præsertim superpositas, plurimùm compræhendat.

1 Medicamēta duo, eiusdē quidem generis, sed facultatibus differētia, ad vulneratos neruos cur in prōptu habere semper oporteat.

1 Quum autem permagna differentia humanorum corporum sit, ob idq; vnicum medicamentum omnibus conuenire non possit, duo semper in prōptu habeto, alterū nempe valentius, sed ex similibus genere confectum: alterum mitius & blandius: quæ inuicem temperans, dum postulabit vsus, pro varietate misturæ permulta alia media inter ipsa constitues. Esto igitur valentissimum metallicum tale: Chalcitidis crudæ partem vnā, misyos crudi partes 2. æris squamæ partes tres. Mitissimum hæc recipiat: misyos, chalcitidos, vtriusque combusti partem 1. squamæ partes quatuor. Medium sit tale: Misyos, chalcitidos, æruginis, cuiusque vsti partem vnam, æris squamæ partes tres. Præterea ceræ in valentissimo duplum: * in mitissimo duplum, atque ipsius dupli dimidium miscetur: at in medio, duplum, ac ipsius dupli quartam partem miscere oportet. Quum igitur validissim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lidißimum ex ſex partibus conſtet, duodecim illi ceræ partes miſcebis. Imbecillimum autem, quandoquidem ex ſenis etiam conſtabat, octodecim (quod duplum, ac dupli dimidium eſt) recipiet. Mediocri verò dimidium harum partiũ omniũ indetur. Atqui octodecim & duodecim triginta partes conſtituunt, cuius numeri dimidium continet quindecim partes. Tot igitur mediocri medicamento adÿcientur ceræ portiones (id quod erat duplum, & dupli pars quarta) ſiue eæ drachmæ ſint, ſiue vnciæ, ſiue etiam libræ. [1] Porrò menſura, qua Romani metiuntur oleum, eſt cornea, diſcretáq; circularibus lineis, totam ipſam diuidentibus in duodecim partes. Atque integra quidem menſura ab eis appellatur libra, vt eius duodecima portio, vncia. Iam verò prædictis pharmacis omnibus, iuxta ceræ portionem, addatur oleum eſſentiæ tenuioris, miniméque adſtringẽs: quod quidem cerã ipſam dimidio ſuperet, ita vt octo illius vncÿs duodecim olei miſceantur. Quinetiam vbi metallica pluribus diebus in mortario trita ex aceto fuerint, commodè illis thus cãdidißimum atq; pingue miſcetur. Cuius quantitas mediæ omnium portioni ſit par: quam licebit tibi augere aut minuere, prout volueris efficere medicamentum mitius, aut acrius. [2] Ceræ etiam oleo liquatæ poteris aliquam reſinam ex prædictis inÿcere: ciens acrius futurum pharmacum, ſtrobilina

1 Menſura olei erat olim apud Romanos cornea.

2 Reſinarum differentiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

iniecta: mitius, terebinthina: medium vtriusq;, abiegna. Ex harum genere quoque est larix, cæterùm prædictis humidior, liquidæ piceæ substãtia similis. Miscebis igitur ceræ, sextam vnius dictarum resinarum partem, si vis vt medicamentum emplastri formam retineat. Chalbani verò æquale thuri pondus indes, vbi mitissimum reddere status: dum valẽtius, dimidium: quando ipsorum mediũ, id quod inter hæc æquale & dimidium est. [1] *Inest porrò chalbano, vt emollientibus omnibus, etiam putrificum quid: quare nudatis neruis non vsqueadeò conuenit.* [2] *At si nudus neruus non sit, haud mediocriter permistio ipsius ad dolorem leniendum cõfert,* [3] *Omnia quippe metallica exasperãt, dolorémque excitant, vt ex humidis etiam acetũ. Quare dolori ab his excitato, plurimum auxiliatur fotus ex oleo & chalbano mistis, administratus.* [4] *Nihil autem minus chalbano dolorem lenit adeps tenuitate substantiæ præditus, qualis à feris, & agrestibus animalibus sumitur. Nã animalium quæ conclusa in vrbibus degunt, adeps est et humidior, & crassior. Ex his igitur quæ leniant dolorem, habere aliquod medicamẽ expedit, quod ex metallicis composito possis interdum miscere.*

1 Emolliẽtibus omnibus inesse putrificum quid.

2 Chalbanum punctis neruis conducit.

3 Metallica omnia doloré excitant.

4 Adeps tenuium partiũ, lenit dolorem.

5 Euphorbium vetus recentiori esse inferius.

De medicamentis ex euphorbio confectis.

[5] *Vetus euphorbium recentiori longè est inferius.*

ferius. Si igitur anniculum sit, etiam Cyrenæo succo, quem nunc habemus, & cuius irrigatione stirpes augent, & succulentas reddunt, magis excalfacit. Porrò colore quidem vetus recẽti flauidius pallidiúsque apparet, substantia durius, & siccius. [1] *Conficitur autem ex recenti euphorbio calfaciens medicamentum in hunc modum: Euphorbij vnc. 1. ceræ vncias 3. olei vnc. 12. quo smegmate intrepidè vti ad puncturas poteris, dum vereris ne oscula ipsa * cõniueant. Quòd si imbecillius fuerit euphorbium ipsum, augenda eius mensura est pro imbecillitatis ratione.* [2] *Cæterùm confectura ceram euphorbij triplicatam continens, aliarum est valentissima, quum illud recens miscetur: quincuplam autem recipiens, inualidissima. At quadruplã capiens, medio inter vtrasque gradu consistit. Quòd si vnguẽta proponas facere qualia ἄκοπα nuncupantur, oleum ceræ quadruplum immiscebis: si verò, vt in fracturis liquidum ceratum parare duplum. At emplaston medicamen cupiens conficere, oleum pari mensura ceræ immisceatur, si quidem ambiens fuerit calore temperatus. Sinautem ille frigidus sit, cera autem vetus & arida, paulò ampliori misceri debet. Vt autem tenacius hæreat, terebinthinam, aut Colophoniam, soleo emplastro adijcere. Pix etiam cerati consistentiam tuetur. Multò autem præstiterit medicamentum,*

1 Medicamen ex euphorbio, ad neruorum punctiones cõmodum.

2 Medicaminum varias consistentias parandi ratio.

ſi reſinæ piciſq; loco propolim ceræ parem adiũxeris. Quæ ſi pinguitudine careat, cupiamúſque vt adhæreat pharmacũ, terebinthinam, vel laricem, vel ſyncomiſten pineam, vel reſinas ſua ſponte fluentes, miſcebimus.

Medicamen confectum ex liquabilibus.

EX *aceto citra ignem liqueſcit ammoniacum thymiama, ſagapenum, & opopanax. Igni verò ſoluũtur propolis, cera, reſina, & cõſimilia:*[1] *quæ in duplici vaſe liquare eſt melius, nempe quum in cacabo aquam calidã continente, incumbentéq; prunis, alterũ vas conſiſtit, præter liquabilia etiam chalbanũ continẽs. Valentiſsimum igitur ad vulneratos neruos medicamentum ſit huiuſmodi: Opopanacẽ ex aceto diſſolutũ diutius conterito. Poſtea liquefacta illi ſuper igne propolim, chalbanũ, & reſinã terebinthinã miſceto. Singulorũ itaq; aliorum pars vna eſto: propoleos recentis pinguiſq;, ſex. Qua ſi careas, eius loco picem pinguem indes, qualis eſt Brutia. Quòd ſi hæc nõ adſit, vtêris terebinthina.*[2] *Ego nonnunquã vel ſolũ medicamentum ex pingui pice confectum impoſui, quo etiã ad canum morſus vtimur. Id autẽ recipit picis lib. I. opopanacis vnc. 3. aceti, in quo illa coquũtur, ſextarium Romanũ. Etenim pũcturæ oras cõniuere nõ ſinit. Sic tamẽ cõpoſito, in duris tantum vtemur corporibus. Nam in mollioribus,*

[1] Liquandi medicamẽta in duplici vaſe ratio.

[2] Medicamen ex pice, vtile ad canis rabidi morſus.

ex ali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ex aliquo molliori, sed digerente, vnguento vel oleo liquandum est. Quòd si loco opopanacis, sagapeno prius in pila trito ex aceto, liquefactam resinam, propolim, & adipem quandam acriorem adijcias, eiusdem generis medicamen habebis. Mollius tamen est, quod ex resinis, propoli, seuis, ac cera colliquatis, absq; aceto conficitur. Cæterùm quod inditur seuũ, sit acre: quale est, quod ab agrestibus animalibus sumitur, quódq; vetustum existit. Porrò ex medullis, ceruina, vitulináq; antecellunt.

De pharmaco ex columbarum stercore confecto.

[1] *Columbarum turricolarũ stercus acre est: quo interim ruri sum vsus in adolescente, nerui vulnere affecto. Cuius sanè tum compositio, tum vsus, idẽ est, qui medicamini ex euphorbio inest, alijs quidem eodem modo se habentibus, sed euphorbij loco stercore indito.* 1 Medicamen ex columbino stercore.

De medicamento ex herbis confecto.

[2] *Ex herbis etiam tenuium partium, amaritudinem absq; adstrictione, aut acorẽ modicum referẽtibus gustu, haud inidoneũ ad vulneratos neruos confici medicamẽ potest. Tales enim sunt dictamnum, amaracum, aristolochia, polium, argemone, chamæpitys, centaurium, atq; id genus aliæ: quemadmodum etiam radices omnium aristolochiarum, dracunculi, cucumeris agrestis, bryoniæ, althææ, iridis, acori, mei,* 2 Medicamẽ ex herbis confectum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

asari, phu, gẽtianæ, & panacis: quæ omnes, perinde vt collyria arida, læuigari in tenuißimum pollinem debent. Nam quod crassa est substantia, neruis vulneratis conducit nihil. Læuigatũ autem medicamen, alio quod cerati modum habeat, est excipiendum, ídq; ea temperatura, quæ in euphorbio prius indicata est.

De sumptuosis pharmacorum compositionibus, vulneratis neruis congruentibus.

1 Medicamina sumptuosa vulneratis neruis cõgruẽtia.

[1] *Iis autem qui odoratis & pretiosis oblectãtur medicamentis, in hunc modum illa soleo cõficere. Cinnamomi, dictamni, mari singulorum drac. 40. amaraci pauxillum. Hæc redacta in tenuißimum pollinem, cum cerato ex opobalsamo optimo, & cera Tyrrhenica facto, cõfundo. Debent autem ceræ partes octo, opobalsami decem, in id ceratum coire. Adijcio etiam partem vnam terebinthinæ odoratæ, vt medicamen non sit friabile, sed sibi mutuò cohæreat. Sed ex eodẽ cerato, & liquore Cyrenaico similiter aliud medicamen compono, mistura pro portione euphorbij facta: tertiúmq; aliud ex vtrisq; temperatis conflatum: quartum deinde, quod in se myrrhã stacten recipit. In quibus autem neruus est nudus, ibi ceratũ ex cera quæ vocatur myrepsice, & vnguentis apud Romanos foliatis, & spicatis dictis, cõpono, duodecimam partẽ pompholygis ei admiscens. Licet autẽ ex Tyrrhenica cera id*

ra id conficere: quam solam nihil etiam prohibet ex nardo optima liquefacere, idque in dupli ci vase,[1] *quod in omnibus vnguentis sit commune præceptum. At raso cerato, spicæ nardi, amomi, folij malabathri, & elotæ pompholygis, pares singulorum portiones miscebis.*[2] *Etenim in puncturis acriora pharmaca ex vsu sunt, quæ vulnus apertum conseruent. Denudatis autem, mediocri adstrictione cum digerendi virtute absque morsu prædita offerre conuenit. At amomum adstrictionis cuiusdam est particeps. Magis autem ipso nardi spica, & malabathri folium.*

1 Vnguenta omnia liquāda esse in dupli ci vase.

2 Puncti nerui, quā nudi, acriora pharmaca postulant.

Quæ alij scripserint ad sananda neruorum vulnera.

Quidam nostræ ætatis Medicus vtebatur medicamento similiter meis confecto ex metallicis. Recipiebat enim ceræ vnc. 6. olei vncias 9. misyos drach. 6. chalcitidis drachmā 1. squamæ æris vncias 2. ß. thuris vnciā 1. ß. chalbani vnciā 1. Cera & chalbanum liquata, metallicis aceto intritis superfunduntur. Porrò si neruorum vulnera non comitetur phlegmone, molliora humidioráq; statim à principio sunt potiora medicamentis durioribus, ac siccioribus: præstátque liquata ipsa in digerente quopiam, vel mitigatorio medicamine administrare.[3] *Voco digerētia quidē, vetus oleū, et ricininum, & Sicyonium:*[4] *mitigatoria autē, rosaceum, chamæ*

3 Digerentia quæ.

4 Mitigatoria quæ.

melinum, & quod ex althæa conficitur. His fortiora, eóque durioribus corporibus magis idonea sunt, quod ex cucumeris agrestis radice oleo decocta exprimitur, & quod ex iride, bryonia, & aro paratur. His valentius est, ex dracũculo, aristolochia, & panace factum. Nos frequenter vsi oleo sumus ex abietis semine, populíque flore confecto.

Claudij Philoxeni Aegyptia, neruorum vitiis, aliísque congruens affectibus.

1 Aegyptia Claudij Philoxeni.

[1] *Argenti spumæ, ceræ, sing. drach. 60. ammoniaci thymiamatis drac. 80. propoleos drac. 40. resinæ siccæ, terebinthinæ, squamæ æris, thuris, sing. drach. 18. lanæ succidæ exustæ, squamæ stomomatis sing. drach. 8. opopanacis drach. 4. ricini heminas tres. Conficito artificiosè.*

Fuscum Andromachi, contra puncturas.

Ammoniaci, ceræ, terebinthinæ, æris combusti, sing. drac. 8. picis aridæ drach. 40. lithargyri drach. 4. aloës Indicæ, aristolochiæ, chalbani, sing. dra. 2. æruginis drac. 1. thuris dra. 2. olei hyeme quartã heminæ partem, æstate octauã: aceti tres cyathos, quibus ammonia cum dissoluatur. Conficito.

*



GALENI PERGAMENI de compositione medicamentotum secundum genera.

LIBER IIII.



QVANDOQVIDEM [1] ex dysepuloticis quædam saniei humorúmque vlceratis partibus influentium vitio ægrè cicatricem admittũt, quædam ipsa affecta sede influentem succum quàmlibet probum corrumpente: secunda ratione vlcera dysepulotica & cacoëthe propriè nominant: in quibus interim totã partem affectam excindere, vel adurere nonnulli coguntur, aut medicamentis crustam inducentibus, aut igne vtentes. Quũ autem ampla vtrinq; latitudo sit, in eo quòd alterũ altero magis dysepuloticũ malignúmq; est. [2] tot sanè desyderantur auxiliãtia pharmaca, quot fuerint ipsorum vlcerũ differentiæ. Quare duo, vt minimum, quæ idem polliceãtur, eandémq; facultatem ostendant, differãt tamẽ maximi minimíq; ratione, in promptu adesse illi cõuenit, qui omnia id genus vlcera cõstituerit curare. [3] Cæterùm vbi nullus vitiosus succus vlceratas partes infestat, tale requiritur pharma-

1 Dysepuloticorum differẽtiæ.

2 Vlcerib⁹ tot desyderari pharmaca, quot ipsorum sunt differentiæ.

3 Vlceratarum partium, quas nõ infestat vitiosus succus, curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cum, quod influentem quidem humorem repellat, infixum autem parti discutiat. Atque hæc sanè vires contrariæ præstant. Siquidem influxum reprimunt adstringentia: impacta digerunt, quæ trahendi potestate sunt prædita. Porrò quæ adstringunt, maiori ex parte exasperãt, atque hac occasione molesta sunt. Trahentia verò ac digerentia ex alto humores, non citra acrimoniam id faciunt. Ac acrimoniam dolor aliquis necessariò sequitur, mordens vlceratam particulam: vnde influentes humores irritari contingit, ac proinde in vlcere phlegmone excitari. Ex quibus liquet [1] *medicamenta dysepuloticis malignísque vlceribus congrua, esse quàm difficillima inuentu. Inuenienda tamen aliqua eorum materia est, qua vlcus citra dolorem siccescat: quòd accuratè fieri nulla ratione licet, ignorãte medico quem effectum admotum medicamen ostenderit. Quippe ex erodente simul & adstringente validum conficitur pharmacum. Cæterùm sordes humórque vlceri incumbens, pharmaci rosionem exoluunt. Itaque perpendendum est, quantum primus vsus humiditatis ac sordium in vlcere desiccauerit: atque ita secundum, tertiúmq; vti illo debemus, donec siccum & purũ vlcus ipsum appareat. Vbi verò id tale conspexeris, ad aliud medicamentum te conferes, eiusdem quidem speciei, sed priore imbecillius.* [2] *Scire autem oportet medicamenta ipsa*

1 Dysepuloticis congruentia medicamẽta, cur sint difficillima inuentu.

2 Vlcerib. qua ratione medicamenta medeantur.

ta ipsa non alia ratione mederi vlceribus, quàm quòd in exulcerata particula eam siccitatē inducant, quam sortiebatur, quum se haberet secūdum naturam: id quod factum intelligimus, vbi neque tenuis amplius sanies influit, nec pus producitur. Reuocanda igitur ad memoriam sunt ea quæ citra morsum exiccant: cuiusmodi complura metallica existunt. Meminisse etiam oportet, [1] combusta, & lota acrimoniā, quam prius habebant, amittere: ac proinde ipsis vtendum esse, in ijs qui molli carne sunt præditi, admodúmque ad sentiendum prompti, necnon cacochymi. Nam in alijs corporibus illita etiam vsurpare licebit. Siccant igitur modicè, Lemnia sphragis, cadmiáque, præsertim quæ sponte nascitur: quam sub æstiuo sole pluribus diebus ex aceto, aut vino giluo pellucidóq; interens, exiccantiorem reddo Chalcitis combusta, quàm cadmia, valentius siccat. [2] Per se autem, nec combusta, si administretur, crustas excitat. Lotam igitur ipsam, deinde siccatam habere est satius. Minus enim lota, quàm cōbusta, desiccat: tum lōgè mitior est, minúsq; mordax. Persimile huic medicamētum est etiam ærugo combusta. Nam quæ ignē non est experta, fortißimum medicamentum est sicut chalcitis. Verùm hæc nonnihil etiam adstringit, [3] & ea multò magis chalcanthum, quod inter metallica maximè siccat. Misy autē & sory chalcitidi sunt cognata: tenuius tamen

1 Vsta & lota medicamenta, acrimoniam, quā prius habebant, amittere, ob ídq; ipsis vtendū esse in mollioribus & cacochymis corporibus.

2 Chalcitis crustas excitat.

3 Chalcanthum.

tamen misy apparet, minúsq; mordax & vrẽs: crassius sory, & vtrisq; siccat imbecillius: quemadmodum & stimmi maiorem adstringendi, siccandíq; vim, ac sori, possidet. [1] *Porrò diphryges vlceribus ægrè humoris vitio ad cicatricem venientibus aptissimum medicamen existit: validè nanq; siccat, etsi sit mordax modicé. Ad hæc, præter acrem tum qualitatem, tum potentiam, vim adstrictoriam possidet.* [2] *Iam omnes differentiæ aluminis vlcera satis exiccãt, generosè adstringentes: quare nemo solis ijs ad vlcera vtatur. Igitur quæ plethora, vitiosóque succo laborãt corpora, quǽq; tenera carne prædita, & ad sentiendum maximè prompta sunt, facilè ex morsu, rosionéq;, phlegmonen contrahunt: quare mitiora medicamenta desyderant:* [3] *Cuiusmodi sunt sarcocolla, ichthyocolla, chrysocolla, plumbum vstum sory stimmíq;, similiter etiam cõbusta. Insuper plumbi scoria probè siccat, quemadmodũ ferri squama: quæ etiã abstergit, purgátq;: vnde pura vlcera reddit, quod reliquæ squamæ non possunt. Quare si hæc omnia medicamenta arida vlceribus malignis, contumacibúsq; insperseris, mirificè videbis citra rosionem ea desiccari. sicuti vbi buccinorum testas concrematas, purpurarum ostreorum, aliorúmque id genus similiter adhibueris. Lapis etiam diaphanes siue specularius dictus, leniter ac sine morsu exiccat. Eiusdẽ facultatis est vitrum vstum.*

1 Diphryges.

2 Alumine solo cur nõ sit ad vlcera vtendũ.

3 Siccantia citra rosionem quæ sint.

vstum. [1] *Quinetiam Aegyptiæ ſpinæ fructus, galla immatura, rheon, malicorium, ſiccandi & adſtringendi facultatem ſortiuntur. Ariſtolochia etiam iris, acorum, artemiſia, panacis radix, argemone, chamæleontis nigri radix, cyperus, dracunculus, & gladiolus, affatim ſiccant. His euidentius adhuc centarium & polium: quibus paulò imbecillior eſt terra Eretrias dicta: vti valentior, vocata ampelitis. Porrò ærugo ignem non experta, calx viua & illota, & molle aphronitrum (quod re vera aphronitrum eſt) ſola per ſe non admouentur vlceribus.* [2] *Nihil autem nobis in prædictis vlceribus tam euitandum eſt, quàm tum oleoſa & mollia medicamenta, cuiuſmodi ſunt omnes adipes, & quæ ſcirrhos emolliunt: tum acria, vt piper, Zingiber, ſinapi, & alia id genus.*

1 Siccantia ſimul & adſtringentia.

2 Vlcerib⁹ contumacibus aduerſari tũ oleoſa, tum acria.

Medicamentis prædictis quomodo ſit vtendum.

VBi igitur ſiccum aliquod pharmacũ vlceri imponere eſt animus, ſordes prius ſunt exprimendæ, molli, puro, atq; ſicco linteolo. [3] *Medicamento iam indito, platyſma ex emplaſtro labris attenuandis commodo, extrinſecus ſuperdandum eſt. Huic rurſus linamentum vndique æquale foris inijciendum: cui ſpongiam ex aqua aut vino tinctam applicabimus: quæ vt frigida maneat perpetuò, per aſsiduum frigidæ fotum curabimus.* [4] *Porrò deligatura ipſa in vlcere*

3 Vlcera quomodo ſint tractãda.

4 Deligatura vlceribus qualis ſit adhibẽda, & quando ſoluenda.

inch

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

inchoanda est, atq; illinc ducenda versus partes supernas: quam tertio quoque die, non singulis, soluere expedit. Tunc autem si ambientes vlcus partes aliquid phlegmones referant, meo phœnicino emplastro liquato ex oleo, cui plurimum vini adstringentis permistum sit, externas platysmatis partes quàm latè imbuere expedit.* Verùm non ex obuio quouis oleo phœnicinum liquare oportet. Sed si rubor quidem, atq; omnino caliditas dominetur in adiacentibus vlceri partibus, ex aliquo adstringentium atque refrigerantium id solues: cuiusmodi sunt myrteum, melinum, & omphacinum. Sin durities aliqua conspiciatur, oleo veteri, vel ricinino liquandum est.[1] Tutius autem fuerit, vel si nihil in ambiente vlcus loco vitiosi appareat, superpositæ regioni ipsum medicamen apponere, vt repellat si quid prius vel prauum, vel plus quàm par est, influat: maximè quum in crure vlcus obortum, superpositā habet varicē.[2] Quæ dum sanguine melancholico turget, excidenda venit: quanuis iuxta excisionem ipsius vlcus malignum & contumax interdum oriri solet. [3] Igitur in id genus vitijs præstat, viribus ægri consultis, à sectione venæ auspicari: dein pharmaco purgare melancholicum succum, simúlq; etiam pituitosum vacuare: quoniam is quoque interdum vnà cum melancholico influit, dum varices gignuntur. Postea venam vlceri su-

prapo

1 Repellentia esse applicāda regiōi supra positæ vlceri.

2 Varices quādo excidendæ sint.

3 Vlceris cui varix incumbit, curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

præpositam in longum scarificare commodum est. Vbi abũdè vacuaris, ei ipsi venæ sectæ prius medendum: quæ postquam exactè iam cicatricem videtur recipere, tunc aggredere maligni vlceris curationem. Iam verò lien nõnunquàm malè affectus, vitiosi talis humoris est author, sicuti & iecur: quibus vbi in primis consultum fuerit sic tandem accedere ad curandum vlcus oportet. Pari modo si vniuersum corpus plethoricum, cacochimúm ve existat, id prius vacuare, expurgaréq; expedit, quàm vlceri medicamentum admoueas. Cui quidem dum mederis, à valentioribus abstersorijs pharmacis ad mitiora, lenioráq; digredere, si vlcus adamussim esse purum videatur: quemadmodum in sordidis ad magis abstergentia transire conuenit, nisi ex rosione medicamenti sint facta sordida. Sæpe siquidem ab acri medicamento colliquata & soluta caro, in vitiosam saniem degenerat. [1] Cæterùm cauitas vlceris maior, oræque rubentiores, & calidiores effectæ cernuntur, quum ob medicamenti acrimoniam ipsæ sordes acrescunt.

1 Sordes ab acri medicamẽto excitatæ, quo modo discernendæ ab iis, quas vlcus propria ratione produxit.

Compositio emplastrorum.

QVandoquidem [2] malignorum & difficulter admittentium curationem vlcerum, summus scopus est, vt medicamentũ citra morsum exiccet, aqua verò & oleũ maximè omniũ humectant, ab eis abstinere oportet. At cera deligenda est recens & pinguis: qua in sole emollita,

2 Vlcerib9 contumacibus, cur oleũ & aqua aduersentur.

lita, aut apud ignem subacta, & in calidam aquam immersa, arida medicamenta prædicta excipimus. Mediocre autem medicamẽtum fiet, si quarta pars metallicorũ ipsi ceræ adijciatur: valentius autem, si tertia. Etenim quum haud exiguo discrimine inuicem corpora differant, vnum omnibus medicamentum rectè præparari non potest. [1] *Erit ergo temperati pharmaci compositio huiusmodi: Vtriusque æruginis, æris combusti, sing. drach. I. aluminis scissi drach. ß. ceræ drach. IO. Conficito. Minus autem mordebit, si loco aluminis, integram diphrygis drachmam adijcias. Quòd si expurgare sordes consilium sit, sic conficiemus. Aeris, æruginis vstæ, diphrygis, sing. drach. I. æris squammæ drach. ß. ceræ pinguis drach. IO. misceto. Cæterùm si cera ipsa sit siccior, emollienda est aliquo adstringente oleo, vel larice, vel terebinthina.*

1 Vlceribus contumacibus pharmacũ temperatũ describitur.

Ad Chironia & difficilia vlcera medicamen ab Asclepiade proditum.

[2] *Aeris squamæ vnc. I. æruginis rasæ tantũdem, ceræ selibram, resinæ laricis vnc. ß. Quæ liquari possunt, aridis affunduntur: quibus exceptis, ac curiosè emollitis vtitor. Cæterùm platysma exiguum soli affectæ parti, vt vlcus tantùm comprehendat, imponito. Ambientes autem particulas pharmaco quod phlegmonen arceat, circundare oportet. Inter curandum tertio quoque die soluere: dein fomentis mitigare:*

2 Vlceribꝰ difficilibꝰ, pharmacũ Asclepiadis.

ipsum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ipsúmque emplastrum, quod platysma vocatur à latitudine, abluendo emollire, ac rursus imponere, donec cicatricem inducere incipiat. Ego certè Attico nonnunquàm œsypo ceram temperaui. Meminisse autem oportet, [1] *qualitates omnium vicinorum corporum, mutuò in se agere, etiamsi alterum ipsorum multò validius sit. Vnde processu temporis quodammodo euadunt similes. At vbi qualitas medicamenti curando corpori specie similis fuerit, maior vtilitas sequitur. Porrò diphryges, si vel solum inspergatur vlceribus quæ difficulter cicatricem admittunt, probè illis medetur: item & æs combustũ.* [2] *Aerugo autem exedit atq; mordet insigniter.* [3] *Itidem calx ignem non experta, quum insigniter mordicet, exigua portione alijs medicamentis à nonnullis miscetur. Extincta mediocre est pharmacum. Elota prorsus lene & mordacitatis expers.*

1 Vicinorũ corporum qualitates in se agere mutuó.

2 Aeruginis facultas.

3 Calcis vires.

Pharmacum ad mitiora vlcera cicatrice inducenda, ab Andromacho scriptum.

Cadmiæ tostæ lib. 1. chalcitidis vstæ tantundem, ceræ lib. 4. resinæ aridæ lib. 3. myrtei lib. 4. Vinum miscetur aridis. [4] *Quum autem ad maligniora vlcera valentioribus vtendum remedijs sit, vt imbecillioribus ad mediocria: aliud medicamentum subdam, quo vtor ad dysepulotica. Aeruginis, & squamæ, sing. vnc. 1. ceræ vnc. 8. misceantur. Si igitur cauum sit vlcus,*

4 Vlcera maligniora, valẽtioribus egẽt remediis, imbecillioribus autẽ, mitiora.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

indito medicamento repleatur. Post hoc rursus aliud platysma superaccommodabitur, quod & labra compræhendat. Huic deinde linteum frigida madans tantum vndique obijcitur, vt medicamentum occultet. Postremo spongia mollis, fascia ex linteo excepta, vel semel, vel bis, affectam partem orbiculatim ambiente, tantæ magnitudinis, quò totum vlcus cum labris, ac superpositorum ipsis aliquid, subiectorúmque, complectatur. [1] *Deligatio autem ipsa à duobus initijs fiat. Vocant sic, quoties tota pars media vinculi affecto loco incumbit, vtrunque autem crus in oppositam regionem deducitur. Vbi hæc primo die peregeris, altero aquam frigidam per spongiam irrigato. Si ambiens aër calidus & siccus fuerit, bis hoc térve in dies singulos est faciendum, ac deligatura tertio quoque die soluenda: per hyemem, quarto. Affectus autem ipse indicabit, num fortius, vel mollius, vel simile sit imponendum pharmacum. Emollies ipsum paululo myrtini, aut rosacei, aut melini, aut lentiscini, aut mastichini, aut cyprini instillato. Validius reddes, aliquid squamæ, aut æruginis addens.*

1 Deligatio exulceratis particulis qualis molienda sit.

Aliud ad obducenda dysepulotica aptissimum.

Chrysocollæ. squamæ, sing. dra. 2. ceræ. dra. 6. diphrygis dra. 2. lithargyri drac. 8. Confundito. Aduertendum autē est, [2] *mitia pharmaca mihi di*

2 Medicamenta mitia quæ sint.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

hi dici sarcocollam, chalcitidem vstam, æs æruginémque combustam, atque chalcanthon: quæ ignem nõ experta, acria omnia sunt: combusta, moderata: lota post combustionem, lenia, rosionísq; expertia. Aliud mitissimum.

Eloti plumbi drach. 2. spodij, cadmiæ, diphrygis, sing. drach. 4. terebinthinæ, qua excipiuntur, drach. 6. Zeno addit chalbani drachm. ß. Etenim satius est medica portione misceri pharmaca id genus, quum nimirum confestim sibi saxeam duritiem contrahant. Porrò in hisce omnibus, illa quæ liquari possunt, liquefacta & refrigerata, abrasáque siccis diligenter redactis in pollinem, admisceto. Nam si liquida ipsis affundas, in grumos concrescent, maximè vbi inualuerit frigus. In sole autem feruenti si mistura fiat, licet ea superfundere, mouendo rudicula primùm, deinde cochleario: præstat tamen ad omnia hæc ramusculus palmæ.

Aliud ad desperata vlcera, ex collectaneis Primionis.

Soreos drachm. 24. aluminis scißilis, malicorij, calcis viuæ, sing. drach. 16. thuris drachm. 32. gallæ omphacitidis tantundem, ceræ drach. 120. seui vitulini (aut eius loco, adipis porcini & vetusti) drach. 60. olei veteris hemi- nam. Conficito. Porrò sory, alumen, malicorium, galla, non digerendi facultate, sed adstringendi eximia, sunt prædita. [1] *Etenim subadstringẽtiũ*

1 Adstringens esse genus commune austeri & acerbi.

genere continentur austera & acerba: sed illa quidem adstringũt mediocriter, hæc autem, hoc est acerba vehementer. [1] *Omnia igitur adstringentia contrahũt, ac densant meatus, vinciúntque & continent partium sibi cohærẽtium substantiam: quò fit vt altius ipsorum virtus penetrare non posit, nisi ab alijs acribus, atque subtilium partium ducantur: id quod ipsis calx in præscripto medicamento præstat. At verò induratis vlcerum labris multò vtilius medulla ceruina adhibetur: quæ si non adsit, vitulina. Porrò inueteratum oleum ab adipe suillo (quem oleo communi liquatum institores pro oleo vendunt) ex odore & consistentia discernes. Vtrũq; tamen inueteratum rosionem quandam acquirit: quo nomine ad vlcera præter modum maligna conueniunt.* [2] *Talia enim appello, in quibus aut pars affecta tam vitioso habitu est prædita vt vel optimũ sanguinem, qui nutritionis gratia confluit, corrumpat: aut id quod influit, adeò peruersum existit, vt etiamsi pars rectè se habeat, ab ipso tamen solo erodatur. Igitur vt citra rationalem methodum medicamẽta componere, ita vim illorum certò & accuratè cognoscere sine experientia nemo potest.*

1 Adstringentiũ facultas.

2 Vlcera malignantis naturæ quæ sint.

[3] Epuloticum διὰ λαδάνου à Critone conscriptum: quod prætumidis, durísque & cauis vlceribus conuenit. *Picis aridæ drach. 100. æruginis rasæ drach. 24. æris combusti*

3 Epuloticum. Critonis ex ladano.

busti drach.15.squamæ rubræ drach.24.ladani vnc.9.argenti spumæ lib.3.olei sextarium 1.ß.

[1] *Etenim arida pix euidenter siccat: calfacit autem modicè: ob idque pus mouentibus medicamentis miscetur. At quum aliquid calidum, frigidum, humidum, aut siccum dicimus, cum optimo corporis temperamento id conferimus.* 1 Picis aridæ facultates.

[2] *Igitur cauum & purum vlcus, à mediocriter siccantibus medicamentis curatur: sordidum verò & malignum, & oris duris & prætumidis quidem, sed carne iuxta cutem fluida, validißimè siccantia requirit.* [3] *Verùm quæ metallica, vt siccent, sine vllo morsu præparas, coquere diutius oportet. Sic siquidem magis siccant, ac minus erodunt. Porrò ladanum ipsum solum ex vino tritum, vlceribus ægrè ad cicatricem venientibus auxiliatur.* 2 Vlcus cauũ & purũ, à quibus sanetur medicamentis. 3 Metallica diutius cocta, magis siccant, & minus rodunt.

[4] Medicamen ex chamæleonte à Critone descriptum, inducens cicatricem periculosis & callosis vlceribus. 4 Medicamẽ Critonis ex chamæleonte.

Lithargyri drach.100.ceræ drach.50.æruginis drach.24.chamæleontis drach.12.olei minam. Conficito. Ego tamen huiuscemodi emplastris adijcere lentiscinum consueui: [5] *quòd emolliat nonnihil, digerat, & adstringat, quæ omnia, difficilia vlcera cũ labris induratis, desyderant.* 5 Lẽtiscini olei facultas.

Aliud Heraclidis Tarentini aduersus vlcera vetera.

Squammæ drach.1.æruginis rasæ drach.4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

excipiantur drachmis octo myrtei cerati. Misce. Etenim metallicorum facultas à quouis cerato resoluitur.

Aliud.

Squammæ tritæ acetum affundito, eámque sub Caniculæ exortu læuigato vsque ad craßitudinem mellis: vel etiam incoquito. Postea excicatæ, redactǽq; in puluerem, cerati partes octo misceto. Valet aduersus recentia vulnera, & vlcera inueterata. Licebit etiã ad ignem excicare ipsam squammam si alio tempore medicamen id conficiamus. [1] *Porrò subtiliora fiunt, quæ ex aceto læuigantur: atq; ob id melius purgant, attenuant & siccant. Verùm ad cicatricem inducendam sunt ex vino trita meliora.*

1 Subtiliora fieri, quę læuigãtur aceto: quæ ex vino, magis cicatricem obducere.

Aliud Andromachi, cicatricem ducens.

Oßium vstorum drach. 2. mannæ drach. 1. cadmiæ obolos 4. tritis vtitor.

Aliud eiusdem, quo malignis vlceribus cicatrix inducitur.

Piceæ corticis drachm. 6. cornu ceruini vsti drac. 4. cadmiæ drac. 18. mannæ drac. 4. æruginis rasæ drach. 2. siccis vtitor.

Aliud ad excrescentia vlcera, cicatricem absq; morsu ducens.

Sandarachæ, chrysocollæ, arsenici, singulorum partibus æquis confusis, aridísq; vtitor.

[2] Ad vlcera, quibus callus obduci non potest, ex Archigene.

2 Archigenis ad vlcera cõtumacia, remedia.

Com

Communi quodã oleo expurgatis, vetustißimum cum linamentis imponitur. Aerugo rasa cerato rosaceo, quod paulum resinæ habeat, excepta, imponitur. Itẽ squãmæ æris rubri quàm plurimum cerato myrteo exceptum vsurpatur.

Eiusdem ad putrida & nomas.

Sory craßiusculè tritũ, inspersumq́; cõducit. Vel aristolochiã rotundã, & gallã, æquali pondere ex oleo inungito. Vel cucumeris agrestis radicem cum folijs illigatam calido cinere recondito: quum autẽ emollierit, contritã imponito.

Eiusdem ad cancrosa.

Cancri fluuiatilis vsti, & cadmiæ, pares portiones tritas inspergito. Vel cinerem cancrorum cum cerato imponito.

Eiusdem ad callosa.

Nitrum torrefactum, & calcẽ viuam cum lotio pueri impubis læuigata circunlinito. Conferunt etiam caustica medicamenta.

[1] Andreæ emplastrum ab Asclepiade scriptum, omnem excrescentiam reprimens, atq; arcens inflammationẽ. 1 Andreæ emplastrũ, faciens ad excrescẽtia vlcera.

Argenti spumæ lib. 3. squammæ æris, chalcitidis, æruginis rasæ, sing. vnc. 6. aceti heminam, olei veteris lib. 8. misce.

[2] Asteris medicamen ad idem. 2 Asteris medicamẽ.

Lithargyri lib. 1. olei veteris lib. 2. S. æruginis, chalcitidis, squammæ rubræ, sing. vnc. 1. aceti heminam. Conficito.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Isis emplastrum.

[1] Isis, emplastrum rufum, ad fluida, diuturna, & maligna vlcera.

Argēti spumæ dra. 100. minij sinopici dra. 8. diphrygis, ceræ, chalcitidis combustæ, singu. vnc. 1. chalcitidos crudæ drach. 2. olei heminas 2. Conficito vt decet.

Aliud Scribonij Largi, ad eadem accommodatum.

Ceræ drac. 100. lithargyri dra. 50. olei myrtei heminam. 1. misyos cōbusti, chalcitidis vstæ, aluminis scißi vsti, cerussæ, resinæ terebinthinæ sing. drach. 12. Conficito.

Aliud ex chamæleonte, ab Asclepiade scriptum ad fluentia & ægrè curabilia vlcera.

Lithargyri lib. 1. olei veteris lib. 2. chamæleontis radicis trientem, aristolochiæ tantundem, chalbani vnc. 2. galliæ vnc. 2. thuris tantundem. Conficito.

Aliud ab Asclepiade scriptum ad vlcera, quæ vix curationem recipiunt.

Squammæ æris æruginis rasæ, sing. vnc. 1. ceræ selibram, resinæ laricis vnc. S. Conficito.

2 Cephalicum, ossa corrupta educens.

[2] Deceleontis cephalicon ab Asclepiade scriptum, à quo educuntur ossa corrupta.

Aeris squamæ, mannæ, thuris, resinæ siccæ, sing. dra. 100. aceti heminas 12. Terito squammam ex aceto, & quum læuis facta fuerit, thus in pol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

in pollinem redactum adijcito, resinámq; : atq; pastillos fingito: quorum aßiccatorum in vmbra miscens partem vnam cum cerati ex rosaceo confecti pari portione, ipsa vtitor.

Aliud Hygieni, scriptum ab Hera, vtile vlceribus ęgrè ad cicatricem venientibus, necnon paronychiis.

Lithargyri chrysitidis, ceræ, sing. minam 1. chamæleontis nigri radicis drach. 36. æruginis rasæ drach. 18. chrysocollæ drac. 40. olei heminas 3. conficito, vt decet.

Aliud egregium.

Ceræ, picis, bituminis sing. lib. 1. mannæ, æruginis, gallæ, spinæ Aegyptiæ, iridis Illyricæ, aristolochiæ rotundæ, chalcanthi, singulorum vnc. 4. aristolochiæ longæ, æris combusti, vtriusque vnc. 2. conficito.

Aliud.

Bituminis, aluminis liquidi, sing. lib. 1. picis, resinæ, pityinæ, ceræ sin. lib. 2. mali terræ rotundi, gallæ, spinæ Aegyptiæ, sin. vnc. 8. malicorij, æris vsti, mannæ, mali terræ longi, sing. vnc. 4. olei ricinini, aut veteris lib. 2. conficito pro dignitate.

Aliud, quo vtor in molli carne præditis.

Ceræ lib. 1. rosacei tantundem, cerussæ vnc. 8. salis ammoniaci, vnc. 4. squammæ Cypriæ vn. 2. thuris, calcis viuæ, aluminis, æruginis, malicorij, sing. vnc. 1. Conficito diligenter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAmeni de compositione medicamentorum secundum genera,

LIBER V.

1 Pharmaca ad multos vsus vtilia, ex contrariis constare.



OLYCHRESTA[1] *medicamẽta, siue ad multos vsus vtilia (de quibus agere in præsenti commentario est animus) ex cõtrarijs pharmacis cõstant, etiã iuxta qualitates secundas, non tantùm primas.*

2 Qualitates primæ & secundæ quæ dicantur.

[2] *Etenim primas appello, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, tum ex harum coniugatione compositas: secundas autem, quæ has ipsas primas sequuntur.*

Emplastrum polychreston descriptum ab Hera, boni coloris, epuloticum, glutinans, implens, valénsque ad chironia vlcera: cuius temperies est talis. Ceræ lib. 2. phryctes lib. 3. æruginis rasæ vnc. 6. mannæ vnc. 3. olei heminas 5. aceti sextarium. Conficito.

3 Panacea Heræ,

[1] Panacea Heræ, ad omnẽ malignitatem vlcerum mirè conducens. Rumpit atq; dissoluit quicquid corruptum est: omnem sanguinis eruptionẽ supprimit: hæmorrhoïdas ipsas cõsumit & tabefacit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cit: omníq; vlceri imposita, quãuis agresti, mitius ipsum statim reddit.

Chamæpityos, chamæleontis, symphyti, marrubij, sin. dra. 4. polij, centaurij tenuis sin. dra. 6. helenij, aristolochiæ, sing. dra. 4. thuris drac. 12. ß. myrrhæ drach. 3. aloës drach. 6. chalbani dra. 6. obolũ vnũ, olei drac. 180. mellis dra. 30. propolis drac. 12. ß. aluminis scißi, terebinthinæ, chalcitidis, sing. drach. 6. obo. ß. bituminis, terræ ampelitidis, lithargyri, sing. drach. 50. gallæ & pulueris iridis, sing. drac. 3. Conficito diligenter.

Porrò marrubio vel solo vti etiã queas in ijs qui carnem abũdè humidã & sordidã circa vlcus habẽt. Helenion verò haud item cõuenit solum inspersum, sicuti nec aliud quoduis acre. [1] *Nosti siquidem acria irritare, mordere, calfacere, & fluorem concitare ad affectas particulas:* [2] *amara verò exiccare citra morsum atque calorem, eóq; exulceratis conducere.* [3] *Iam verò thus concoquit & pus mouet in tẽperatis naturis: nam in corporibus humidioribus carnẽ producit. Nullũ autem eorũ quæ concoquũt, ac pus mouẽt, valẽter digerẽs est, sicuti neq; acre.* [4] *Siquidem eiusmodi mediocriter excalfaciũt, emolliũtq; magis, quàm exiccẽt.* [5] *Oleũ lenit, ac valida pharmaca obtundit. Terra ampelitis tum siccat, tum digerit.* [6] *Chalbanum emollit, concoquit, lenit, atque dolorem sedat: quas vires thus, licet imbecilliores, sortitur.* [7] *Terebin-*

1 Acriũ facultas.
2 Amara cur exulceratis cõducant.
3 Thuris facultas.
4 Pus mouentiũ facultas.
5 Olei facultas.
6 Chalbani vires.
7 Terebinthina.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

thina detergit, discutit, & quodãmodo cõcoquit

1 Bitumen. 2 Propolis. 3 Mel non putrescit, putrescẽtibúsq; maxi mècõgruit. 4 Putredini quę sint aptissima.

[1] *Bitumen cum calore non admodum vehementi, etiam siccat.* [2] *Propolis attrahit.* [3] *Mel siccat, & digerit, putrescentibusq; est maximè cõgruens, ex iis existens, quæ minimè computrescunt: quare composita huiusmodi à putredine seruat,* [4] *præterquam extremè ad putrescendum prompta, quæ humida sunt & calida. Myrrha & aloë citra rosionem siccant. Cæterùm aloë adstringit: myrrha tenuiorum est partium, magísque siccat.*

5 Isis Epigoni, ad multa vtile medicamen.

[5] Isis Epigoni ab Hera tradita, valens contra omnia vulnera, puncturas neruorum, hominúmque atque canum morsus. Venenum à bestiis illapsum extrahit: curat fracturas artuum cum vulnere, fistulásque & omnes abscessus sanat: atque omnem fluxionem sistit.

Ceræ dra. 100. terebinthinæ dra. 200. squamæ rubri æris, æruginis rasæ, aristolochiæ rotundæ, thuris, salis ammoniaci, guttæ ammoniacæ, sing. drac. 8. aluminis vsti drac. 6. æris vsti drac. 8. myrrhæ drac. 12. chalbani tantundem, olei veteris heminã, aceti acris heminas 2. conficito. Etenim hoc medicamine Epigonus conclusus in carcere, curauit quendam ex valde potentibus, vnde confestim dimissus est. Ego verò prædictis etiam radicem dracunculi adiicio: quæ vel per se, in orbiculos secta, aßiccatáq; & redacta

dacta in pollinem, si inspergatur, malignis vlceribus auxiliatur.

[1] Emplastrum ex dictamno, ad eadem faciens. 1 Emplastrum ex dictamno, ad multa vtile.

Olei veteris heminas 2. lithargyri dra. 100. æruginis rasæ drach. 8. squamæ drach. 6. Colophoniæ liquidæ drach. 50. mannæ drach. 12. ammoniaci thymiamatis drach. 26. æris combusti drac. 8. diphrygis drac. 6. gentianæ tantundem, aloës drac. 8. chalbani drac. 12. propolis drac. 8. ceræ drach. 25. aristolochiæ drac. 10. dictamni Cretici tantundem. Conficito accuratissimé.

Emplastrũ ex vtraque aristolochia, cephalicum, enæmum, calosis vlceribus congruens, atque articulos solutos confirmans.

Picis, ceræ, bituminis, terebinthinæ, sin. lib. 1. mannæ, æruginis rasæ, cerussæ, sing. selibrã, chalcãthi, aristolochiæ lõgæ, iridis Illiric. sin. vn. 4. malicorij, gallæ immaturæ, æris cõbusti, sin. vn. 2. spinæ. vnc. 4. aristolochiæ rot. dra. 4. aceti heminam, ricinini, vel olei cõmunis tantundẽ. Cõficito. Porrò manna, exiguã adstringendi vim poßidet. [2] *Vocant enim sic quod à thure excutitur, nonnihil etiam illius corticis obtinens.* 2 Manna quid sit.

[3] Emplastrũ Azanitę, malignis vlceribus, necnon ambustis conueniens. 3 Emplastrum Azanitæ.

Picis aridæ, vnciã, ceræ, adipis suilli, seui taurini, œsypi, sin. vn. 3. resinæ, piceæ vn. 5. Cõficito.

Empl

1 Emplastrum Haliei. [1] Emplastrum Haliei ex sinopide nihil minus, quàm priora, vtile.

Ceræ, lithargyri, vtriusque minam, mannæ, terebinthinæ, chalbani, sinopidis, sing. drach. 8. olei veteris heminas duas. Conficito.

2 Emplastrum Machærionis. [2] Emplastrum Machærionis à Critone descriptum, phlegmonem arcens, mireque conducens vlceribus.

Aristolochiæ rotundæ, chalbani, opopanacis, æruginis, iridis Illiricæ, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, sing. vnc. 1. terebinthinæ, vnc. 7. ß. ceræ vnc. 60. ß. olei omphacini vnc. 7. semis. Conficito.

Emplastrum ex salicibus, à Critone in multos vsus descriptum.

Misyos, chalcitidos, æruginis, cerussæ, gallæ, aluminis scissi, & rotundi, cretæ sutoriæ singul. vnc. 6. ceræ, resinæ pityinæ, picis, bituminis, salicis foliorum, singu. vnc. 2. olei heminas. 2. vnc. 4. chalcanthi. vnc. 6. malicorij tantundem, aceti sextarios sex. Conficito.

Emplastrum venatorum, ad quadrupedum ictus, morsusque, & ad reliqua venenata.

Argenti spumæ minam, olei veteris, squamæ æris rubræ, ceræ, resinæ phryctes, singulor. libr. ammoniaci thymiamatis, trientem, chalbani, minij Sinopici, sing. vnc. 2. Conficito.

3 Viride Alcimionis. [3] Viride Alcimionis, conueniens fistulis,

ſtulis, educens oſſa, & ſtrumas diſcutiens.

Chalbani drach.16.æris vſti drach.8.ſquamæ drach.24.ceræ drach.50.ſeui caprilli, vel vitulini drachm.30. thuris, reſinæ ſiccæ, ammoniaci thymiamatis, terebinthinæ, nitri, ariſtolochiæ, ſingul.drach.25.bryoniæ drachm.12. orcheos drach.12.iridis aridæ drachm.4.aloës Indicæ drachm.12.ſciſsilis drach.8.ſellis taurini tantundem, aceti, olei, vtriuſque heminam. Conficito.

Viride ad herpetas, & ad Chironia vlcera, ab Andromacho ſcriptum.

Hordei combuſti drach.10. æruginis drach. 20.ceræ drach.80.cyprini heminam. Cæterùm hoc medicamen æruginem multam continet. Porrò combuſtum hordeum, vel ſi per ſe inſpergatur, Chironia vlcera iuuat.

[1] Paſtilli Ariſtarchi πολύχρηστοι, hoc eſt, ad multos vſus. 1 Paſtilli Ariſtarchi.

Nam præter alia, vtiles ſunt in principio phthiſicis, lienoſis, cœliacis, & dyſentericis, tribus obolis in potu datis. Myrrhæ, drach.6.croci, crocomagmatis, ſingu.drachm.3.citinorum, chalcanthi, aluminis ſciſsilis, aloës, ſing.drac.6. excipiantur vino Falerno, ſingantúrque orbiculi, & aſiccati in vmbra ſeruentur.

Polyidæ Sphragis.

Malicorij drach.6.myrrhæ drachm.8.aluminis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

minis scißilis drach.5.thuris drach.4. chalcanthi drach.3.fellis taurini drachm.6. Vino dulci excipiuntur.

Pastillus Threpti ad aures pure fluentes, carnis excrescẽtias, & nariũ vlcera.

Malicorij drac.10.gallæ omphacitidis dra.8.aristolochiæ tantundem, aloës drach.4.myrrhæ drach.8.fißi drach.2.thuris drach.4.passo excipiuntur.

1 Pastillus dià chylõ.

[1] Pastillus Διὰ τῶν χυλῶν, ad nomas & scabiosos affectus.

Lycij indici, aloës Indicæ, myrrhæ, æris, aluminis scißi, cytinorum, thuris sing. drach.4.succi myrti heminæ dimidium. Conficito.

Pastillus niger, quo vtor.

Malicorij drach.10.aristolochiæ, gallæ, sin. drach.8.aluminis fißi, aloës, singu.drachm.4. myrrhæ, chalcanthi, sing.drach.2.thuris drach.4.Vino excipiuntur, & quum res exigit, vino dulci diluuntur.

Ad erysipelata.

Acaciæ drach.8.misyos drach.4.opij drach.2.thuris drachm.4.cum aceto excipiuntur. Faciunt etiam ad herpetas.

Ad herpetas, Tiberij Cæsaris.

Diphrygis, meconij, aluminis fißi, acaciæ, sing.vnc.3.aceto vel aqua diluens, vtitor.

2 Putrefaciens absq; morsu.

[2] Aridum putrefaciens absque morsu, ex descriptione Andromachi.

Sandara

Sandarachæ, arſenici ſingu. drach. 2. calcis viuæ drach. 4. tritis vtitor.

Paſtillus ſanguinem comprimens.

Chalcitidis, miſyos, mannæ ſing. drach. 4. tritis vtitor.

Ad ani vitia.

Alumine liquido nucis magnitudine cũ mellis cyathis duobus cocto vtitor.

Aridum cephalicum ab Aſclepiade ſcriptũ, quod tollit ſquammas, oſſa corrupta educit, & caua implet.

Iridis Illyricæ, panacis, ſing. drach. 4. ariſtolochiæ drach. 2. mannæ tantundem. contuſis cribratíſque vtitor.

Aridũ Aſclepiadis, cicatricem inducẽs.

Calcis viuæ drac. 6. mannæ thuris, ſquamæ, ſing. drac. 4. redactis in pollinem vtitor.

Cruſtas inducens, Aſclepiadis.

Chalcitidis crudæ, cadmiæ, ſing. drach. 4. ieiunus ex ſaliua excipito.

[1] Medicamen dià teſſaron.

1 Medicamen dià teſſaron.

Chalcitidis toſtæ, miſyos toſti, diphrygis, chalcanthi ſing. drach. 4.

Ad nomas Aſclepiadis pharmacum.

Sulfuris viui, auripigmenti, ſquamæ, ſingu. drac. 1. æris combuſti, quantũ color exigit. Arido et ex melle vtitor. [2] *Etenim putrida vlcera. quũ ambiẽtes partes depaſcunt, nomas propriè appellãt. Qui affectus vehementiſsimis medica*

2 Nomæ qualia vlcera ſint & qualia medicamẽta poſtulent.

mentis indigent, vt sæpe in eis etiam cauterijs vtamur.

1 Medicamē ex charta combusta, nomas compescēs.

[1] Apellis medicamentum διὰ χάρτȣ, quod nomas non solùm sistit, sed incipientes prohibet.

Chartæ combustæ, plumbi vsti, æris vsti & loti, arsenici, squamæ stomomatis, singulorum æquas portiones, sulfuris viui dimidium: tritis vtitor, vel cum melle, vel ex rhodino.

Ad carbunculos.

2 Carbunculus quid, & qualibus egeat medicamentis.

Nitri rubei, arsenici, sandarachæ, chalcitidis, atramenti sutorij, diphrygis, singulorum parem mensuram aceto læuigās, exiccánsq́;, postea eis tritis vtitor. [2] *Etenim carbūculis vlcus est crustam citò cum valida phlegmone circunstantium particularum excitans, adeò vt febres vehementes, & extrema pericula inferat. Quare ipsi crustæ validum medicamentum imponere expedit, & ex ijs quæ ad nomas conducunt.*

GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM GENERA,

LIBER VI.



IN præsenti commentario ad ea πολύχρηστα, *hoc est, multi vsus medicamenta me conuertere est animus, quæ tum ad alia multa singulatim*

latim faciũt, tum ad putreſcẽtes particulas, aliter quidem affectas, quàm illa vlcera, quæ difficulter curabilia appellãtur. In putreſcẽtibus ſiquidẽ ipſa putredo vagatur: [1] *ob idq; tales diſpoſitiones cõplures Medicorum* νομὰς, *hoc eſt, depaſtiones appellant. In illis autẽ affectus ſecũdum vnũ locũ eſt circunſcriptus, abſq; vlla putredine.* [2] *ita vt phagedænæ vocatæ, exedãt quidem partes vicinas, non tamẽ putrefaciãt ipſas, nec febres inferant, quæ conſequi ad depaſcẽtes affectus cum putrilagine cõſueuerunt. Hæc igitur quæ nunc ſcribẽtur omnia, mordacia ſunt, ſi quis ipſis ſolis, non cerato temperatis, vtatur. At quæ cerato miſcentur, purgare quidem vlcus ſordidũ, & carne replere poſſunt, atq; etiã duritiem quandã & tenſionẽ diſcutere, non tamen difficilia curare.* [3] *Quocirca tũ plurimũ cerati miſcemus medicamentis acribus, quum vlcus purum & ſiccum eſt, corpus autem curãdum & molle, & ad ſentiendum promptum: pauciſsimum verò, ſi vlcus quidem ipſum ſordibus, humiditatéq; redundet plurima, ægri autẽ corpus ſit durum, & parum ſenſile.*

1 Nomæ.

2 Phagedænæ.

3 Cerati plurimum quando acribus medicamẽtis miſceatur, & quando cõtrà, pauciſsimum.

[4] Aniceton Critonis, quaſi dicas inſuperabile pharmacum. Extrahit, rumpit, purgat, glutinat, pus educit, duritias diſcutit, laſsitudines lenit, fracturis cum vulneribus auxiliatur, curat hominum atque ferarũ morſus, ad innumeráq; alia cõducit.

4 Anicetõ Critonis.

Squamæ æris drach. 58. pyrethri, ſtaphidis agriæ, cocci cnidij, ſinapi ſeminis, cachryos, columbini ſtercoris, ariſtolochiæ tenuis, æruginis, cyperi, erucæ ſeminis, cumini ſingulorum drach. 16. nitri ſalis ammoniaci, ſing. drach. 32. baccarum lauri, mannæ, iridis ſing. drach. 120. aceti acris ſextarios ſedecim, decocti caricarum cyathos 4. & ß. Tuſa cribratáq; omnia ſimul cum aceto ſub æſtu Caniculæ læuigantur. Vbi ſiccum & viride euaſerit, ficuum decoctio adijcitur, & ſimul emollita tollũtur, & in olla æris rubri aſſeruantur. Vtêris autem vna ipſius medicamenti parte aceto diluta, vſque ad conſiſtentiã ſordium, permiſta ſex reſinæ portionibus, cui nonnihil ceræ ſit temperatum.[1] *Scribitur etiã impetigini agreſti congruere. Sic enim vocãt, quæ à medicamentis imbecilliter ſiccantibus nihil iuuatur, irritatur autem à validis.*[2] *Porrò caricarum decoctum leniſſimum eſt, & maximè cõcoquit ſimúlque digerit.*[3] *Acetum verò efficaciam aliorum medicaminũ iuuat. In quo quidem quæ macerantur ſub ſole æſtiuo, tenuẽ ſubſtantiam acquirunt, eóque altius virtus ipſorum penetrat.*

1 Impetigo agreſtis.
2 Caricarũ decoctum.
3 Aceti facultas.

4 Serapionis emplaſtrum.

[4] Emplaſtrum Serapionis, contra omnia vulnera, pũnctus, & parotidas maximè valens. Educit etiam pus, glutinat, ſeniliáque & Chironia perſanat.

Olei veteris heminas 3. argenti ſpumæ drac.

200.

200.ammoniaci thymiamatis drach.168.resinæ colophoniæ,pityinæ,sing.drac.68.ceræ dra. 168.chalbani drach.20.æruginis tantundem, myrrhæ drach.8.Conficito.

[1] Humidum Andromachi ad nomas.

1 Humidũ medicamẽ Andromachi.

*Ceræ,resinæ,terebinthinæ,vtriusque drach. 8.adipis taurini curati drac.4.chalcitidis drac. 2.squamæ æris drach.3.mannæ thuris drac.2. gallæ immaturæ drach.4.olei myrtei, heminas 5. Arida aceto & melle excipiuntur,dein liquida superfunduntur. Porrò quòd auxiliorum quædam à ratione sola inueniantur, quædam ab experientia, *quæ ad id ratione non indiget,nonnulla vtriusque opem desyderent,persæpe iam vobis est demonstratum:sicuti & quòd ratione & experientia comperta, coniecturali via ad eorum quæ inquiruntur inuentionem perueniunt: quæ verò per rationẽ sperata sunt, confirmentur experientia.* [2] *Quũ igitur omnia artium opera frequenti exercitio absoluantur, non satis profectò est,generalia duntaxat ipsorum addiscere,sed etiam in particularibus subinde exerceri oportet. Nam actionum vsus, exercitatióque, ad perfectorum possessionem est via.*

2 Artium opera frequẽti exercitio absoluunur.

[3] Aegyptia Andromachi.

3 Aegyptia Andromachi.

Argenti spumæ drach.44.ricini heminas 6. ceræ drach. 144. ammoniaci thymiamatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

drach.72.terebinthinæ drach. 36. lanæ vstæ drac.18.squammæ stomomatis, squammæ æris. aristolochiæ, thuris sing. drach.8. myrrhæ drac. 4. opopanacis drac.2. marinæ aquæ ad conspergendam ceram drach.50. Conficito. Etenim argenti spuma, quum medij temperamenti sit, quod pertinet ad calorem & frigus, paululum ad siccitatem inclinat. At cera materiæ locum obtinet, nō virtutis efficaciam adiuuat: tametsi vis quædam ei perexigua emolliendi insit. Iam terebinthina, quàm cera, magis mollit, calfacit, & digerit. [1] *Porrò ammoniacum inter emollientia principatum obtinet: in digerētibus medium est. Quare compositum ex oleo ricinino & gutta ammoniaca medicamentum, abundè potest digerere, emollire, & nimirum etiam siccare. Iam lana combusta, aristolochiáque plurimùm digerūt, exiccántque: thus autem digerit, concoquítque. Myrrha etiam non ignauiter calfacit, & exiccat: sed vtrunq; opopanax præstat multò absolutius. Cæterùm squama æris, stomomatísque, præterquàm quòd validè siccant, vim etiam adstringēdi sortiuntur.* [2] *Consentaneum autem est, Andromachum pro hemina vncias nouem mensurales accipere: ita vt sex heminæ vncias quinquaginta quatuor mēsurales absoluāt: quod idem est, ac si dicas mēsuræ Romanæ lib. 4. ß.* [3] *Ego verò olei Romanā libram, quam per dissecta cornua metiuntur,* pond

1 Ammoniacū inter emolliētia principatū obtinet.

2 Hemina.

3 Libram mensuralē olei, continere vnc. 10. ponderales, Gal. expertus est.

ponderaui quandoque, discere cupiens quantum grauitatis pondus contineret, inueniq; duodecim mensurales, decem vncijs ponderis æquales existere. Præscriptum igitur medicamen, cruentis vulneribus, vlceribúsque alijs nõ paucis bonum medicamentum redditur: sicuti & ad abscessus, & omnia quæ discuti postulant. Nec ignoratis, [1] *medicamenta quæ simul cum digerentibus etiam adstringentia recipiunt, longè tutiora esse: quæ verò absque adstringentibus digerunt, efficaciora quidem, non tamen perinde tuta. Sæpe siquidẽ fluxiones attrahunt, dum corpus quod curatur, plethoricum est, aut prauis succis redundat. Adeò itaque digerit generosè prædictum pharmacum, vt etiam pus, si non admodum copiosum sit collectum, discutiat, absque incisione cutis, emollirèque callosa, & quomodocunq; indurata posßit. Congruit etiam nudatis neruis, etsi in parte quapiam abſecti fuerint. Etenim præcisi nerui, tametsi periculo, quod consortij lege oboriri solet, careant, tamen eas partes, in quas inseruntur, sensu destituũt, taléque medicamen desyderant:* [2] *nam quæ humectant, facilè eos putrefaciunt.*

1 Digerentia quibus adstringentia sunt mista, esse longè tutiora, sed minus efficacia illis, quæ tãtùm digerunt.

2 Humectãtia præcisos neruos facilè putrefaciunt.

[3] Medicamen fuscum Andromachi, Athenâ dictum, ad difficilia vlcera congruens.

3 Athena Andromachi.

Argenti spumæ drach. 100. terebinthinæ drach. 36. ceræ drach. 25. minij Sinopici drach.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

24.ammoniaci thymiamatis drach.36.chalbani drach.12.aloës drach.8.diphrygis tantundē, æris combusti, mastiches, sing. drach. 6.aristolochiæ drach.5.propolis tantundē, mannæ drac. 6.squamæ æris tantundem. Lapidis Aßij drac. 3.trifolij seminis drac.2.symphyti radicis drac. 1.& obolos 4.olei heminas 4.Conficito.

1 Hellespōtia Andromachi.

[1] Hellespontia Andromachi, propulsans phlegmonen, strumas, panos, & parotidas curans: necnon pus maturans, abscessúsque rumpens, & glutinans.

Argenti spumæ drach.100.picis drach.50. ladani drach.25.æruginis rasæ drach.8.æris cōbusti tantundem.squamæ drach.2.olei veteris drach.200.Conficito.

2 Tyria Damocratis.

[2] Tyria Damocratis, vlceribus ac morsibus quadrupedum congruens.

Lithargyri lib.5.ceræ lib.2.pityinæ pinguis lib.3.æruginis, chalbani, æris combusti. squammæ, singu. vncias 4.pinguis olei, lib.16.Curiosè conficito.

De emplastris digerentibus, & attrahentibus.

Attrahentia medicamenta, nonnihil etiam discutiunt: & quæ discutiunt, pariter etiam attrahunt. [3] *Verùm in digerentibus medicamentis, discussoria virtus: in trahentibus, attractrix præpollet.*

3 Attrahētium, digerentiumq; discrimen.

Salsum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

[1] Salſum Andromachi, digerens, extrahens, ad multáque vtile. 1 Salſum Andromachi.

Salis cõmunis lib. 4. ſquãmæ æris vnc. 4. magmatis lib. ſs. mannæ lib. 1. ceræ lib. 14. olei cyprini lib. 16. quibus acetum affunditur.

Aliud Cteſiphontis, partim diſcutiens, partim euocans, atque detergens.

Aphonitri libram, mannæ thuris tantundẽ, lixiuæ ſtactæ libram. Sunt qui addant etiam libram aceti.

[2] Aliud ex baccis lauri.

2 Medicamẽ ex baccis lauri.

Reſinæ, nitri rufi, ceræ recentis, baccarũ lauri, Colophoniæ. ſeui vitulini, ammoniaci thymiamatis, ſing. drach. 70. cyprini decimamſextam heminæ partem. Conficito.

Aliud attrahens & digerens, ad multa vtile.

Argenti ſpumæ, ceruſſæ, chalbani, ſingulorũ libram, ſalis foſſilis, æruginis raſæ. ſing. ſelibrã, olei ſextarios tres, atramenti ſutorij vnc. 2. Conficito.

[3] Aliud, digerens meliceridas, Alexandri. 3 Digerens Alexãdri.

Salis Hiſpani, argenti ſpumæ, ceruſſæ, ſing. libram, ceræ, terebinthinæ, vtriuſq; vnc. 1. chalbani, vel opopanacis vnc. 2. ſinapeos vnc. 6. oleĩ veteris libras tres, aceti ſextarium. Confundito.

Aliud Epiſpaſticum, diſcutiẽs ſtrumas, parotidas, atque omnes abſceſſus, confe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rénsque ad articulorum vitia.

Salis foßilis libram, strigmẽti purißimi. lib. 4. chalbani drach. 50. conficito.

Aliud, quo vsus est ad eadem Andromachus.

Cerussæ, salis foßilis sing. drach. 80. chalcanthi drac. 12. olei veteris heminas 3. aceti heminas 4.

1 Digerens Asclepiadis.

[1] Aliud Asclepiadis ad eadem. Quod valenter etiam mammarum abscessus digerit.

Ceræ, terebinthinæ, nitri, olei veteris, sing. libram, aquæ heminam. Nitrum in aqua solutũ igni admoueto, vaséque cooperto, coquito, mouens ex interuallis. Quum autem strepere adeò desierit, liquida infundito, mouens aßiduè, donec non coinquinent. Postea in mortarium transfusa, rursus tundito: inde excipiens, vtitor.

Aliud ad eadem.

Ceræ, terebinthinæ, sing. drach. 100. nitri spumæ, olei veteris, mannæ, thuris, sing. librã, lapidis Aßij floris selibram, chalbani, propolis, ammoniaci thymiamatis, sing. drach. 12. aquæ lixiuæ quod sit satis. conficito.

GAL

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM GENERA,

LIBER VII.




ALAGMATA,[1] siue emollientia vocãt Medici, quæ partes præter naturam induratas emolliunt, calido omnia temperamento prædita, non tamen exiccãtia, quemadmodum nec manifestò humectantia. Nam quum exactè emolliẽtia medium quendam ordinẽ inter humectantia siccantiáq; sortiantur, indurescentium substantiæ veluti fusionem quandam moliuntur.[2] Vbi verò fusa durities fuerit, digerentium medicamentorum vsus succedit.[3] Porrò leoninus adeps valentissimè tum calfacit, tum digerit. Proximũ locũ habet pardi adeps, vt qui modicè emolliat. Vim minorẽ in calfaciẽdo ac digerẽdo habet anserinus: habet tamẽ aliquatenus maiorẽ in molliẽdo: pari spatio ab hoc recedit gallinaceus. Suillus adeps mollissimus, humidissimus, atq; aliorũ imbecillimus est: quare teneris corporibus cõuenit. Caprarum & boum adeps, quantò suillo est validior, tantò magis corporibus & natura durioribus,

1 Malagmata quæ dicantur.

2 Digerentibus quando vtendũ.

3 Adipis differẽtiæ.



& inter duriora scirrhosioribus congruit. Taurinus hircinúsque adeps validioribus tum corporibus, tum affectibus auxiliatur. Est autem commune tum phlegmone, tum scirrho particulis laborantibus, reniti prementibus, digitis: distinguuntur tamẽ affectus ij sensu doloris & indolentia.[1] *Igitur magna phlegmone cataplasmatis & humidis quibusdam medicamentis sanatur: parua, cui scirrhosa durities permista fuerit, tum cataplasmatis, tum medicamentis cerati modo confectis, liquidísque emplastris atque emollientibus.*

1 Phlegmone quibus medicamẽtis indigeat.

2 Parygrõ Heræ.

[2] Medicamen Parygron Heræ, quod medetur particulis exigua phlegmone afflictis, non multò post confectionem tempore. Si verò duritiem absque dolore pars affecta contraxerit, aut si phlegmonode affectu sit libera, paulò etiam recenti vetustius vtile fuerit. Eius itaque compositio est talis.

Adipis suilli recentis curati vnc. 44. ceræ vncias 24. cerussæ vnc. 6. argenti spumæ tantundem. Conficito. At duritiem in scirrhum abeuntem valentiora præsidia persanant: cuiusmodi sunt, tum medullarum genus, tum bdellium vtrunque, Arabicum nempe, & Scythicum, necnon styraces:[3] *ex quibus eligendus est pallidus. Nã niger deterior est. Iã ammoniacũ thymiama inter ea quæ emolliũt durities, annumeratur:*

3 Styracis differẽtiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ratur: præcipuè quod pingue est, & reces. [1] *Me dullarum optima est vitulina.* [2] *Ex resinis aptissima est, Chia vocata, & larix: post has pinea: inde abiegna. Strobilina verò vehementer est acris. Pityina, quam propriè physema vocant, pinguitudinis expers, exiccat admodum. Has igitur fugere, Chia verò & abiegna vti oportet, non ipsis per se, sed cum cera, & aliquo aliorum, quæ conducere affectui videantur. Brutia pix & ipsa eandem obtinet vim, nonnihil pinguis & tenax. Pix alia non est miscenda, sicuti nec bitumen, vtpote iusto sicciora. Exiccantia quippe mollientibus sunt contraria.* [3] *Quoniam verò & piceam, & phrycten resinam, & Colophoniam appellare consueuerunt, sciendum est, & aliam Colophoniam quandam haberi, Chiæ mastichæ similem, quæ nonnihil molliens sortitur,* [4] *quemadmodũ ipsa mastiche & thus. Ad hæc Aegyptia mastiche nõnihil emollit.* [5] *Thus etiam quandam molliendi vim obtinet: verùm hoc quidem, coctum ex vsu est,* [6] *veluti & fœnigræci semen. Hoc etenim probè coctũ emollit, ac magis adhuc, si adipi temperetur. Quæ citra coctionem liquari, diluíq; ob consistentiæ siccitatem non possunt, oleoso aliquo indigent: cuiusmodi sunt, tum oleum ipsum, cui nihil adstringens inest: tum balneorum strigmenta, & quod vocatur susinum, & hoc multo magis Comagenũ. Huius generis est butyrum, althææq; & fœnigræci deco*

1 Medullarum optima est vitulina.
2 Resinarum differentiæ.
3 Colophonia duplex.
4 Mastiche.
5 Thus.
6 Fœnigræci semen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

*decoctum. Porrò inter ea quæ sic emolliunt, & ea quæ validissimè (cuiusmodi existunt styrax, [1] & bdellium) [2] ammoniacum thymiama idem potest, quod propolis. Cæterùm Scythicũ bdellium Arabico est multò ad emolliendum præstãtius. [3] Chalbanum & opopanax, præterquàm quòd digerunt, etiam aliquid molliens sortiuntur. [4] Opopanax tamen digerendo, chalbanũ molliendo, coquendóq; præcellit. Ex his igitur quæ produximus, valida validis, imbecilla imbecillis sunt adhibenda affectibus. At vbi post primam pharmaci impositionem, denuò ipsum applicas, oleo pingui partem affectã fouere cõuenit. [5] Ex ijs autem quæ ἐχέκολλα, quòd tenacius hæreãt, vocantur, nullum auferendum est, priusquàm sua sponte abscedant: * sed vt adhæreant semper sinenda sunt, etiamsi ægrotans lauetur. Vitanda autem omnino sunt medicamentosarum aquarum lauacra, præsertim quæ chalcanthum, alumen, & sulfur referunt. Quum igitur malacticorum sint varij gradus, & differentiæ, certè malacticis primi ordinis ad exiguas durities, atque in mollibus vtemur corporibus: vt secundi, ad fortiores tum affectus, tum corporum habitus: ac similiter tum tertij, tum quarti, nimirum pro illorum ratione.*

1 Bdelliũ.
2 Ammoniacũ thymiama.
3 Chalbanum.
4 Opopanax.
5 Tenacia medicaméta non esse amouenda priusquã sua sponte excidant.

[6] Malactica primi ordinis.

6 Malactica primi ordinis.

Butyrum, vel resina Colophonia, & cera candida non vetusta, singula pondere æqualia,

inui

inuicem liquata, primi ordinis malactica sunt. Liquidum similiter medicamen, quod Parygron vocant, primi ordinis est. Emollientium imbecillimum est cera cum butyro soluta, aut ex susino, aut Comageno. At his imbecillius cerelæon dictum. Iam ex ouis cerata facta, exiguam quandam relaxandi vim poßident. Valentiora his, verùm imbecilla adhuc & ipsa cerata ex œsypo, resina, & cera, pari pondere liquefactis.

[1] Malactica secundi ordinis. 1 Malactica secundi ordinis.

Emplastrum quod ad Mnasæum refertur, rectißimè secundo malacticorum ordini adscripseris, nimirum constans ex oleo veteri, argenti spuma, & suillo adipe. Cæterùm si omnia illa fuerint recentia, imbecillimum pharmacum fiet. Validius autem, oleo quidem existente veteri, adipe autem recente. At validius adhuc ex vetustis ambobus constiterit. Quocirca secundum vetustatem quidem olei & adipis, pondus autem singulorum quæ induntur, varias differentias ipsum medicamentum suscipiet. Copiosa siquidem argenti spuma iniecta, medicamen potestate mollius euadet: pauciore, validius: ac magis emolliet, si plus adipis immitamus: digeret fortius, si augeamus oleum.

[2] Amythaonis malagma ab Asclepiade scriptum. 2 Amythaonis malagma.

Ammoniaci thymiamatis, vnc. 36. ceræ tan-

tundem

tundem, terebinthinæ vnc.8. bdellij tantundem, chalbani, thuris, myrrhæ, sing. vnc.4. cyprini heminas 4. Conficito. Discutit omnem duritiem. Valet contra præcordiorum tensiones, impeditósque articulorum motus.

1 Malagma Dioscoridis.

[1] Malagma Dioscoridis, ad eadem.

Ceræ minā 1. resinæ phryctes, chalbani, iridis Illyricæ, sin. minæ dimidium, irini fæculæ quod satis est, vini quantum volueris. Conficito.

2 Malagma Lucij.

[2] Malagma Lucij omnem duritiem digerens, articulósque impeditos relaxans.

Bdellij, seui vitulini, ammoniaci thymiamatis, iridis Illyricæ, singul. drach.16. opopanacis, chalbani, cachryos, styracis, thuris, sing. drach. 8. piperis grana 160. irinæ fæculæ, quod sit satis, ceræ, resinæ terebinthinæ, sing. selibram, vini quod satis esse videatur. Conficito Est enim extremi emollientium ordinis, vt quo nullum durescentia magis emollire comperias.

3 Malagma. Neapolitæ.

[3] Malagma Neapolitæ, ab Asclepiade scriptum, contra omnes durities: quod etiam pleuriticis auxiliatur.

Vini pißitæ sextarios 6. ceræ lib.6. ammoniaci thymiamatis, phryctes, vtriusque vnc.3. terebinthinæ, thuris, myrrhæ, aloës, aphronitri, lapidis Aßij floris, gentianæ radicis succi, sing. vnc.6. sagapeni sulfuris viui, propolis. sing. vn. 4. panacis radicis sampsychi, piperis albi, sing. vnc.3. Conficito, & vtitor.

[1] Mala

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

[1] Malagma Andromachi. 1 Malagma Andromachi.

Picis lib.3.ceræ lib.2.resinæ libram, chalbani vnc.2.ammoniaci thymiamatis tantundem, mannæ vnc.4.aceti sextarios 3.

[2] Malagma Andromachi ex meliloto. 2 Emplastrũ ex meliloto.

Nardi Gallicæ drach.10.cyperi, cardamomi, ireos Illyricæ mirrhæ, sing.drachm.8.croci drach.4.meliloti drach.25.ammoniaci thymiamatis drach.8.terebinthinæ drach.50.ceræ recentis drach.100. cyprini heminæ dimidium, aceti quod sit satis. Conficito.

[3] Malagma ex baccis lauri, Andromachi. 3 Malagma ex baccis lauri.

Ceræ, picis Brutiæ, baccaram lauri, nitri, resinæ phryctes, sing.drach.75.chalbani, ammoniaci thymiamatis, cachryos, ammeos, singul. drach.12.piperis albi drach.16. cyprini heminæ 6. Conficito.

[4] Ad Ischiadicos generosum. 4 Ischiadicis vtile cataplasma.

Rutæ agrestis seminis, silphij, baccarum lauri, aphronitri, abrotoni, colocynthidis, cardamomi, ammeos, singul.drach.4.rutæ viridis, picis, terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis ceræ, seui, sing.minæ partem octauam, chalbani drach. 6.opopanacis drach. 4.sulfuris viui tantundem. Conficito.

[5] Ad Lienosos. 5 Lienosis optimum cataplasma.

Ceræ minam, ammoniaci thymiamatis minæ dimidium, aluminis liquidi drac.50.strigmen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ti heminam, capparis radicis, calaminthæ radicis, myrobalani fæcis, quod magma vocant, sing. drach. 50. aceto aridis, oleo adiecto liquidis vtitor.

1 Hepaticis conueniẽs malagma.

[1] Malagma ad Hepaticos.

Ammoniaci thymiamatis, bdellij, singulor. drachm. 144. croci, myrrhæ, sing. drach. 12. ceræ drach. 144. aceti, quartam partem heminæ, cyprini heminam. Conficito.

2 Rheumatismis ventriculi & intestinorum malagma.

[2] Malagma ad rheumatismum stomachi & intestinorum.

Oenanthes vnciam, omphacij vnc. 4. Phœnicobalani carnis vnc. 2. acaciæ, rosarum, aloës, singulor. vnciam, gallæ, aluminis, picis, singul. vnc. 4. ceræ vnc. 3. Vinum aridis affunditur.

3 Hydropicis conueniens malagma.

[3] Ad hydropicos, & flatuosos.

Picis liquidæ, ceræ, vtriusque libram, nitri, sulfuris viui, aluminis fissi, sing. vnc. 6. permisceto.

4 Colicis conducens malagma Antipatri.

[4] Malagma Antipatri ad colicos.

Silphij drac. 2. elelisphaci, caßiæ, melanthij, staphidis agriæ, chalbani, struthij, sulfuris viui, sing. drach. 4. panacis, propolis, pyrethri, ammoniaci thymiamatis, nitri, sing. drach. 6. Aßij floris drach. 25. ceræ drach. 150. resinæ tantundem, olei heminam. Conficito.

5 Anodynon ad podagram.

[5] Anodynon Nicostrati ad podagram.

Ceræ

Ceræ libram, ammoniaci thymiamatis vnc. 3. opopanacis vnc. 4. ß. meconij vnc. 3. cyprinum ad contusionem eorum adhibetur.

[1] Aureum malagma ad arthriticos.

1 Arthriticis aureum malagma.

Resinæ strobilinæ lib. 2. chalbani drach. 12. axungiæ porcinæ tantundem, ceræ drachm. 24. baccarum lauri drach. 12. incoquito vt decet.

[2] Aliud ad laterum dolores.

2 Pleuritidi conueniens malagma.

Cyperi, cardamomi, mannæ, ammoniaci thymiamatis, terebinthinæ, ceræ, irini, singul. libram. Misceto. Porrò phlegmones, scirrhíq; eadem quodãmodo generatio & curatio est. Nascitur enim ex confluxu humorũ vterque affectus: curatur ijsdem vacuatis: quanquàm euacuationis modus vtrobique idem non est. [3] Quippe inflammatis quidem particulis tum repulsoria medicamentorum qualitas morbi initio, tum discussoria semper ex vsu est. [4] Scirrhis autem sola discussoria sine repellente. Itaque summè indurata scirrho, prorsus insanabilia sunt. [5] Dignosces autem ipsa hinc, quòd nullus sensus partibus affectis supersit. At in quibus sensus quidem est, sed obscurus, hæc curantur pharmacis digerentibus incrassatum humorem, non tamen validè ac vniuersim hoc agentibus, quod epispastica solent. [6] Quocirca minimè sanè oportet mirari, si partes inflammatæ scirrhum interdũ contrahant: dum videlicet humor quidem influens est

3 Inflãmationis curatio.

4 Scirrhi curatio.

5 Scirrhi incurabiles, ab iis qui possũt curationẽ suscipere, quomodo discernantur.

6 Phlegmonæ quãdo in scirrhum degenerent.

simul crassus & viscidus: curatio autem medicamentis valde exiccantibus administratur. Nam quemadmodum in externis rebus permulta corpora quæ ignem contingunt, ab ipso torrentur, atque rursus ab aqua emolliuntur: ita in particulis inflammatis, ex humore ipso, à calfacientibus & exiccantibus acerrimè desiccato, relinquitur quippiam crassum & viscidum, nimirum omni tenui discusso. [1] *Atque hac sanè ratione in morbis articularibus pori gignuntur:* [2] *nec secus per nephritidas calculi. At si fluxio, quæ phlegmonen gignit, tenui substantia sit, curatióque eius per siccantia & calfacientia pharmaca administretur, nihil scirrhosum relinquitur:* [3] *imò refrigerantia vehementer, adstringentiáque, scirrhos procreare tunc solent. Vnde multis per erysipelata vehementer refrigeratis occallescere solent humores.* [4] *Igitur primus vsus in dolentibus inflammationibus est, qui medicamentis abundè humidis simul & modicè calidis administratur. Alter paulò crassioribus, & siccantioribus constat. Tertius relaxantibus nominatis, quæ nonnulli inter malagmata collocant. Sunt autem inter ea, maximè emollientia quidem, quæ consistentiam cerati referunt, quum ex butyro, cera, adipibus, oleóq; relaxante conflantur. Temperatur ipsis œsypi, resinæ, & picis modicum: sicuti & thus, & chalbanum, & nonnihil ireos Illyricæ.*

1 Pori quomodo generentur.
2 Calculi vt gignantur in renibus.
3 Refrigerantia quãdo scirrhos producant.
4 Inflãmationibus quæ medicaméta conuenire videantur.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

De Acopis, siue labores lenientibus.

[1] *Acopa medicamenta omnia liquidæ cõsistentiæ necessariò esse debẽt. Inter quæ sanè oleũ per se, eos labores qui summam cutem infestãt, persanat: altius autẽ ingruẽtes, vehemẽtioresq;, alicui relaxanti, & mediocriter calfacienti cõmixtum:* [2] *vt chalbano, resinæ terebinthinæ, Colophoniæq; phryctæ appellatæ. Quibus calidiores sunt abiegna, & strobilina. Terebinthinam verò larix nonnihil calore superat. Cæterùm id genus omnia relaxantibus oleis miscentur, quale est Sabinum, iniecta interdum & cera. Iam verò* ἄκοπον *vnguen est, vbi dolor altius infestat, medicamen ex semine abietis, chamæmeli, anethi, & floris populi: præterea susinum, gleucinum, & Comagenum: & quæ tum ex medulla, tum adipe componuntur,* [3] *suillo quidem, moderatißimè relaxante, gallinaceo autem his vehementius, & hoc adhuc magis anserino. At adeps leoninus, & pardi, validior est, vt iã vehementer calfaciat, eóque discutiat insigniter. In medio horum, bubulíq; & caprilli, consistit vulpium atque hyænæ adeps. Meminisse autem oportet,* [4] *dura corpora requirere valentiora pharmaca: mollia verò & humida, minimè talia medicamẽta perferre posse. Nec ignoratur, quæ dicuntur myracopa medicamenta, ex acoporum cum vnguentis temperatura fieri, nihilo cæteris præstantiora, nisi odoris fragrantia.*

1 Acopamedicamina qualianam essedebeãt.

2 Resinarũ differẽtiæ.

3 Adipis differẽtiæ.

4 Dura corpora valentiora medicamẽta postulãt, quã quæ molli carne sunt prædita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Acopon Themisonis.

[1] Acopon Themisonis, ab Asclepiade scriptum.

Sampsuchi, rorismarini foliorum, fœnigræci, sing. sextarium vnum, cardamomi, brathyos, singul. sextarij dimidium, vini dulcis sextarios tres, olei Venafrani trepondo, ceræ libr. 2. Conficito, vt decet.

2 Acopon ex melle.

[2] Acopon ex melle.

Mellis, irini, rosacei, cyprini, gleucini, ceræ, terebinthinæ, sing. vnc. 3. Conficito.

3 Acopon Aphrodę, fœtidum.

[3] Acopon Aphrodæ δυσῶδες, hoc est: fœtidum appellatum.

Ceræ, terebinthinæ, singul. drach. 8. chalbani drach. 6. olei veteris heminas duas, medullæ ceruinæ drach. 8. Conficito.

4 Acopon ad omnem neruorum dolorem.

[4] Aliud ad omnem neruorum dolorem.

Resinæ terebinthinæ drac. 56. ceræ drac. 28. ammoniaci thymiamatis drac. 32. chalbani tantundem, medullæ ceruinæ drach. 24. olei veteris heminas duas. Conficito.

5 Acopon ex castoreo

[5] Aliud διὰ τοῦ καστορίου, hoc est ex castorio, quod solutis, & omni diuturno malo auxiliatur.

Oesypi vnc. 3. medullæ ceruinæ vnc. 4. terebinthinæ vnc. 3. ammoniaci thymiamatis, chalbani, castorij, piperis albi, euphorbij, adarces, nitri spumæ, opopanacis, sing. vnc. 2. olei styracis vnciam vnam, olei irini vnc. 2. olei veteris heminam vnam, ceræ selibram. Conficito.

[1] Vng

[1] Vnguentum dolores articulorum discutiens. 1 Acopon ad articulares dolores

Thuris, piperis albi, sing. drach. 10. aphronitri drach. 8. myrrhæ drach. 4. ammoniaci thymiamatis drach. 6. aceti, quod sit satis, olei cyprini heminam vnam.

Medicamen ex populo.

[2] *Populi nigræ surculorum minam, cucumeris agrestis rad. lib. 4. casiæ fistulæ lib. 2. vnguenti crocini lib. 2. croci vnc. 3. vini odorati sextarios 12. olei Sabini sextarios 10. sampsuchi, ceræ, sing. lib. 4. Surculos populi diligenter contusos in vase duplici vnguentario contineto: quibus sampsucum, cucumerísq; radices concisas adijcito. His vinum superfundito. Omnia diebus nouem macerari sinito. Sequenti die oleum adijciatur, & rursus accuratè tunsa, igne non acri incoquito. Postea liquori expresso ceram subactam, & medullam læuem factam indito. Igni imposita coquito. Vbi liquata fuerint, ab igne tollens, crocinum adiungito, mouetóque continué. Crocinum verò læue factum terrestris testudinis sanguine excipito, vt olei veteris crassitudinem habeat. Liquata croco iniecta, rursus tundito, atque exceptis vtitor, Arthritide, & ischiade liberat.* 2 Medicamen ex populo ad articulares dolores.

[2] Aliud Flauij Clementis, cuius vsu nouimus homines toto distortos corpore, conualuisse à podagra, chiragráque. 3 Podagricum medicamẽ Flauij.

Olei Sabini lib.12. cucumeris agrestis rad. lib.12. ceræ, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, chalbani, sing. lib.1. Oleum diuidimus, & seorsum in eo ranas, seorsum item radices incoquimus. Dein liquore percolato, ad pharmaci confectionem vtimur.

1 Acopon Haliei.

[1] Acopon viride Haliei.

Ceræ, terebinthinæ, olei veteris, singul. selibram, aphronitri vnc.4. chalbani, æruginis rasæ, singu. vnc.3. opopanacis vnc.6. ammoniaci thymiamatis, mannæ, sing. vnc.3. aceti, melini, cyprini, irini, sing. vnc.2. seui caprilli vnciam. Conficito.

2 Acopon Casti.

[2] Casti Acopon, ad diuturnos affectus & conuulsiones.

Pisselæi, Syriaci vnguenti vtriusque sextarium, ireos Illyricæ parem modum, terebinthinæ libram, axungiæ tantundem, rasuræ naualis, vnciam. Incoquito, ruta viridi mouens.

3 Gleucini confectio.

[3] Gleucini confectio, Andromachi.

Myrrhæ, nardi Indicæ, cuiusq; libr.2. costi lib.3. styracis libram, bdellij, sampsuchi, xylobalsami, iunci odorati, cardamomi, spathæ, ireos Illyricæ, misyos, asari, singu. lib.2. meliloti, nardi Gallicæ, sing. libram, aspalathi, calami, sing. selibram, aristolochiæ longæ tantundem, rorismarini seminis sextarios duos, thuris, casiæ, singul. libr.3. fœnigræci sextarios duos, sphagni, amomi, sing. lib.2. corticis thuris libram, rosa-

rum

rum siccarum lib.2.carpobalsami tantundem, croci vnc.3.baccarum lauri libram, piperis albi tantundem, opobalsami vascula tria, malabatri foliorum lib.2.nucleos pineos virides duos, rutæ viridis vnc.2.salis ammoniaci, nitri, cuiusque vnc.4.vini veteris sextarios 2. musti boni vascula duo ß.olei veteris lib.5.præparato diebus quinquaginta. Ad dolorem laßitudinémque tollendam, medicamen est longè accommodatißimum.

1 Acopon Heræ, ad diuturnos dolores coxendicum, articulos impeditos, & paralysin, admodum efficax. 1 Acopon Heræ.

Olei veteris, irini, laurini, pyracini, ceræ, singul.lib.6.terebinthinæ, piperis, euphorbij, sing. vnc.2. ammoniaci thymiamatis vnc.3.castorij, opopanacis, chalbani, medullæ ceruinæ, sin.vnc.2. Liquabilia liquata siccis affundito, & vnitis vtitor.

*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGA-
meni de compositione medicamentorum secundum loca,

LIBER I.



[1] Curationem quæ indicent.

QVOD [1] *non modò affectus ipsi, sed etiã ægri tẽperies, naturáque partis affectæ, ipsam curationẽ commonstrent, alibi à nobis est demonstratũ. In hisce autem cõmentarijs, de cõpositione pharmacorũ ad singulas corporis partes cõgruẽte, disserere est animus: ad quod iã negotiũ accingimur, à vitijs capillorũ exorsi.* [3] *Porrò generatio pilorũ eadem est, quæ plantarum. Nam quemadmodũ ex istis quædã arte & arbitrio agricolæ, quædã iuxta naturales causas proueniunt: eodẽ modo & in animaliũ corporibus, ar uo quidẽ alicui, triticũ aut hordeum aut aliud quoddam cerealium seminũ in se insitum habẽti, caput aßimilatur: alijs verò herbis, quæ in *aridioribus crescunt regionibus, reliqui totius corporis pili similem generationẽ sortiũtur. Siquidem non secũdum primam rationẽ, sed per accidẽs quoddã natura ipsos cõsueuit gignere.*

[2] Pilorum generatio eadem est, quæ plantarum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

[1] *Igitur affectus pilorum sunt, tum deperditio omnimoda, tum coloris mutatio, qualis in viti ligine alba, quã leucen vocãt, fieri cõsueuit. In id genus autẽ affectibus, sicuti in alijs omnibus* [2] *summè curandum est, vt quæ præsidia adhi bebimus, aut iuuent, aut certè non noceant. Atqui vsus pharmacorum amethodos, non modò non prodest, sed etiam obest frequenter.*

1 Pilorum affectus.

2 Medicamenta sint semper talia, vt si nõ prosint, nõ lædant.

De Alopecia, Caluitie, & Ophiasi.

QVemadmodum ex plantis ipsis nonnullæ quidem ob humorum inopiam resic catæ extabescunt, nonnullæ autem, quòd humoribus à sua natura alienis imbuantur: [3] *eodem etiam modò capilli, aut propter penuriã humorum, à quibus consueuerũt nutriri, aut propter prauitatem, corrũpi assolent.* [4] *Ac propter inopiam quidẽ, caluities accidit: propter vitiũ autem succorũ,* [5] *alopecia.* [6] *& ophiasis. Etenim læsa capitis pars, serpenti similis in ophiasi apparet. Alopecias autem ob id ita appellari ferunt, quòd vulpibus frequenter accidãt.* [7] *Iam verò quales tãdẽ sint ipsi corrupti humores, ex colore cutis in capite facilè licebit tibi discernere. Alijs nanq; albidior apparet, alijs nigrior, atq; pallidior alijs.* [8] *Quare in istis primùm totius corporis purgationem molieris, aut pharmaco pituitam ducente exhibito, aut quod bilem pallidam, aut nigrã eliciat, coniectura redundãtis humoris ex colore cutis inita. Ego verò hiera*

3 Capilli à quibus causis corrumpi soleant.

4 Caluities.

5 Alopecia.

6 Ophiasis.

7 Color cutis qualitatem humorũ subtus putrescentium indicat.

8 Pilorum corruptionis curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

exhibita semper ipsos purgaui: aliquando nigro veratro adiecto, vbi melancholicum succum vacuare erat animus: aliquando scammonio si amara bilis purganda esset. Vbi verò pituitosiorem exuperare humorem conieci, nihil admiscui. [1] *Tales siquidem, præsertim ex capite, hiera ex colocynthide purgare humores consueuit: simúlque cum iis, alios quosdam, etiamsi scammonium, aut veratrum nigrum, aut epithymum nō addatur. Catapotia etiam ex aloë, quæ tum scammonium, tum colocynthidem admixtam habent, commodius ita affectos purgare solent. Post totius autem corporis purgationem, apophlegmatismis pituitam è capite detrahere præstat, ac dein localibus vti auxiliis. Cæterùm incipientes ophiases & alopecias per adstringentia & refrigerantia præsidia cohibere conuenit: adultæ autem digerentibus discutiendæ sunt. Ego verò quendam adolescentem in principio affectionis curaui sola purgatione ex hiera dià colocynthidos. Prius tamen catapotia ex aloë vndecim ei exhibueram, cicerum magnitudine.* [2] *Habēt autem catapotia hæc, colocynthidis partem vnam, aloës & scammonii, vtriusque partes duas: quibus partem vnam succi absinthii addo. Antea verò etiam mastichen Chiam, & bdellium immiscebam. Porrò pharmacum extrinsecus adhibendum, si præter hoc quòd vitiatos humores discutiat, etiam idone*

1 Hiera ex colocynthide.

2 Catapotiorum ex aloë cōpositio.

idoneum sit ad probum sanguinem attrahendum, veluti est thapsia, censendum sanè est optimum medicamen. At verò quum thapsia longè calidior sit, quàm affectus postulet, meritò eius per se vsum vitamus. [1] *Exulcerationes quippe excitare consueuit, ac omnino quosdam inflammatos tumores. Quamobrem quædam, quæ illius vehementiam mitigent, necessariò admiscemus: id quod ceratum ex oleo aliquo tenuium partium (cuiusmodi Sabinum est) præstare commodè poterit. Vsus quãdoq; sum etiam sola thapsia, sed vehementi illius facultate larga aquæ affusione exoluta. Porrò ex pharmacis prædicto affectui congruentibus,* [2] *vehementer quidem calfacit euphorbium :* [3] *sufficienter autem laurinum, siue oleum, siue vnguen. Licet igitur ipsis per se vti, euphorbio quidẽ, oleo intrito, ac læuigato: laurino verò, solo, citra alterius admistionẽ, illito. Si tamen nimis fluidum appareat, parum ceræ ipsi addatur. Quum verò multò calidius sit recens euphorbium, siquidem bimo, aut trimo ipso vtaris, ad libram vnã Romanam olei, euphorbij vnciam vnam inijcies: recenti autem euphorbio sicuti & thapsia, & omnibus fortibus pharmacis, parcius vtendum est.* [4] *Peccatum siquidem infra modum, nullum detrimentum adfert : supra verò, aliquando exasperat, exulcerátque cutem, atque inflammationem excitat.* [5] *Similiter etiam fugienda*

1 Thapsiæ facultas.

2 Euphorbium.

3 Laurinũ.

4 Peccata infra modũ non adferunt detrimentũ.

5 Vetusta pharmaca suas facultates amittere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

gienda sunt omnia valde vetusta pharmaca: quandoquidem vel metallica ipsa, vbi nimis antiqua sunt, suas facultates amittũt. [1] Vniuscuiusque autem medicamenti vigorem, ijs qui sæpe ea conspexerunt, licet cognoscere tum ex odore, tum ex gustu, atque adeò interdum ex colore, consistentiáq;. Est itaque inter ea quæ alopecijs conferunt, calidissimum medicamen euphorbium: eo autem minus calidum, est thapsia: post hanc, sinapi, nasturtiúmque. Iuxta alium autem modum [2] limnitis ([3] quæ adarcium & adarce vocatur) nulli horum secundum est. [4] Post hæc succedunt sulfur, & nitri spuma, ipsúmq; nitrum molle, vstum, & quod Berenicarium vocatur: quemadmodum & aphrolitron album, læue, atque laxum. Deinde veratrum vtrunque, & erucæ semen, & laurinum vnguẽtum, aut oleum: ad hæc alcyonium vtrunque, vstum, & non vstum: calamíque tum radices, tum cortex, ambo vsta. Quin & pix liquida, & cedrinum, quod cedriam vocant, & murium stercus, vrsǽque adeps. Hyænæ etiam, leonis, pardalis, anserísque adipes congruunt & quicunque tenuium partium substantiam sortiuntur. Amygdalæ etiam amaræ totæ vstæ, commodæ sunt, & thus aceto acerrimo maceratum. His itaque omnibus pharmacis licet vtaris, fortibus quidem ceratum liquidum temperãs, debilibus verò laurinum oleum imm

1 Vigor medicamẽtorum ex quibus notis expendi queat.

2 Limnitis.

3 Adarciũ.

4 Alopeciis cõgruẽtia medicamenta simplicia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

immiſcens. Rurſus, inueteratas quidem ac difficulter curabiles, cum fortibus perſanare conaberis: incipientes autem & paruas, cum imbecillis.

[1] Ad alopecias compoſita.

Euphorbij, thapſiæ, laurini, ſing. drach. 2. ſulfuris viui, veratri, vtriuſque drachmam 1. ceræ drachm. 6. miſceto, vtitórque hoc, ceu fortiſsimo pharmaco ad inueteratas, ægréque curabiles alopecias. Si thapſia non adſit, pro ipſa licet tantundem adijcere ſeminis naſturtij, aut erucæ, aut ipſiuſmet naſturtij. At loco laurini picem liquidam pones. Admiſcui etiam aliquando mel, nec deterius euaſit pharmacum. Porrò quæ ex adipibus, ac modica item thapſia conſtant, ſimiliter proſunt, præſertim ſi euphorbium & adarcium addatur. Sit autem adipis leonini, pardalij, & hyænæ, cuiuſque pars vna: quibus miſcere anſerinum atque vrſinum poteris, ita vt ad duodecim adipum vncias, thapſiæ, aut euphorbij vnciam vnam inijcias: quanquam ambo etiam potes adijcere, ſi efficere fortius pharmacum velis. [2] *Auſpicari autem ſemper à leuioribus conuenit, & reſpectu effectus, quem pharmacum primò admotum produxerit, ſic facultatem eius aut lenire aut augere. In alopecia igitur, primùm quidem capillos nouacula tollere expedit: dein affectam*

1 Alopeciis inueteratis optimum medicamē.

2 Leuioribus medicamentis eſſe in primis vtendum, quãdo alopeciis medemur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

affectam cutem per linteolũ nec asperum, nec molle nimis, confricare, ac videre ad quantum ruborẽ per huiusmodi motionẽ peruenit. [1] *Magnam nãq; spem successuræ curationis tibi iniiciet, si per modicas defrictiones rubefiat: quæ moderatæ affectionis significatio existit. Si verò per multas frictiones, tandem succedat rubor, grauiorem tum affectionem, tum curationem indicat, præsertim si quædam cuticulæ, etiamsi multùm confrices, non rubescant. Præ omnibus autem cauendum est, ne in fortium pharmacorũ admotione cutis vltrà quàm par sit, concalescat: id quod tum ex colore ipsius, tum tactu deprehendes. Colore nanque flauior apparebit, & digitorum contactu satis calidam agnosces. Quare tunc ad molliora transeundum: aut eodem vtendum quidem, sed cerati, aut adipis, aut liquoris cuiuspiam oleosi admistione vi ipsius exoluta. Vtendum est & olei calidi dulcis irrigatione, & cataplasmate ex pane, fomentísque & scarificationibus, necnon cucurbitis, & cerati inunctionibus.* [2] *Cæterùm perseuerante affectione, vtendum est aßidua rasura, & rubificatione ex sinapi, præscriptísque frictionibus: sequentibus autem diebus, illita pice, aut oleo cedrino, & post frictionem, scarificatu. Quidam verò acicularum aceruo affectam cutim compungunt. Post hæc omnia, pharmacis quæ ex alto euocare, & meatus transmu*

1 Alopeciæ facile curabilis argumentum.

2 Alopeciæ rebellis curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

transmutare poßint, vtendum. Curandum autem perpetuò est, vt in aëre calido, insolatóq; (si id fieri poßit) omne pharmacũ applicetur. Hyemis verò tempore præstiterit in balneo his pharmacis vti. Porrò [1] *alcyonium vstum, illitúmq; ex lucernarũ oleo, mediocres discutit alopecias, pharmacum mediocre quũ sit.* [2] *Est autẽ lucernarum oleum cõmuni magis tenuium partium.*

1 Alcyonium.

2 Lucernarũ oleum est tenuius communi.

Aliud Hære, ad molli carne præditos.

Sem. erucæ, & nasturtij, nitri, sing. partem vnam: contritis affundito picem liquidam, vtitórque.

Aliud à Critone descriptum.

Herinaceorum cinere permisto vrsino adipi, vtitor.

Aliud.

Calami radices vstas, adipéque vrsino exceptas, impone.

Aliud ad inueteratas.

Muscerdæ, thuris, cuiusque drach. 2. aceto acerrimo dissolutis vtitor.

Aliud.

Cinerum ranarum minimarum in ollula vstarum, muscerdæ, veratri albi, radicis calami vstæ, piperis albi, singulorum æquis portionibus aceto exceptis, fricato.

Aliud ex libris Cleopatræ.

Sandaracham tritam, largóq; visco quer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

no exceptam, loco per nitrum prius præparato, imponito.

Aliud.

Scillæ, veratri albi, vtriusque drach. 1. ex aceto trita, prærasis & nitro confrictis, imponito.

Aliud.

Muscarum capita contrita affrica.

Aliud præcellens.

Murium domesticorum vstorum, panniculi ampelini vsti, dentium equinorum vstorũ, adipis vrsini, medullæ ceruinæ, corticis calami, singulorum æquis portionibus simul exceptis melle, vtitor.

2 Alopeciis altius progressis remedia Archigenis.

[1] Aliud Archigenis, ad alopecias in altum progressas.

Cum aceto, nitri gleba, aut fici folijs, vsq; ad dilaniationem defrica: deinde derterso sanguine, betam ex vino coctam impone: aut caricas vstas, cum vino, aut lentis farinam ex vino, pro cataplasmate adhibe: aut cantharidas vstas, pice liquida exceptas, ad ceratique liquidi formam redactas, impone: aut testitudinis marinæ sanguinem illine: aut thapsiæ succum cerato exceptum illine.

Aliud Asclepiadis Bithyni.

Spumæ nitri partes duas, salis ammoniaci partem vnã: quibus tum vstis, tum tritis, acer-

im é

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rimóque aceto dilutis, præscalptam leuiter alopeciam illinito.

Aliud Sorani.

Stercoris felis aut crocodili drach. 8. sinapis drach. 4. ex acri aceto læuigatas imponito.

Aliud.

Fici folia cum aceto, donec lanugo prodierit, affrica: dein stœbes succum illine.

Aliud.

Locum per pumicem proritato, & sulfuris, spumæ nitri, ammoniaci, sing. æquas partes mixtas cum aceto illinito.

[1] Ad caluescentes præter ætatem, & ad menti pilos non nascentes, remedium.

1 Caluescẽtibus maturius, remedium.

Adipis taurini insolati lib. I. adarces vnc. I. succi thapsiæ vnc. I. ß. mirrhæ vnc. I. polytrichi, callitrichi, sing. lib. ß. membri asinini, splenis asinini, ladani, sing. lib. I. Ladanum in modico vino conterito: adipem ad aquæ vaporem liquefacito: dein asininum membrum assatum, donec insumatur, radito: splenem verò cum polytricho & callitricho in noua olla torrefacito: omnia denique contusa gleucino, aut Sabino excipito: & ante balneum ijs vtitor. [2] Sciendum autem est, ladanum sordes esse ab hircorũ barbis desumptas: quas illi sibi ex cisti madore contrahunt.

2 Ladanũ esse sordes ab hircorũ barbis desumptas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

De capillorum defluuio.

1 Capillorum defluuij causæ.

Est[1] & alia pilorum affectio, quæ ad raritatem cutis, inopiámque substantiæ pilos gignentis, consequitur: maximè superueniens à morbo conualescentibus. Quapropter curatio etiam hoc modo læsorum non eundem scopum, quem alopeciæ habet. In alopecijs siquidem, vt vitiatus humor consumatur, primarium scopum habemus:[2] in his verò, vt capitis habitum roboremus, & alimentum boni succi attrahamus, cutique densitatem & raritatem moderatam restituamus. Quamobrem ad pharmaca humectantia aliquid moderatè adstringẽs admiscere oportet, quale est ladanum: quod vtraque in se moderatè cõplectitur, quæ ad hoc symptoma conueniunt, caliditatem nempè mediocrem, & adstringendi vim moderatam. Quare si capiti prius raso, perfricatóque, aliquod mediocriter adstringens oleum (cuiusmodi Hispanum, & lentiscinum est) illinatur, maximè ex vsu est.[3] Nam quæ vehementer adstringunt, omnia etiam refrigerant, & alimenti influxum reprimunt: propter cuius inopiam capilli defluunt. Atqui intentio nostra est sanguinem affluentem non modò non præpedire, sed etiam prolectare: cogere autem sensim, & adstringere rarefactam cutem.[4] Quare ad defluos capillos omnium præstantissimum medicamen est, quod ex ladano, & lentiscino oleo conficitur.

2 Capillorum defluuij curatio.

3 Adstringentia vehementer refrigerãt, alimentiq; influxũ reprimunt.

4 Defluis capillis optimũ medicamẽ est, quod ex ladano, & lẽtiscino oleo cõstat.

ficitur. Quòd si largè defluant capilli, maiórq; videatur esse raritas cutis, pro lentiscino, myrteo vtendum. Licebit aliquando vnguentum adhibere nardinum, in ætate frigida, & hyemali tempore, sicuti in diuitibus foliatum, & spicatum. Debet autem ladanum liquari in duplici vase, ac reliqua postea illi misceri. Atque hæc sanè medicamenta mihi sufficerunt, vnà cum refectoria, salubríque victus ratione, quæ in plerisque etiam sola sufficit.

Archigenis remedium contra defluos capillos.

Ladani & absinthij æquales partes, & iuniperi baccas 10. tritas, in linteolum illigato, & in oleo per dies quinque macerato, ex eóque caput illinito, & neque capilli decident, neque gignentur furfures.

Aliud Cleopatræ, capillos augens citò, densánsque, & denigrans.

Ladanum ex oleo, vinóque dulci læuigatũ, incrassatúmque, præfrictis illinito.

Comptoria ab exornatoria medicinæ parte quomodo differat.

COmptoriæ [1] *quidẽ scopus est, inducere pulchritudinem. Exornatoriæ medicinæ partis, quicquid secundum naturam est, id omne, in corpore custodire: ad quod etiam naturalis pulchritudo consequitur. Indecoro enim aspectu*

1 Cõptoria & exornatoria artis pars quomodo differant.

est caput alopecia vitiatum, sicuti etiam oculi ciliis, & superciliis nudati.[1] Non solùm verò ad pulchritudinẽ, sed multò prius ad ipsam partium sanitatem, pili conducunt. At faciei colorem per pharmaca nitidiorem, aut rubicundiorẽ reddere, aut pilos capitis crispos, aut fuluos, aut nigros, aut auctos, hæc inquam comptoriæ prauitatis, non medicæ artis sunt opera.

1 Pili ad quid conferant.

De tincturis capillorum.

QVandoquidem[2] tamen iam consuetudo hæc inualuit, vt vetulæ quidem paßim capillos denigrent, tanquam turpe sit canos habere: mariti autem id probent, spectaculum permolestum censentes, vxorem aniculam cano capite habere: sanè quæcunque præ deliciis seipsas ornant, earum nulli tale quippiam à me petenti, exhibui: quæcunque verò honestiores, tum vt notæ culpã effugerent, tum vt molestias maritorum vitarent, capillos suos nigros reddere optarũt, iis certè, ne ex adstrictoria vi nigrorem inferentium oblæderentur,[3] consului, vt cedri liquore vterentur, ita vt tribus aut quatuor horis ante balneum illinerẽt, & postea detergerent: idque per quatuor aut quinque dies facere pergerent. Cedria siquidem non modò nihil lædit, sed etiam commoda est eis, quæ facilè offenduntur à frigore, abundè videlicet calfaciens. Ad hæc, defluentes capillos corrigit, & non defluentes auctiores reddit. Contra verò,

2 Aniculã & cano capite vxorẽ habere, spectaculũ fastidiẽdum censetur.

3 Capillos denigrari cedri liquore.

qua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quæ ex austeris & acerbis composita sunt, magnopere lædunt. Cæterùm materia, ex qua constant hæc, etiam quippiam tenuium partium habeat oportet, quò non in superficie tantùm, sed in profundo etiam cutem permutent, progrediendo vsque ad capillorum radices. Non solùm autem in periculo versatas sæpe scio fœminas, sed & mortuas, ex perfrigeratione capitis ab huiusmodi medicamentis inducta. Offenduntur tamen citius, quæ frigidius capitis temperamentum sortiuntur. [1] *Frigidæ nanque particulæ frigidis affectionibus, calidæ calidis corripiuntur facilius. Verùm minus periculum subeunt, vtpote quum à minori causa lædantur, quæ frigidius habent temperamentum. At calidæ, propterea quòd ægrè & vix tandem lædi à frigidis causis possunt, siquando à magnis fuerint exuperatæ causis, maiorem læsionem incurrunt.* [2] *In morbis siquidem minus periclitantur illi, quorum naturæ, ætati, habitui, ac tempori ipsa ægritudo congruit.*

1 Similibus affectionibus facilius singula corripi, minus tamen periclitari.

2 Periclitari in morbis minus, quibus cōtingat.

Tingentia capillos, ab Archigene prodita.

RAdicem [3] *capparis cum muliebri lacte, vel asinino, ad tertias concoquito, & ad noctem pro cataplasmate imponito. Aut vrina canis in quinque aut sex dies asseruata lauato. Aut corticis salicis succum ex oleo affricato.*

3 Capillos tingentia, ab Archigene prodita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Summè nanque denigrat. Denigrant barbam suber aridum & plumbum vstum, cum betæ crudæ succo mellis spißitudine illita. Fuluos autem reddũt capillos lupini crudi cum aqua & nitro illiti. Crispos reddes capillos, si spuma salis cum myrrha confricaueris.

De pharmacis corrumpentibus pilos.

1 Pilos corrumpentia pharmaca.

EX pharmacis[1] *corrumpentibus pilos, quædam propriè psilothra nominantur, quædã capillorum attenuatoria, quædã penitus extirpantia. Atq; hæc sanè vltimò nominata, periculosi sunt vsus. Ex liquidis igitur est lixiuiũ tali vi præditum. Ex aridis autem & metallicis, arsenicum, & sandaracha, & calx non extincta. Manifestum itaque est, vehementem ipsorum vim per admistionẽ imbecilliorum pharmacorum frangi: quorum congruentem miscellæ modum conÿciet primò, qui ipsorum vires cognorit: dein verò per experientiam defectum corriget, aut etiam addet.*

Psilothra Critonis.

2 Psilothra Critonis.

CAlcis[2] *viuæ partes duas, auripigmenti partem vnam. Hæc in mortarium plumbeum coniecta, aqua aut ptisanæ succo affuso terito: atque vbi nigra reddentur, calfacta illini, maximè in balneo, iubeto.*

Aliud.

Amyli, calcis viuæ, auripigmenti, sing. vnc.

I. con

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

I. contritis vtitor ex aqua dilutis.

Quæ pilos disperdant.

Disperdentia [1] pilos componunt ex lepore marino, hepate thunni putrefacto, cedria, ranarum cruore, marinæ testudinis sanguine, lacryma vitis albæ, lacryma hederæ, similitérque bryoniæ, atq; oleo insulso. Ex marinis item scolopendris, vrticáque marina, & stellis marinis, nitro, & amurca, ad hæc admistis. Quin & fortiora his ex herinaceis & salamandra componunt, in oleo coctis. Admiscent autem ipsis alcyonia, & sandarachen.

1 Pilos disperdētia.

Quæ pilos attenuent.

Attenuantia [2] pilos, detersoriæ sunt facultatis. Igitur hordei, fabarum, atque erui farina, spuma nitri, atque ipsum nitrum, familiaria pharmaca sunt, omnibus ad tollendas sordes vsurpata. Aßiduus autem eorum vsus etiam pilos attenuat. Quæcunq; verò fortius detergent, in ijs qui valde duros & magnos pilos habent, adhibere oportet. Ac talia sanè sunt nitrum vstum, nitri spuma, & aphrolitrum spumosum, pumex, testæ vstæ, os sepiæ, vtrunque veratrum, struthium, bryoniæ & dracunculi radix, aristolochia vtraque, canchry, radix panacis, atque id genus alia. Quòd si hæc ipsa odorata facere vis, cyperum, meli lotum, rosas siccas, iunci odorati florem, iridem Illyricam, melißophyllum, & cidoniā herbam

2 Pilos attenuantia.

eis admiſcebis. Si verò pro diuitibus pharmacum præpares, ſpicam nardi Indicam, Celticámque, & montanam iniįcies: necnon Eretriada terram, folium malabathri, amomum, myrrham, crocum, coſtum, & hedychroum.

De furfuribus.

1 Furfures capitis à ſeroſis ſuccis oriuntur.

QVibuſdam[1] *ſe ſcalpentibus furfuribus ſimilia ex capitis cute decidunt, ob idq; Medici hoc ſymptoma furfures vocant, à vitioſis iiſdémque ſeroſis ſuccis prouenientes, quos abſumere propoſitum eſt iis, qui huic malo mederi volunt.*[2] *Manifeſtum igitur eſt, diſcuſſoria & exterſoria pharmaca adhibenda eſſe, præparato prius vniuerſo corpore, ſi vitioſis ſuccis redundet. Admiſcuerunt quidam huiuſcemodi pharmacis etiam adſtringentia nonnulla, quibus partem læſam ita corroborarent, vt non facilè influentes humores ſuſciperet.*

2 Furfurũ capitis curatio.

Remedium Archigenis contra furfures.

Nitri ſpumam, & atramentum ſutorium æquis partibus, cum vino tundito, vtitórque ter aut quater in menſe.

Aut vini Rhodii fæcem, & pumicis, & nitri, pares portiones, cum lupinis affrica.

De phthiriaſi, hoc eſt, morbo pediculari.

3 Pedunculi in capite à quibus cauſis oriãtur.

PEdiculi[3] *nonnullis in capite aceruatim gignuntur, ex multis humoribus calidis quidem,*

dem, sed non ad tantam caliditatem progreßis, ad quantam perueniunt acres atque serosi humores. Quare manifestum est, in profundo cutis, pedicularis morbi affectionem fieri, vbi etiã animalcula huiusmodi gigni poßibile est: nõ in superficie, in qua ipsi consistunt furfures. Pharmaca itaq; ipsorũ, necessariò exiccãtia sunt, & quæ ex alto trahere, & euacuare possunt, magis vtique quàm ea, quæ conueniũt furfuribus.

Remedia Archigenis contra morbum pedicularem.

STaphidis[1] syluestris partes 2. sandarachæ & nitri, vtriusque partem 1. cum aceto & oleo capiti illine. Aut oxylapathi radicem cum oleo. Aut veratrum album, & staphidem syluestrem, & nitrum, pari pondere cum oleo in balneo adhibe. 1 Pedicularis morbi remedia.

De achoribus, hoc est, vlceribus capitis manantibus.

INter[2] affectus inuadentes capitis cutem, achor annumeratur, ex genere tumorum præter naturam existens: quo affectu infestata particula, foraminibus quibusdam tenuibus eroditur, tenui humore modicéq; viscido redundantibus.[3] Ad similitudinem verò eius proximè accedit alia cutis affectio, quæ Cerion Græcis, Latinis Fauus vocatur: habens maiora foramina, in quibus humor Hymettio melli similis cõtinet. Generatio ipsis ex humore mixto est, 2 Achores. 3 Cerion.

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

qui partim tenuem serosúmque ac mordacem, partim crassum succum in se habet. Tenuis itaq; humor, vtpote mordax, primùm quidē ad scalpendum ipsos impellit: progressu verò temporis, ad scalpturam tum tumor augescit, tum foramina circa ipsum erumpunt. [1] *Manifestum igitur est, humores qui affectionem gignunt, debere vacuari. Qui si etiam fluant amplius, prohibendus in primis est ipsorum influxus, per capitis atque vniuersi corporis euacuationem. At verò si affectio ipsa sit parua, sola remedia localia sufficiunt, vel si minimè totum corpus vacuetur. Ea igitur pharmaca idonea erunt, quæ crassum humorem incidāt, quǽq; facultate sua necessariò discutiant, repellántq;.* [2] *Atqui acetum ex incidentium ordine existens, vltra hoc quòd discutit, etiam reprimit, depellítque id quod influit: *quum nimirū secundum substantiam suam habeat exiguum quid calidi, plurimum autem frigidi, sed tenuium partium. Esse autem debet acetum exquisitè acidum, in quo nulla penitus vini qualitas persentiatur. Ac tali profectò pharmaca metallica imbues, achoribúsque ex ipsis medeberis. Incipere autem ab imbecillioribus præstat, præsertim si simul dolor infestet. Apta igitur ad hanc rem sunt, Cimolia, Cretica, Lemnia, Samiáq; terra: præterea pompolix, spodium, lithargyros, & cadmia tenella. Quòd si his remedijs malum nō*

ced

[1] Achorū, fauorúmq; curatio.

[2] Aceti facultas.

cedat, pharmacum ex charta siccum, aceto dilutum illinito. Prius tamen capillos abrades.

Quòd si quando in vlcus manans inflammatum simul & afflictum dolore, incidas, lenies primùm dolorem ipsum per humectum concoctoriúmque & emolliens pharmacum, & quod acrimoniam arcere poßit: cuiusmodi sunt tum vocatum parygron, tum quæ sedis vlceribus, & cancris opitulantur.

Remedia Archigenis ad achoras.

CAdmiam cum oleo veteri illinito. Aut cinnabari similiter tritum imponito.

Aut chalcitinem cum myrteo oleo, vel suillo felle liquido inungito.

Remedia Apollonij ad achoras.

CAput succo betæ illinito, aut laurino oleo, aut crocino vnguento, aut taurina, aut camelina vrina. Vel furfurum chœnicem dimidium in aquæ heminis duabus madefacito, posteáque terito, cremorémq; excolato, cúmq; dimidia aceti hemina ad livi spißitudinẽ coquito, et ex eo caput fricato. Vel cucumeris agrestis radicum coctarum succo partem læsam illinito.

Vel argenti spumæ drach. 8. foliorum rutæ tenerorum drach. 5. olei drac. 8. aceti quartam partem heminæ, simul trita capiti illinito.

Quæ Crito ad achoras prodidit.

FIculneæ surculos, aut folia tenera trita cũ aqua imponito. Aut recrementi ferri, &

rosa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rosarum par pondus cum vino tundito, imponitóque. Vel lithargyri drach. 50. foliorum rutæ tenerorum drach. 25. aceto diluito, & rosaceo aut myrteo excepta, cum penna illinito.

Vel si affectio fuerit inueterata, Ladani, cerussæ, sing. drach. 8. sulfuris viui drach. 4. vino & myrteo oleo subactis vtitor.

Ex libris Cleopatræ ad achoras.

FOenogræco tenui cocto, & in betæ nigræ succo macerato, caput eluatur. Post ablutionem verò myrto cum vino & oleo trita, illinatur: supernéque betæ folia imponantur. Vel cerussæ, thuris, sing. drach. 2. sulfuris drach. 1. trita ex oleo illinito.

Remedia Sorani contra achoras.

PLumbaginis, sulfuris viui æquales partes terito, & affuso rosaceo, aut myrteo, aut lentiscino, illinito. Vel sulfuris viui lythargyri, cerussæ, sing. æquas portiones, croci dimidiam, tritas cum passo Cretico illinito.

Ad psydracia, & achoras, pustulásq; vlcerosas, & eruptiones in capite.

1 Pustularũ capitis medicatio.

AD [1] affectiones præscriptas, conuenienti vti oportet victus ratione, corpúsque atque caput purgare catapotijs ex aloë, colocynthide, & scammonio, succo braßicæ coactis. Dein localia remedia adhibenda sunt: cuiusmodi existit adiantum ex rosaceo illitum: aut fœnigræci decoctum affrictum: aut malua cum

fari

farina hordeacea pro cataplasmate imposita: aut melilotum cum farina fœnigræci, cicerúmque decocto impositum: aut ipsummet cicer decoctum, impositúmque: aut amaræ nuces commansæ & illitæ. Discutit autem maximè & lilij radix affricta: & thus cum vino & aqua: & lupinorum amarorum decoctum: & bulbi cum nitro affricti: thus præterea ex aceto illitũ: putamen mali Punici cum laurino illitum: & anchusæ radix vsta, tritáque cum oleo, & per pinnam inuncta.



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCA,

LIBER II.



QVI citra distinctionem scripserunt auxilia doloris capitis, maius detrimentum, quàm emolumentum, attulerũt ijs, qui eis fidem adhibuerunt. Nec enim omnes ob vnam affectionem caput dolent: sed tum ipsæ affectiones plures sunt, tum curatio ipsarum singulatim propria existit. [1] Vna etenim affectio est iuxta intemperiem simplicem

1 Capitis dolorũ discrimina & generationes variæ.

citra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

citra humorum affluxum: alia iuxta humorum qualitatem versatur: tertia, secundum eorũ solam multitudinem accidit: quibus accedit quarta, quum transitus liquorum atq; vaporum ipsi humores obturant: ac præterea quinta, dum in quibusdam capitis partibus propter imbecillitatem spiritus flatuosus innascitur. Est quum ob causam aliquam procatarcticam (cuiusmodi sunt ardor extrinsecus, aut refrigeratio, aut ebrietas, aut ictus) dolor capitis accidit. Vehementissimi igitur capitis dolores fiunt iuxta caliditatem & frigiditatem, maximè quum inæquales fuerint: moderati autem iuxta siccitatẽ: [1] *ad humiditatem verò nullus consequitur dolor. Eodem modo quum ob redundantes humores capitis dolor oritur, vehementior quidem ob calidos & frigidos accidit, moderatior autem ob exiccantes citra calorem aut frigus. Humectantes verò penitus nullũ dolorem inferunt, quantum ad qualitatem quidẽ ipsorum attinet: nam ob multitudinem sanè instrumentalium partium morbos efficiunt: non tamen similarium particularum vllum aliquem,* [2] *quum nimirum earum morbi in pura intemperie consistãt. Ad hæc affectiones ob copiam humorum ortæ, citra quidem obturationem caput grauant: cum obturatione verò, si quidem ea moderata fuerit, moderatè dolorificæ fiunt: sin fortes, vehemẽter affligunt. Quòd si etiam mordacem qualitatem*

multi-

1 Dolor capitis nullus ad humiditatem consequitur.

2 Similariũ particularum morbi in pura intẽperie consistunt.

multitudo humorum sortiatur etiam iuxta hãc dolorem augebit.[1] *Quòd verò ad naturã affectarum particularum pertinet, interdũ quidem extra caluariam affectio fit, aliquando intra: & interdum quidem omnes externas, aut internas partes infestat: interdum autem non omnes, sed vnam tantùm speciem corporis, arteriam nempe, aut venam, aut neruum, aut membranam, aut cutem, aut ipsum deniq; cerebrum. In vniuersum igitur singularum affectionum curationis scopum ratio nos docet: materiæ verò facultatis experientia commonstrat. Porrò aliquando sola intemperie calida ex insolatu laborat caput: aliquando cum ipsa intemperie accedit etiam humorũ affluxus: præcipuè quũ vniuersum corpus laborat plethora,*[2] *quæ fit ipsis quatuor humoribus ex æquo auctis, aut etiã sanguine solo. Nam quum alius quispiã humor redundarit in corpore, non plethorã, nec simpliciter plenitudinem, sed pituitæ, aut bilis flauæ, aut atræ tunc plenitudinẽ dicimus.*[3] *Igitur eis qui ex ardore caput dolent, cutis tactui aridior ad primũ contactũ apparet: oculósq; rubros habẽt, ac frigidis tum perfusionibus, tũ illitionibus oblectantur. Principio itaque repulsoria curatione est vtendum, ex refrigerantibus, adstringentibúsq; cõstante. Postea verò mitigatoria & cõcoctoria pharmaca, ad repulsoria miscere oportet. Deinde etiam ex discussorijs quippiam ad-*

1 Capitis dolorũ discrimina, secundum differentiã affectarũ particularum.

2 Plethorã fieri, quatuor ex æquo humoribus auctis, aut etiam sanguine solo.

3 Doloris capitis ab ardore contracti, indicia, & curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dendum, paulatim detractis pharmacis quæ repellunt. Optima sunt autem censenda, quæ substantia tenuium partium sunt prædita. Quapropter in principio quidem melius est frigidissimũ rosaceum perfundere, iuxta frontem nempe, & tempora, & occiput, non tamen longè inferius. [1] Neq; enim facilè exuritur ea pars: neq; etiã, citra noxam, refrigerantia sustinet, propterea quòd isthic principiũ medullæ spinalis existat, [2] ad stipitis modum in ramulos complures diuisæ, videlicet in sexaginta (vt existimo) neruos. [3] At verò regio capitis iuxta sinciput, propter laxitatem coarticulationis ad coronalem suturam, & ob ossium tenuitatem & raritatem, facilè tum caliditatem, tum frigiditatem omnium quæ adhibẽtur pharmacorum, intrò distribuit. Quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, siue calfacere frigiditatem, aptissimus est capitis iuxta sinciput locus. [4] Rosaceũ autẽ ipsũ, quo in exustis vtemur, ex oleo crudo quod omphacinum appellant, citra salis admistionem, confici debet, nempe rosis quàm plurimis in eo maceratis. Sit autem rosaceum non vetus, sed eo ipso anno confectum. [5] Proximum à rosaceo chamæmelinum existit, quo vtendum in ijs corporibus est, quibus inducere vehementem frigiditatem veremur: qualia sunt fœminarum, eunuchorum, puerorúmq;, ac breuiter eorum omnium, qui molli carne sunt prædit, albúmq;

colo

1 Occiput nec facilè exuri, nec citra noxã refrigerari, principiũ spinalis medullę quum fit.

2 Spinalẽ medullam in sexaginta neruos distribui.

3 Sincipitis regionem esse aptissimum ad trãsmittendas vires medicaminum applicandorum.

4 Rosaceũ exustis cõmodũ, qualiter confici debeat.

5 Chamæmelino oleo in quibus sit vtẽdum corporibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

colorem ſortiuntur. [1] Refrigerabis autem quæcunque adhibere voles, in aqua vehementer frigida collocata: quæ ſi non adſit, niuem vaſculo circumpones. Etenim frigidorum fontium & niuis maxima Romæ eſt vbertas, [2] quemadmodum apud nos in Pergamo. In regionibus autem calidis, qualis Aegyptus eſt, vbi maxima eſt fontium frigidorum atq; niuis penuria, ſub dio roſaceum per integram noctem exponi debet: eiq; ſemperuiui, aut portulacæ, aut lactucæ, aut pſyllij, aut polygoni ſuccum inijcere oportet: ſicuti & ſolani aliquando paululum, & pampinorum vitis, & vuarum immaturarum. [3] A papaueris verò & mandragoræ ſucco abſtinendum, quum non citra damnum refrigerent. Vitanda etiam ſunt, quæ cum refrigeratione manifeſtè adſtringunt: aut perexiguũ quid ad refrigerantia miſcendũ, ſi quando neceſſitas poſtulet. Propterea ſanè & ſolani ſuccũ aut nũquàm penitus, aut modicè certè, admiſcemus: ſic etiam & mali Punici, & mali cydonij, & meſpili.
[4] Ad hanc tamen rem malorum Punicorum acidorum ſuccus præſtantior eſt: magis enim refrigerat. Equidem aliquando cucurbitæ cremorem permiſcui omphacio. Poterit etiam quis ſimiliter ſeridis ſucco vti, necnon tum hortenſis, tum ſylueſtris lactucæ. Quin & mororum non admodum maturorum ſuccus eſt aptus ad refrigerandum. Si igitur caluus ſit æger, aut breues

1 Refrigerandi medicamenta ratio.

2 Pergamus Galeni patria.

3 Stupefacientia, & quæ vehementer adſtringunt refrigerando, vitanda in capitis doloribus eſſe.

4. Refrigerantiũ ſylua, quibus tutò vti in capitis doloribus poſſumus.

habeat capillos, vberrimè refrigerari poterit: tum per iam dicta, tum per omnia illa quæ erysipelatis auxiliantur. [1] *Qui ex frigore caput dolent, ijs facies decolor, miniméq; arefacta conspicitur: & frigidis neq; gaudent, neq; item iuuãtur. Si igitur frigiditas ipsa sit recens, solum rutaceum oleum, si calidum affundatur sincipiti, perfectè hominem liberat. Si verò vehementiori calore sit opus, euphorbium oleo indatur, & pharmaca quæcunq; constant ex pipere. Inungenda autem est facies, ac tum aures, tum nares, præcipuè irino, amaracino, & nardino vnguentis, necnõ foliatis spicatísq; vocatis.* [2] *At opobalsamum sæpe experti sumus ad nullam affectionem calore indigentem euidenter opitulari. Sampsuchinum autem, laurinũ, & serpyllinum commendo. Propinandum præterea ijs est vinum tenuium partium, & motus corporis præcipiendus, lauacráque calida, & quandoq; à rhaphano vomitus.* [3] *In capitis autem inueteratis affectibus, necessariò pilos radimus, aut præsecamus ad cutim vsq;: ac rasis quidem admouemus pharmaca emplastica: liquida verò ijs, qui breuißimè habent capillos præsectos. Ac sanè medicamenta refrigerantia, ex ijs quæ erysipelata curant, sunt transferenda: calfacientia verò, ex pharmacis calfacientibus conficienda: quorum simplicißimum est ex euphorbio compositum. Sufficit autem vnciam euphorbij vnam,*

1 Doloris capitis orti à frigore indicia, & curatio.

2 Opobalsamum ad affectiones indigentes calore, non magnopere opitulari.

3 Dolorũ capitis inueteratorũ curatio.

vnā, ad tres ceræ liquefactæ in olei libra vna, conijcere. Atque vtendum quidem adstringenti oleo, ad affectiones, quæ indigent calore, non est: sed aliquo tenuium partium, cuiusmodi Sabinum existit. [1] Quibus autē ob potionē calidiorū vinorū caput repletū vaporibus aut humoribus calidis (solent etiā hi vel absque vini potu, suapte natura ad caput attolli) dolore affligitur, iubendi ij sunt, si crudum adhuc in eis vinum permaneat, vt hausta aqua tepida vomant. Quòd si etiam post concoctionem caput doleat, refrigerantibus ac repellentibus est vtendum: quale est rosaceum per se, & cum aceto, aut hederæ & braßicæ cremore. Quin & ipsa braßicæ folia calida macerata, capitíque circumposita, ac obligata, naturaliter ebrietati resistunt. Cæterùm somni quietísq; cura in primis habenda est: vbi verò per totum diem quieuerint, ad vesperam loti, cibis boni succi nutriendi sunt, non tamen calfacientibus. Sunt autem tales ptisanæ succus, & sorbitio ex alica, & panis ex aqua, & oua sorbilia absq; garo. Admisceatur autem eis ex melle, vel ex sale condimentis aromatum præparato, quantū sit satis ad suauitatem saporis. Ex oleribus cōgruit illis lactuca, vtpote boni succi atq; refrigeratoria: necnon braßica, vt quæ vapores resiccet: sic & ex leguminibus lens. Potu verò omnino aquæ vtendum est. At quia nōnullis vētriculus

1 Dolorū capitis ab ebrietate curatio.

à frigidæ potu subuertitur, malum Punicũ ipsis superedendum est, aut solum per se, aut cum alica flaccida calida, probéq; cocta.[1] Quin & mala Cestiana appellata in vrbe Roma, citra cocturam quidem, sunt austera: post cocturam verò stomacho euadunt commoda. Coquenda autem sunt ad vaporem aquæ suspensa.[2] Abstinendũ verò à palmulis est, vt quæ ex proprietate dolorem capitis excitent. Quòd si moderatè iam habeãt, & aquam bibere nequeant, permittendus est eis potus alicuius vini diluti & aquosi, quale est in Italia Sabinum, in Asia Titacazenum. Quin & moderatè habentibus, gallorum testiculi & alæ, & saxatiles pisces, molléśq;, exhibẽdi sunt: necnon columbarum pulli. Hæc verò omnia citra garum & vinum,[3] in albis simplicibúsque coquantur iuribus, quæ ex aqua, oleo, anetho, ac modico porri constant, ad cocturæ finem salis pauxillo adiecto. Cæterùm ante cibum quidem pluribus deambulationibus est vtendum: post acceptum verò cibum, breuibus, ac lenis. Oportet tamen nec multa edisse, nec statim post cibum sumptum inambulare, sed post duas, aut tres, aut plures horas. Quòd siquando à vaporibus, aut humoribus in caput sublatis reliquiæ quædam supersint, in poris ipsis meatibúsque angustis impactæ, & ob id etiam perseueret capitis dolor, non rosaceo, sed vtendum primùm chamæmelino est

1 Cestiana mala.

2 Palmulas ex proprietate excitare dolorem capitis.

3 Albi iuris cópositio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

no est, moderatè calido, postea verò irino. In balneo verò caput calida perfundatur, non modò vt aliquid eorum quæ circa ipsum consistunt, discutiatur,[1] sed somni etiam conciliandi gratia. Quapropter secundum etiam aut tertium ad vesperam balneum apparandum est: post quod exhibendæ lactucæ ex aceto, cui pauxillum, aut omnino nihil gari additum sit, verùm aqua affusa multa, ita vt acetum exæquet, nisi acetum sit planè aquosum: quale vtique illi desyderant: quandoquidem quod acerrimum est, aliquem calorem sortitur. Post hæc verò postera die, quæ magis caput calfaciant, administranda sunt: ita vt ad irinum aliquando amaracinum vnguentum, aliquando nardinum addamus. At capitis dolor ob plagam conspicuam ortus, nihil est aliud, quàm inflammatio, quæ non ex plaga solùm aut casu, sed absque manifesta etiam causa, iuxta omnes partes fieri ob affluxum humorum consueuit.[2] Si igitur plaga vulneris aut contusionis existat causa, plures scopi erunt ad inuenienda præsidia. Vnus qui circa vulnus versatur, quod, posteaquàm fuerit cōstrictum fibulis, glutinantia & arcentia phlegmonen medicamenta postulat. Secundus, contusioni est intentus. Tertius, totus in doloribus est: qui interdum quidem in ipsis solis percussis partibus fiunt: plurimùm autem ad vicinas etiam

1 Balneum conciliat somnum.

2 Capitis dolor ob plagam ortus, quos medēdi scopos largiatur.

1 Dolor capitis ex ictu obortus, cur sæpe extendatur per vniuersum caput.

partes se extendunt.[1] Etenim pericranium, & eius cutis exterior, propriam continuámq; substantiam habent, per totum caput extensam: ob ídque sanè contingit vniuersum caput dolore affici: præsertim si ad periostion membranam, quæ cranio est adhærens, plaga ipsa penetret: cui medebimur diuidentes pericranium membranam, subditúmque illi os radentes, vtq; illic rursus concrescat caro, curantes.[2] Quòd si ob commercium illud, quod per suturas periostion habet cum duro cerebri inuolucro, etiam intra caluariam distribuatur phlegmone, non absque periculo talis dolor contingit. Contingit autem non raro, vbi quis ex sublimi cecidit, vt aliquid circa cerebrum, aut membranas eius, rumpatur: quod vbi contigit, adhuc amplius inualescit ipse capitis dolor, affectióque tota ægrè curabilis redditur, & periculum maius, magísque præceps imminet. Optimum itaque fuerit, in his, nisi ætas prohibeat, vitalísve facultas appareat debilis, curationem à venæ sectione auspicari, & conuenientibus capitis irrigationibus subinde vti, oleo dulci imbuentes lanam, capitíque illam circumponentes. Quòd si aut per ætatem, aut vires, non liceat sanguinem ipsum detrahere, deijcienda aluus per clysmum est, tum vt eius excrementa vacuentur, tum multò magis vt reuellantur humores ij, qui consueuerunt ferri ad affectas particulas.

2 Capitis dolor ex plaga, quãdo exitat periculosus.

Postea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Postea verò auxilijs vtemur ad inflammationes congruentibus. [1] *Si igitur membrana cerebri vulnerata fuerit, egregiè ipsam conglutinat (vt ait Archigenes) calaminthæ succus infusus, & farina milij arida inspersa: deinde butyrum & rosaceum, ac adeps suillus insulsus, vetúsque omnia in vnum commista, tepefactáque, & infusa. Hoc modo affectos, à vino & cibis crassioribus abstinere oportet, maximè si correpti sint febri. Etenim affectio ipsa nobis auxilia indicat: quantitatem autem singulorum, particularémque materierum differentiam, tum affecta particula, tum ægri temperamentum commonstrat, necnon vitalis facultas, deinde ætas, ambientísque nos aëris temperies, iuxta regiones annique tempora & prædominantem anni constitutionem euarians. Porrò ad phreniticos, quandoquidem omnia quæ extra caluariam circa cutem atque ipsum pericranium consistunt, immunia ab affectu sunt, rectè, mea quidem sententia, alijs pharmacis acetum miscuerunt veteres.* [2] *Siquidem ad affectiones in profundo delitescentes, pharmaca diuersa ab ijs, quæ affectibus in superficie hærentibus congruunt, debent administrari. Exoluitur nanque omnium ipsorum vis in transitu per profundum: & ob id ad propria affectioni auxilia aliquando contrariæ & nocentis facultatis pharmaca tẽperamus. Quip-*

1 Meningẽ cerebri vulneratã conglutinantia.

2 Affectiones sitæ in profundo diuersa pharmaca ab iis, quæ hærent in superficie, desyderãt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pe acetum ex se quum nec mitigandi, nec laxandi vim habeat, præter rationem miscetur auxilijs ijs, quæ ad dolentem inflammationem administrātur. [1] Quia verò per sinciput pharmacum penetrare volumus, ob id sanè aliquod eorum, quæ in profundum deducunt, miscemus, interdum quidem frigida facultate, sed tenuium partium, præditum, cuiusmodi acetum existit: interdum verò calida, quale est euphorbium. [2] Quocirca, dum crassæ membranæ cerebri nudæ instillamus rosaceum (quod fieri solet, vbi oßiculum aliquod est exemptum) solum ipsum leniter tepefactum infundimus. [3] Quum verò citra denudationem, integra existente caluaria, rosaceum cupimus vt per sinciput ab membranam cerebri penetret, acetum illi, vt ipsum perducat eò, temperamus: cuius vehemens facultas, tum per viarum transitum, tum per rosacei miscellam, exoluitur. [4] Iam verò inflammationes, quæ in capitis cute, aut etiam in pericranio consistunt, siquidem citra vehementem dolorem accidant, permodici aceti ad rosaceum mistionem iuuari possunt: lædentur autem, si & magnæ fuerint, & dolorem vehementem induxerint. Ad hæc, rosaceum cum aceto, incipientibus, in vigore verò consistentibus, rosaceum solum administramus: quemadmodum etiam in induratis, absinthium ei atque pulegium miscemus: nam

1 Acetum cur misceatur rosaceo ad phrenitidem.

2 Fracto cranio, cõmodè instillari rosaceũ tepens in crassam meningẽ.

3 Acetum quando sit rosaceo miscẽdum ad affectiones capitis.

4 Acetum rosaceo mistũ, quibus prosit, & quibus obsit inflammationibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

nam quæ absque duritie iam decrescunt inflammationes, pharmaca laxantia desyderant. Porrò ad dolores capitis, in quibus exiccare est animus, commodissimum cataplasma ex lolij farina & adipe anserino conficitur. Sciendum autem est, [1] *myrrhæ odorem plurimis etiam sanis dolorem capitis conciliare: vnde eos ipsos qui iam caput dolent, non parum offendet.* [2] *Opio autem eo tantùm tempore vti cogimur, dum præ doloris vehementia æger de vita periclitatur. Extinguit siquidem sensus, maximéque solidas partes offendit, adeò vt postea correctione sit opus.* [3] *Quum autem difficile sit, vt qui homo est, non in multis hallucinetur, quædam videlicet penitus ignorando, quædam malè iudicando, quædam negligentius scriptis tradẽdo: mirum cuiquam esse non debet, si aliquando deliquisse comperiatur Archigenes, in ijs quæ de curatione capitis doloris conscripserit.*

1 Myrrhæ odorẽ conciliare dolorem capitis.

2 Opio qñ ad capitis dolorẽ vti debeamus.

3 Hominẽ in multis hallucinari.

De capitis dolore à ventriculo exorti.

N*Onnulli* [4] *autem vel si modicus humor in eorum ventriculo colligatur, & præsertim circa os eius, statim caput dolent: atque ob id, si diutius à cibo abstineant, offenduntur. Augetur quippe esurientibus eiusmodi humorum malitia. Quum igitur huiusmodi affectus capiti proprij non sint, sed ab humorum no-*

4 Capitis doloris ob ventriculi cõsortium oborti, & indicia, & curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

xijs vaporibus à ventriculo volitantibus exoriantur, (quemadmodum etiam ob id genus succos alijs suffusorum symptomata eueniunt) capiti adhibenda remedia non sunt, sed quàm celerrimè qui in ventre contristant succi, vacuandi. Vacuantur autem in ijs qui ad vomitum sunt procliues, facilè ad aquæ potu: ægrè verò vomentibus, difficilius. His igitur conabimur quamprimùm cibum boni succi, ac ventriculo commodum exhibere, si res ita ferat, à balneo: si non, ante balneum tantum cibi offeremus, vt non lædantur inde postea lauantes. A cœna autem modicum absinthij in potu dabimus: postridie verò, in posterúmque, similem victus rationem illis instituemus, donec exactissimè concoquant. Quo tempore iam licebit illis modicum panis præbere circa tertiam aut quartam horam, aut citius, aut tardius, sic tamen, vt satis amplum spatium ad consuetam balnei horam intersit. Quòd si qui panem absq; obsonio edere nequeant, his oliuas, aut palmulas, aut vuas, aut tale quippiam addemus, iuxta naturæ cuiusque proprietatem. [1] *Cæterùm ad prauorum in ventre colligendam succorum copiam, plurimùm conducit tum imbecillitas concoctricis potentiæ, tum oris ventriculi infirmitas: quemadmodum etiam ad capitis hinc dolores gignendos, tum facilitas sensus, tum caput ad eiusmodi humorum vapores*

1 Vitiosis succis in vētriculo colligendis, quæ conferant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

res suscipiendos promptum: sicuti etiam & in nonnullis oculi.[1] *Qui igitur propter acres humores caput dolent, mordacem dolorem, non tensiuum, percipiunt: at fames in tensionibus commoda est: contraria autem ijs, qui mordaces humores collegerunt in ore ventriculi. Quum itaque hic mordax humor fuerit amarus, pallida & flaua bilis vocatur: quæ ob leuitatem insitam sursum fertur ad os ventriculi: quum verò pituitosus, aut acidus, aut salsus fuerit, magis in totius ventris spatio continetur: ac fuerit sanè optimum, si in fundo ventris is contineatur. Omnium autem est pessima constitutio, dum vitiosi humores in ventris tunicis ineluibiliter sunt defixi, & imbibiti: quibus educendis optimum remedium est hiera picra, cuius talis sit cōpositio.*[2] *Aloës drachm. 100. cinnamomi spicæ nardi, xylobalsami, Chiæ mastiches, asari, & croci, singul. drach. 6. Præstantius autem est pharmacum, vbi minus de aloë additur, minúsque etiam ex croco: quandoquidem nonnulli ex vsu ipsius oblæduntur capite:*[3] *id quod sæpe ex solo eius odore perpetimur. Quare optima erit ea cōpositio, quæ aloës drachm. 90. croci quinas receperit: qua sanè ipse vtor. Præstat etiam pro asaro carpesium conijcere. Propinatur ad summum ex pharmaco drachma vna cum aquæ calidæ cyathis tribus: minimùm verò dimi-*

dium

1 Famem aduersari iis, qui mordaces humores collegerũt in ore ventriculi.

2 Hieræ picræ, optimi medicaminis ad expurgandos humores tunicis ventriculi infixos, descriptio.

3 Croci odorem ferire caput.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Hiera picra quibus congruat affectibus.

2 Dolor vnde exoriatur.

3 Continuitatem quæ soluant.

4 Phlegmone fit à sanguine.

5 Erysipelas oritur à flaua bile.

6 Tumores compositi.

dium eius præbetur. [1] *Confert autem hoc pharmacum ijs, qui suffusorum afficiuntur symptomatis, & mulieribus quæ non pro dignitate purgantur. Quemadmodum autem in ventris & intestinorum regionibus ob caloris quidem inopiam, interdum ex cibo ac potu vapor flatulentus producitur: propter imbecillitatem verò facultatis compræhensiuæ, adeò inflantur atque replentur ea organa, vt ipsius quidem repletionis ratione tendantur, ob tensionem autem impensè doleant: sic etiam in partibus quæ ad caput pertinent, possunt hæc eadem contingere.* [2] *Etenim ob dissolutionem continuitatis partium dissimilarium, dolor oritur.* [3] *Dissoluunt autem ipsam, erodentia, dissecantia, distendentia, vehementer calfacientia, atque refrigerantia. Si igitur erosionis, aut punctionis sensum percipiant ægri, acredo vel humorum, vel flatus, causa putanda est. Si verò citra morsum tendantur, tensio ipsa vel ab spiritu flatulento, vel ab humoris colluuie, oboritur: quo in genere phlegmone erysipelásque consistit:* [4] *phlegmone quidem, vbi plurimum sanguinis affectam particulam occupat:* [5] *erysipelas verò, vbi biliosus fuerit is humor.* [6] *Quòd si ab vtrisque redundantibus aliqua pars repleatur, aut inflammatio erysipelatosa, aut erysipelas inflammatum talis*

affect

affectio erit. [1] *Maximè itaque artis curandi coniectura in affectionum cognitione consistit: quæ vbi inuentæ fuerint, curationem non coniecturaliter, sed scientificè indicant: cum hoc quòd etiam cognoscere datur, quàm ægrè aliquæ affectiones medelis cedant: in quibus vt vtamur semper remedijs ab indicatione profectis, rationi est cōsonum, tametsi nihil iuuare in principio videantur.* [2] *Aliquando enim adeò vehementer in angustijs meatuum flatus vaporosus, atq; eo adhuc magis viscidus craßúsve humor impingitur, vt multo tempore ad curationem sit opus. Ac sanè quæ sic infarcta sunt, attenuare oportet, dilataréque meatus, per quos excernantur, habita simul prouidentia, ne quid aliud amplius influat, vtq; pars affecta corroboretur, ne ipsa etiam flatulentum gignat spiritum. Qui igitur primi ad eiusmodi affectiones pharmaca composuerunt, meritò habuerunt opus materia varia: siquidem influentem substantiam, siue humor, siue vapor ea sit, repellere necessarium existit:* [3] *impactam verò concoquere, & attenuare, eandémque ipsam discutere: ac nihilo minus, imò longè magis, affectæ parti robur inducere, ne videlicet quod influit, suscipiat, vtq; attenuatū excernat, impactúmq; concoquat, atque subtilius reddat. Ergo in proposita dispositione, si dolorificus calor vnà cum spiritu flatulento præpolleat, in principio quid*

1 Coniectura artis medicæ, in affectuum cognitione consistit.

2 Præsidia optima cur sæpe in principiis nihil iuuare videantur.

3 Impacta esse coquēda, attenuādа, discutiēdáq;.

quidem repulsoria curatione est vtendum, quæ ex facultate refrigerante constat. Quod vbi factum moderatè est, ex mitigatorijs & concoctorijs quippiam ad repulsoria miscere oportet: dein discussoria addenda ita, vt paulatim repulsoria detrahamus, donec pharmacum ipsum plurimum quidem digerens attenuatoriúmque reddatur, minus autem concoctorium & mitigatorium, minimum verò repulsorium. Portulaca igitur refrigerantis & aquosæ substantiæ est: minus ea polygonum: in solano tantum crassæ & terreæ est admistum, quantum adstrictionis. [1] *Acetum repulsoriam simul & attenuatoriam, imò & discussoriam facultatem sortitur,* [2] *vtpote quod secundum temperiem frigiditate quadam tenuium partium præpolleat, non secus quàm exquisitè serenus Boreas.* [3] *Rosaceum porrò repulsoriæ, concoctricis, mitigatricis, ac denique discussoriæ facultatis est particeps. Vt ergo sermonem iam habitum repetam,* [4] *neque in biliosis causis iniungenda est inedia:* [5] *neque vtendum venæ sectione, si puer aut senex sit æger, aut virium imbecillitas adsit.* [6] *Licebit autem vti validis clysmis, quòd maximè hi poßint reuellere à capite, vacuaréq; non modò quæ circa ventrem & mesenterium consistunt, sed etiam quæ in simis hepatis hærẽt.* [7] *Commendat autẽ Archigenes irrigationes ex ruta, oleo & aceto intrita, ad dolores*

1 Aceti facultas.
2 Boreę frigiditatem esse tenuiũ partium.
3 Rosacei facultas.
4 Inedia nõ esse vtẽdum in causis biliosis.
5 Vena in quibus nõ sit secãda.
6 Clysmos fortes validè reuellere à capite.
7 Capitis dolentis remedia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dolores capitis, sicuti & succum baccarum lauri cum aceto, & ruta. Sciendum verò est, aridam rutam esse multò acriorem, & calidiorem viridi. [1] Qui caput ob humorem biliosum dolent, ijs signa similia sunt eis, quæ ab ardore proficiscuntur. Accedit his maior morsus, & faciei pallor, & nonnunquam oris amaritudo.

1 Capitis doloris à bile orti indicia, & curatio.

Aetatis autem vigori, & temperaturis calidioribus, & vitæ solicitæ, & ijs qui flauam bilem accumulant, hæc affectio præcipuè contingere solet. Itaque balnea temperata, & vnctiones, & potus dilutus, eis exhibēda sunt, omnísq; victus ratio tum *humidior, tum boni succi, constituenda. [2] Euacuandus item biliosus humor per absinthij cremorē est, aut per aloen, & per ipsam picram antidotum per se datam, aut modico scāmonij adiecto: vel per catapotia ex aleē confecta. Illinēda frons pastillo croceo, aut appellato Trigono, aut aliquo alio his simili.

2 Bilis quibus medicamentis purganda.

Si cum vniuerso corpore caput consortij lege afficiatur, prospiciendum illi est. Igitur si plenitudo humorum, ac maximè circa venas constiterit, tundemus venam. Si verò magis qualitas inualuerit, vtemur purganti pharmaco. Si caput vni tantùm parti condoleat, vt hepati, vētri, aut ipsius ori, illis in primis opitulabimur: nempe calida in ipsis præpollente intemperie, panem ex diluto vino exhibentes, sorbitionésque ex alica: ac foris etiam vtentes irrigationibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quæ tum refrigerent. tum firmitudinem addãt. At si ob viscidos & crassos in ventriculo contentos humores caput quis doleat, etiam hos exturbabimus, acetum mulsum in potu præbẽdo. Ex hyssopo etiam origanóq; potionibus, & quæ his adhuc valẽtiores sunt, magísq; incidendi vi praditæ, vtemur: necnon à radiculis vomitu, irrigationibúsque & cataplasmatis calidioribus.

1 Capitis dolorum cum febri ab initio affligẽtiũ, curatio.

[1] *In doloribus autẽ capitis, qui ab initio inuaserunt cum febribus, vena secanda est, post primam aut secundam remißionem, nisi quid impediat, & præsertim in corporibus benæ habitudinis, & multo sanguine redundantibus.*

2 Cucurbitulæ quando affigendæ occipiti.

[2] *Quòd si serius post septimam diem dolor ipse præhenderit, aluo prius abundè per clysterem soluta, cucurbitulæ ad occiput aut ceruicẽ sunt affigendæ: capútque irrigationibus ex oleo fouendum, rosaceo quidem, & cum modico aceto, in calidioribus, ex tempore æstiuo: chamæmelino verò, in frigidioribus habitudinibus, ac hyeme, quinta parte aceti illi adiecta. Illinenda frons in frigidioribus quidẽ est ex cyphi, ex crocomagmate autem in calidioribus.*

3 Capitis in omni dolore quę sint vitanda.

[3] *Porrò vitanda sunt in omnibus capitis affectionibus ea quæ subduntur: nempe vitici semen, absinthij succus, lac in potu, glandes quernæ in cibo, oliuæ nigræ, arbuti fructus, eruum, quod etiam exoluit articulos: amplius autem offendũt myrrha, thus, hederæ cacumina.*

4 Crocus perturbat mentem.

[4] *Mentem etiam*

pert

perturbant lentisci fructus: crocus, peucedanum, cyclaminus sicca cum vino epota.[1] *Styrax modicus quidem potatus, tristitiam vultus discutit: multus verò, somnos turbulentos conciliat.*

1 Styracis facultas.

De cephalæa.

Cephalæa,[2] *inueteratus & ægrè cedens capitis dolor vocatur, qui ex leui occasione maximas exacerbationes habet, adeò vt neque strepitum, neque voces vehementiores, neque lumen splendens, neque vini potum, neque odoramenta caput replentia, ægri perferre possint, neque item motum: sed in quiete & tenebris decumbere ob doloris magnitudinem velint. Etenim tanquam à malleo percuti sibi videntur. Sunt qui veluti contundi ac distendi sibi ea quæ circa caput sunt, sentiunt: non paucis verò vsque ad oculorum radices ipse dolor progreditur. Habet autem hæc affectio aliquando quidem continuos dolores, aliquando verò exacerbationes, & interualla. Manifestum igitur est, hanc affectionem consimilem aptitudinem capitis, vt olædatur facilè, habere, quemadmodũ in cephalalgia.*[3] *Verùm ad maiorẽ imbecillitatem deuenerũt in hac affectæ particulæ capitis.*[4] *Ac sanè quibusdam ex sic affectis, cerebri inuolucra dolitãt: quibusdã pericraniũ dũtaxat. Dolores igitur cũ grauitate, multitudinẽ humorũ significãt: cũ mordacitate verò, aut humorũ*

2 Cephalææ descriptio.

3 Cephalæa magis deiicit facultatem, quàm cephalalgia.

4 Cephalææ varia symptomata à diuersis causis producta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

aut vaporum acredinem: vt cum pulsu, obortam inflammationem: at cum tensione, si quidē citra grauitatem & pulsum accidat, spiritus tenuis ac flatulenti multitudinem indicant: cum pulsu verò, membranosi corporis inflammationem: at si cum grauitate distentio accidat, humorum multitudinem intra membranas cōtentam arguit. Rursus, dolores quidem in superficie hærentes, pericranij affectionem significant: qui verò in profundo sunt, cerebri inuolucrorū.

1 Dolor capitis intra caluariam situs, cur extēdatur ad oculorū vsque radices.

[1] *Quibuscunque autem affectio intra caluariam est, ijs vsq; ad oculorum radices dolor extenditur, propterea quòd oculorum tunicæ ex cerebri inuolucris suam ducunt originem. Si verò putrefactus humor calidior fiat, cum febri capitis dolor inuadit. Febricitant autem omnino, & qui dolent propter inflammationem. Si igitur totius corporis plenitudo sit in causa doloris, sanabis ipsum, corpore vniuerso vacuato. Si verò imbecillum existens caput sublatos ad se humores ac vapores susceptet, materiam reuellere oportet in totum corpus, atq; ita mederi particulæ.*

2 Reuellēdi à capite modi diuersi.

3 Venā reseratam in naribus, cōferre ad dolorē capitis.

[2] *Reuellemus itaque & clysmis, & vinculis extremorum, & pluribus infernarum partium frictionibus, interdum etiam sanguinis ex cubito detractione.* [3] *Quòd si amplius redūdare sanguis videatur, etiam reserata in naribus vena, & sanguine, quantum par sit, vacuato. Dein hieram dabimus exacutā: posteáq; apo-*

phle

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

phlegmatiſmis elicientibus pituitam, [1] *& medicamentis quæ naribus inſeruntur, vtemur, qualia ſunt quæ ex elaterio, & cyclamino cum lacte & porro apparãtur. Caput autem curabis, quando quidem reuulſorijs vti oportet, per repulſorias irrigationes.* [2] *Cæterùm poſt totius corporis euacuationem vtêris caput vacuantibus: dein ijs quæ firmitudinẽ addant.* [3] *Repellit igitur immaturum oleum, roſaceúmq; per ſe, & cum aceto, & ex papaueris capitulis, & oleæ teneris germinibus, & hederæ cacuminibus, & mẽtha viridi præparatum. Applicentur autem remedia tepida quidẽ, vbi frigidior & crudior multitudo humorum extiterit, frigida verò, vbi calidior, bilioſiórq;.* [4] *Digerit autẽ oleũ dulciſſimum calidũ, & magis inueteratũ, itémq; Sicyonium. Si verò craſſior ſit copia humorum, ſpondylium, aut ſerpyllum, aut pulegij comam, aut calaminthen, aut mentham oleo incoquẽs, multitudinem euacuabis. Eadem hæc parti etiã firmitudinem addũt: quapropter vſq; ad perfectam curationem ipſis vtendũ eſt.* [5] *Omnium porrò longè maximè diſcutit, & perfectè corroborat verbenaca recta, oleo incocta. Conijcienda etiam ad eam crocodiliadis, præſertim iuxta aquas naſcentis, radix.* [6] *Maximè etiam conferunt ſub hydrijs aſelli naſcentes, ſi oleo incoquãtur. Aduerte autẽ,* [7] *capitum papaueris vſum, tempeſtiuum eſſe incipiente affectione: nocere*

1 Errhina.
2 Caput eſſe vacuandum poſt totius corporis vacuationẽ.
3 Repellẽtia.
4 Digerentia.
5 Verbenacæ rectæ facultas.
6 Aſelli.
7 Papaueris capitibus quãdo ſit nobis vtendum.

autem, si ijs in dolore inueterato vtātur. Iuuāt verò non instrenuè fomenta tum ex semine lini & rosaceo, tum etiā confecta ex milio:[1] *nam quæ ex sale fiunt, ob grauitatem capiti negotium facessunt. Archigenes inter cataplasmata varia, viticis semen, perseæ viridis folia, & myrrham æquis portionibus mista, exceptáque Aegyptio vnguento fronti admouere præcipit.*[2] *Cæterùm in sola Alexandria ipse Persicā arborem vidi: cuius fructum in persis quidē letalem esse, in Aegypto autem innocuū, sunt qui contendant. Porrò sanguinis à locis affectis detractiones conuenire in affectibus inueteratis, non Archigenes modò, sed omnes ferè Medici confitentur.*[3] *Verùm cucurbitæ occipiti affixæ, ex reuulsorijs auxilijs sunt, quum humores ad oculos, aut ad anteriorem capitis partem ferri consuetos, auertere properamus. Iubet autem Archigenes, vt sternutatorijs quatiamus caput,*[4] *fasciolâque circumposita collo, spiritus cohibitionem moliamur. Iam verò ad affectiones frigidas inueteratas, equidem medicamenta ex thapsia & sinapi soleo adhibere: minimè autem ad calidas. At chamæmeli (quam anthemidem vocant) florem quidem olfactu auxiliari dolenti capiti, ait Archigenes, folia autem nocere.*[5] *Sternutatorium ab Asclepiade scriptum: Veratri albi, rad. cucumeris syluestris, struthij, sing. partes 2. castorij, acori, nitri rubei,*

1 Sal est ad capitis fomenta ineptum.

2 Perseæ fructū in Persis letalē esse, in Aegypto autē innocuum.

3 Cucurbitulis in affectibus capitis quando vtendū.

4 Cohibitio spiritus.

5 Sternutatorium ab Asclepiade scriptū.

bei,euphorbij,cumini Aethiopici, sing.partem vnam.trita insufflato.[1] *Medicamen ab eodem traditum,quod mansum caput purgat. Piperis albi,origani staphidis syluestris, casiæ, singu. drachmas 2.excipiantur passularum exacinatarum,aut caricarum carne,& mãdenda exhibeantur. Cæterùm non statim à principio efficacissima adhibere conuenit, sed à debilioribus auspicari. Porrò fortia pharmaca,quibus ad mouenda sternutamenta vtimur,mitigatoriorum admistione lenita, moderata fiunt.*[2] *Ob id quædam ipsorum muliebri lacte recenti & aqua diluo:post hoc,oleo dulci: dein betæ succo: & anagallidis,quæ florem cæruleum habet,itidem succo,atque ita sensim in vsu eorum progredior,donec postremùm etiam per opobalsamum talia dissoluo. Ego autem melanthium soleo infundere naribus,aliquando quidem aceto acri præmaceratum,aliquando oleo veteri intritũ.* [3] *Interim verò dum æger errhinis vtitur, habeat os aqua plenum.*

1 Apophlegmatism⁹ Asclepiadis.

2 Errhina quibus leniri debeãt liquorib⁹.

3 Os aqua replendum esse, dum quis errhinis vtitur.

De hemicrania.

H*Emicrania*[4] *verò affectio dolorifica est, dimidiam tantùm capitis partem infestans: interdum quidem dextram,interdũ autẽ sinistram,quæ sutura extensa secundũ illius longitudinem,terminatur. Vt plurimùm autẽ per circuitus exacerbatur,influxu vaporũ,aut humorum causam dolori suggerẽte. Quidã igitur*

8 Hemicraniæ descriptio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ipsorum circa temporum musculos vehementer dolitāt: quidam dolorem longè vlterius progredientem habent. Sunt qui adeò vehemēter cruciientur, vt ne manus quidem contactum faciliè ferant: in quibus palàm est, pericraniū affectum esse, neq; eius cutem omnino immunē ab

1 Hemicraniæ causæ. affectione existere.[1] Rationi igitur consentaneum est, vaporum, aut humorū, aut vtrorūq; influxum, aut à cerebro & illius inuolucris, aut

2 Hemicraniæ curatio. ab vniuerso corpore illuc transmitti.[2] Quapropter vbi quis hemicraniam curare aggreditur, prius quali purgatione, aut venæ sectione æger indigeat, cōsyderet: atque ita deinde ad capitis auxilia progrediendo, tū per digitos suæ manus, tum per lintheū, dimidiam frontis partem, & eā maximè quæ circa temporis musculum est, confricando excalfaciat: id quod ante exacerbationis tempus faciundum est. Post exacerbationem verò, pharmacis hemicranicis dictis vtendum: si quidem multa caliditas in doloribus percipiatur, ijs quæ refrigerans quippiā habent: citra verò hanc, eis quæ* sufficiēter excalfaciunt. Vtrisque tamen aliquid ex ijs quæ robur & firmitudinem addūt, misceatur, quod adstringentem videlicet facultatem sortiatur.

2 Hemicraniis inueteratis remedium. [3] Porrò ex meis præceptoribus quidā ad hemicranias inueteratas vtebatur piperis albi, & crocomagmatis, singulorum drachmis duabus, mistis cū euphorbij drachma dimidia. Quum

autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

autem citò facultas euphorbij exoluatur, in huiuscemodi sanè medicamentis non est vtendū veteri. [1] *Est autem candidius, quod recens est: nam quod inueteratum existit, flauiorem aut pallidiorem sibi colorem contrahit. Similiter etiam & stercoris columbarum turricolarum, sibiq; victum quærentium & atramenti scriptorij, licebit addere vtriusque dimidiā drachmam, ex ipsisq; omnibus aceto acerrimo dilutis, conficere medicamen hemicraniæ sanandæ idoneum.* [2] *Ad hanc autē rem, Pergamenum nostrum atramentum multò est præstantius.*

3 Euphorbiū recens quidē, esse candidius: pallidius autem inueteratū.

1 Pergam⁹ patria Galeni.

Aliud pharmacum ad hemicraniam, & omnem inueteratam capitis affectionē summè vtile:

Croci drach. 15. chalcanthi drachmas 10. aluminis scißilis, drachm. 13. myrrhæ, opij, omphacij, sing. drac. 3. gummi, drach. 15. omnibus tritis vinum Falernum adijce, & rursus tanquam collyrium tere, deindéque in pastillos redige. Postea verò ex posca dilutis vtere. Sæpe simpliciter euphorbij illitione, misti cum oleo & cera, sum vsus. Sufficit autē ad libram olei cuiuspiam tenuis, ceræ quadrātem inijcere, & euphorbij vnciam vnam: [3] *quo quidem medicamine vtendum in ea tantùm hemicrania est, quæ à frigidis causis oritur. Iuuat etiam hos si oleum tepidum instilletur in aurem, euphorbij vncia cum libra olei prius temperata.*

2 Hemicraniæ frigidæ quæ opitulētur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI de compositione medicamentorum secundum loca,

LIBER III.

De affectibus aurium.

1 Dolores auriū quæ causæ excitare possint.



VRIVM [1] *dolores nonnulli quidem fiunt ex frigiditate, nonnulli ob inflammationem, vel cutis meatum auris ambiētis vel etiā nerui auditorij. Qua verò ratione inflammatio ipsa partes inflammatas distendens dolorem excitat, eadem flatulētus spiritus, transitum non habens, dolore cruciat. Consimilis etiam fit dolor à serosis humoribus*in toto corpore genitis, ei qui ex mordacium humorum forinsecus aduenientium illapsu contingit.*

2 Doloris auriū à frigiditate orti remedia.

[2] *Dolores igitur à sola ortos frigiditate, calfacientia quàm celerrimè curant. In quem vsum solent nonnulli rustici exenteratas cæpas oleo replere, & in feruenti cinere modicè calfacere, atq; ita auribus ipsum infundere. Alij non cæpas modò, sed alliū etiā oleo frigētes, postea ipsum instillant auribus. Ego verò euphorbio omnino modico, ad multum vetus oleum admisto vtor, veluti etiā pipere exquisitißimè trito.*

Prodest

Prodest etiam amaracinum oleum ipsis infundi, & optimam nardũ. Quòd si aliquod oleum tenuium partium, in quo rutam præcoxeris, auri infundas, magnopere iuueris. Magnificè autem eos mitigat oui cãdidum, quo etiam ad lippitudines vtimur: itémq; lac muliebre. Plurimũ iuuantur item ex adipe anserino, vulpinóq;: infundi tamen omnia debent mediocriter calida. [1] At si inflammatio adsit, nardinũ vnguentũ, cum pharmaco appellato Basilico cõmodissimè infunditur. [2] Porrò medicamẽ Basilicõ, alio nomine dicitur tetrapharmacũ. Est etiam & Commagenum perutile, & ex adipibus pharmacũ. Cogente verò dolore, necessum est etiam ijs quæ sensum stupefaciant, vti. [3] Miscetur autẽ opium muliebri lacti, & oui candido, quæ ipsa per se sæpe aurium inflammationibus contulerunt. Miscetur etiam & castorio opium: verùm multo ante vsum tempore præparatum id esse oportet: & miscetur quidem, in vehementissimis doloribus, pari: in minoribus autem, duplo. [4] Liquor quo hæc diluẽtur, fit sapa ex musto: multò nanq; magis hæc, quàm dulcia vina, dolorem sedat. [5] Verùm ego nullum pharmacum dolore vexatis infundo, neque etiam per lanam instillo, nimirũ experientia edoctus, quòd præstet neq; omnino contingere doloris tempore auditorium meatum. At remisso dolore, per auriculare specillum, obuolutum lana mollissima, partem dolen

1 Aurium inflammatarum curatio.

2 Basilicon pharmacũ. Tetrapharmacum.

3 Opium quibus misceri debeat ad inflãmatas aures.

4 Sapa ex musto dolorẽ sedat.

5 Dolore affligente, præstat omnino nõ tangere auditorium meatum.

dolentem foueo: pharmacúmque injicio modicè tepefactum in aurifusorio specillo: postea verò forinsecus tum orificio auditorij meatus, tum vniuersæ auri, mollem lanam impono. Iam quæ ex fomentis crassa & spissa fuerint, cuiusmodi sunt spicata & foliata vnguenta, diluenda sunt vnguento nardino: vel (si æstas sit, & caloris sensus ægrum in aure inflammata infestet) rosaceo, vel amygdalino. [1] *Conficitur bonum rosaceum ex oleo immaturo, salísque experte, in quo plurimæ rosæ sint maceratæ.*

1 Rosacei optimi cōpositio.

[2] *Si verò flatulentum spiritum, aut humorem crassum & viscidum, qui transitum non habeat, inclusum esse conieceris, etiam ex pharmacis liberantibus ab obstructione quippiam admisce. Porrò frigiditate antegressa, spiritus flatulentus colligitur: grauitate verò capitis, cibísque pituitosis & mali succi, frigidi & craßi humores: quibus si accedat frigiditas, dolores cōtingunt. In his igitur spuma nitri, & nitrum ipsum molle, eiusmodiq; aphrolitrum, & oleum amygdalinum, rationabiliter in pharmaca auricularia miscentur. Ex hoc genere est vtrunque veratrum, & struthium, & amygdalæ amaræ,* [3] *& ex tribus aristolochijs, quæcunque fuerit ad manum, & iris Illyrica. Injcies autem & cinnamomum si habueris, aut, si id non habeatur,* [4] *casiam, tum eam quæ Zigir, tum quæ Motos vocatur: ac præterea carpesium.*

2 Doloris aurium à flatulento spiritu, aut à crassis humoribus excitati, curatio.

3 Aristolochia triplex.

4 Casia duplex.

[1] *Aurium etiam meatus ab obstructione liberāt, quæ lapides in renibus atterunt: atq; omnia breuiter, quæ tenuium partium substantiam absque mordacitate sortiuntur. Ex quorum numero est etiam cucumeris syluestris radix, itémque bryoniæ, & ari, & dracunculi, & centaureæ, & polij, & omnino amarorum omnium.* [2] *Rursus, moderatæ auriū inflammationes, & non pulsatiles, rosaceo & aceto simul temperatis, tepefactísq;, atq; infusis curātur. Glaucium etiam ex aceto in cote medica tritum, doloribus à modica inflāmatione ortis opitulatur.* [3] *Præstat autem pastillum ex glaucio, multæ sanè vtilitatis pharmacum, prius præparatum habere: qui fit ex glaucio probè cum aqua pluuiali trito, deínq; in pastillum coacto, exiccatóq;. Licebit verò decimamquintam gummi ad glaucium portionem addere, vt melius compingi in pastillum possit. Quin & collyria ex glaucio eodem modo cum aceto trita, eis prosunt, auribus instillata: atque his nihil minus collyria ex croco.* [4] *Vlcera aurium recentia, tum glaucium solum cum aceto tritum curat, tum collyria ex eo omnia, & collyria ex croco & ex rosis confecta: quemadmodum etiam quod Nili dicitur. Curat item ea Damocratis collyriū ex myrrha.* [5] *Quæ verò pure manant citra dolorē, atq; id moderatè patiuntur, ijsdem medicamentis curantur. At quæ fortiter affliguntur, per*

eiusm

1 Aurium meatus obstructos quæ reserent.

2 Aurium moderatæ inflammationes rosaceo & aceto simul tēperatis curantur.

3 Pastilli ex glaucio, ad inflammatas aures.

4 Aurium vlceratarū remedia.

5 Aurium purulentarū curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

eiusmodi, qualis est pastillus Andronis, & qui ad Musam refertur, sapa modicóq; aceto dilutus. Quòd si hæc ab ipso morbo vincantur, scoria ferri ad plurimos dies in sole ex acerrimo aceto contrita, læuigatáq;, est intrepidè vtẽdum. [1] Huiuscemodi etiã vlcera pastillo meo ex charta combusta ipse aliquando curaui. [2] Porrò per papaueris succum mitigantur aurium dolores: haud item affectiones iuuantur: nisi fortè ex accidenti quis eas iuuari dixerit, quòd nimirum sedato dolore, atque inde somno sequuto, natura ipsa affectus dolorem gignentes concoquat. Per aurium autem inflammationes, gallinaceus atque anserinus adeps, si quidem euacuatum corpus inuenerint, & humorem, qui inflammationem excitat, non amplius influentem, dolorem leniunt, affectioníq; auxiliantur. Si verò humore adhuc fluente adhibeantur, affectioni quidem nihil opitulantur: leniunt tamen doloris symptoma: vt si ob humorum acredinem aliquis morsus contingat. At pharmaca ex papaueris succo, omnia sensum stupefaciunt: [3] & ob id sanè tunc solùm illis cogimur vti, vbi nullum aliud mitigatiuum doloris contulit. Miscetur autem castorium papaueris succo, vt vehementem eius frigiditatem retundat: quo nomine etiam meconium ipsum, & quidem rectè, nonnulli torrent: quanquam satius mihi videtur vti illo minimè torrefacto, inueterato tamen, & cum

1 Pastillus ex charta combusta.

2 Papaueris succus aurium dolores mitigat affectionẽ autem nõ sanat, nisi ex accidenti quodam.

3 Stupefacientibus quando cogamur vti medicamẽtis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

& cum castorio permisto. Porrò galbanum susino vnguento dilutum, melliq; & rosaceo commistum, discutit citra molestiam auriũ inflammationes, in quas nihil fluit iam amplius, doloribúsque à frigore opitulatur.

Ad vehementes aurium dolores medicamen ab Andromacho scriptum.

Castorij drach. 2. succi papau. drach. 4. opopanacis drach. 2. spumæ lycij drach. 1. passo excipito, & tepefactis vtitor.

Aliud eiusdem ad purulentas aurium & veteres affectiones.

Fabæ Aegyptiæ internæ amaræ, aluminis scißi, piperis albi, spumæ nitri, croci, opij, malicorij, myrrhæ, thuris, nardi, sing. drach. 2. castorij drach. 1. aceti & mellis, quod sit satis. Conficito.

Aliud eiusdem, ad dolores flatulentos, & aurium sonitum congruens.

Nitri, myrrhæ, sing. drach. 1. rosacei cyathũ 1. aceti tantundem: simul tritis vtitor.

Aliud ad aurium sonitus.

Veratri albi drach. 1. castorij obolum. 1. spumæ nitri sesquiobolum: tritis cum aceto optime vtere.

Aliud ad purulentas aures.

Alumen scissum vstum, & myrrham cum melle terito, & prælotæ auriculæ pharmacum lana exceptum imponito.

Auri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Auricularis compositio probata, ex Apollonij libris.

Myrrhæ, thuris sing. drach. 2. nucum amararum drach. 1. spumæ nitri drach. 2. aluminis scissilis, malicorij, sing. drach. 1. spicæ nardi dra. 2. aloës drachm. 3. vini mulsi veteris cyathos 3. Arida trita vino mulso admisceto, & cocta in stanneo vase reponito, ac tepido vtitor.

1 Auriũ excrescenti vlceri remedium.

[1] Ad carnem excrescentem in auditorio meatu, quo vsus est Heraclides Tarentinus.

Aeruginis rasæ drach. 8. squamæ æris drac. 4. mellis heminæ dimidium. Arida trita, ac melle excepta, donec rubesiant, coquito: & ablatis vtitor.

2 Aurium sanguinẽ effundentium, remedia.

[2] Aliud ad sanguinis ex auribus eruptiones, Heraclidæ Tarentini.

Marrubij succum exprimito, & aceto dilutum infundito.

Aut mali Punici in aceto cocti succum exprimito, infunditóque. Aut polygoni succum cum modico aceto.

3 Aurium vermes exterminantia.

[3] Ad vermes innatos auribus.

Veratrum album cum melle immitte, aut aridum insuffla: aut rubi succum infunde.

De sonitu aurium.

4 Sonituũ in auribus causæ.

EX sonitibus [4] aurium alij quidem spiritus flatulenti sunt soboles: alij verò ob exquisitam sensus audiẽdi subtilitatem fiunt: quemad-

modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

modum etiam in oculis oriri solent suffusorum imagines, ob vapores exhalantes ab ore ventriculi. Cæterùm neutrius affectionis exacta cognitio haberi in principio potest. [1] *Porrò si in febribus sonitus fiant, minimè interturbandi sunt: vt plurimum nanque statim sedantur. Si verò ob flatulentum spiritum, cui non pateat exitus, sonitum fieri suspicatus quis fuerit, & ob hanc rem dissecantibus, attenuatorijs, ac discussorijs admotis pharmacis, nihil contulerit: simúlque apophlegmatismis vsus sit, & vniuerso prospexerit capiti: huic meritò in hanc suspicionem inclinatus animus erit, videlicet sensus audiendi exquisitam facilitatem, causam eius rumoris existere: præsertim si acuto audiendi sensu præditus esse æger appareat.* [2] *In talibus igitur, ex sensum stupefacientibus quippiam soleo admiscere: cuiusmodi est mandragoræ, & papaueris succus.*

1 Sonitus auriũ per febres non esse compescendos.

2 Sonituũ auris ob exquisitã sentiendi facilitaté ortorum, curatio per stupefaciẽtia.

Ad sonitum remedia ab Archigene prodita.

IN [3] *sonitibus repentinis acetum cum rosaceo instilla. Aut cuminum, & oleum, crassitudine mellis. Aut radicis syluestris cucumeris succum. Si verò protrahatur, omnibus amaris, acribus, attenuatorijs, & discussorijs, quibus vtimur ad dolorem ex crassis humoribus ortum, vtaris, singulis in aceto coctis, admistóque melle. Aut reclinato ægro, & nitro trito in au-*

3 Sonitui autium remedia varia ab Archigene prodita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rem insperso, acre acetum infunde tepidum, ac postquam feruere desierit, exterge lana, & nucum amararum succum infunde, lanáque obtura. Cæterùm quibus ob maximam ad audiendum facilitatem, id genus sonitus fiunt, castorium & cicutæ semen cum aceto trita instilla.

Ad auditus grauitatem.

IN surdastris, qui exiguas quidē voces omnino non audiūt, magnas autem vix percipiūt, hoc ipsum symptoma valde suspectum habere oportet. Paulatim nanque temporis progressu augescēs, perfectam surditatem inducit. [1] *Quapropter per hieram purgandi sunt, & per catapotia ex colocynthide: pituitáq; eis per apophlegmatismos detrahenda, & caput resiccandum est, eiq; vt robur addatur, omni studio curandum. Vtendum etiā attenuatoria victus ratione. At in ipsam aurem pharmaca iniÿcienda sunt, quæ crassos viscidósq; humores comminuant, & dissecent. Cuiusmodi existunt hæc, quæ Apollonius prodidit: Caparum succo, & resina oleo dilutis, vtitor. Aut oleo nucum & resina mistis pariter vtitor. Vel adipem anserinum, & fel bubulum, ac laurinum, ex æquo mista instillato. Porrò surdastri præsidÿs habent opus contrarÿs ÿs qui aurium doloribus infestantur. Quippe in doloribus affectæ partes exquisitam quietem desyderant: surdastri verò vehementem motum postulant, transmutationémq; in* contra

1 Auditus grauitatis curatio.

contrariam ei, quæ iam adest, dispositionem.

[1] Fomenta ad aurium dolorem, ab Apollonio scripta.

1 Aurium dolorũ fomenta.

Fomentis porrò vtendum est per spongias aqua calida imbutas, ac sufficienter expressas: itémque per cucurbitas affixas. Amplius verò & per vaporem ex arundinibus perforatis allatũ. Oportet autem alteram arundinis oram auriculæ cauitati adaptari: alteram verò in ollam perforatum habentem operculum, & vndique obturatum, incumbere. Sit autem in ora absinthium in aqua feruefactũ, quò vapor inde sublatus perferatur ad auditorium meatum. Confert etenim hoc fomentum etiam auditui graui.

Archigenis ad surditatem remedia.

2 Surditatis remedia ab Archigene scripta.

CHalbanum [2] cum aceto & melle feruefactum instilla. Aut collyrio ex nitro, ficu, & sinapi immisso, per triduum id non extrahimus postea verò assiduis acutísq; vocibus, & vicissim grauibus inclamamus: & per tubam sonitu incusso, conamur malũ depellere. Post hæc, et asphodeli radices oleo veteri incoctas, cõmodè infundimus, caprináq; assiduè eluimus vrina.

Eiusdem de corpusculis, quæ auribus illabuntur.

3 Aures illapsa corpora quomodo ab eis excutiẽda.

QVòd [3] si aqua illabatur in aurem, auxiliatur acetum & cum altero pede, qui respondet affectæ auri, exilire, aliqualiter se ipsum inclinando: hoc enim modo facilè excer-

nitur. Quin & exuctio simplex per os, aut etiã per stipulam, egregiè aquam extrahit. Si verò calculus, aut faba, aut consimile quid in auditorium meatum illapsum fuerit, eluito: aut lana circa auricularium specillum obuoluta, & resina tincta, extrahito. Idem & per glutinosum aliquod pharmacũ fieri potest. Quòd si neq; sic sequatur, sternutatorio in nares iniecto, os ac nares obturato. Facta nanque spiritus inclusi extensione, id quod est illapsum, efflabitur: idq; aßiduè, donec excidat, facito. Nam si intus mãserit, aure inflammata conuulsiones inducet. Optimè etiam confert ad eorum quæ illapsa sunt eiectionem, concußio. Si itaque puer fuerit, pede compræhensum, & in caput sublatum, concutiens ipsum vibrabis. Si verò perfectæ ætatis quispiam ita fuerit affectus, ipsum in tabulam secundum affectam aurem reclinatum, caput ad tabulam firmare iubeto: dein leuata tabulæ iuxta caput parte, deferri sinito, ídque sæpius facito. Mouebitur enim sic quod incidit, & ad expeditiores meatus partes progredietur. Atque ita angusta & concaua specilli parte immissa, scitè extrahito. Si verò faba, aut consimile quippiam in aurem illapsum, in ea hæreat, madefactúmque & tumefactum, dolores inferat, impoßibile quidem est integrum ipsum eximere. Quare per specilli concauum diuidere id industriè expedit, atque ita parti-

culatim extrahere: deinde sapam, aut vinum dulce calidum infundere, ac lenire meatum ex lancinatione oblæsum. At verò si animal aliquod sit illapsum, scammonium aceto dilutum, aut absinthij, aut peucedani succum, nitrúmque ac sulfur, cum radiculæ succo instillato.

De parotidibus.

P*Arotides* [1] *è genere quidem inflammationum existunt. Fiunt autem, glandulis secundum aures affectis. Cæterùm prima parte curationis partium inflammatarum, in eis minimè vtimur.* [2] *In illis siquidem plurimum curatione reprimente repulsoriáque vti conuenit: præcipuè quum nec malignum sit, nec multum quod influit, nec vniuersum corpus plethoricũ. Sic nanq; spongia sola ex posca imposita, incipiẽtes inflammationes repreßit.* [3] *Verùm in parotidibus contrariam curationem molimur: nẽpe pharmaca attractoria adhibentes: & si hæc nihil memorabile efficiant, etiam cucurbitulas affigentes, aut fomenta aßidua adhibentes, conantésque vt infestans humor ad cutim ipsam trahatur: præsertim si affectio in capite hæreat. Similiter quum natura per acutas febres, redundantes humores ex vasis ad regionem inter cutem & subiecta corpora pellit, quandoquidem illis etiam glandulæ imbuuntur, multò satius videtur tunc opitulari naturæ febres per * abscessus curãti.* [4] *Verùm si vehementi impetu*

1 Parotidas esse glandularũ secundum aures inflammationes.

2 Inflammationum incipiẽtiũ curatio.

3 Parotidũ medicatio.

4 Naturæ impetus quando minimè sit iuuandus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

influant humores, nihil nos curiosius agentes, omnia permittemus naturæ. Nam siue cucurbitam, siue aliud pharmacum humores ex alto eliciens, admouerimus, vehemens dolor hominem apprehendit: vnde & vigiliæ, & febres oriuntur, atq; exoluũtur vires. Mitigare itaq; tunc, & nõ influxum prouehere oportet, per cataplasmatum maximè lenientium vsum:[1] cuiusmodi est quod ex frumenti, aut hordei, aut seminis lini farina, cũ mulsa, aut fœnigræci, aut althææ, aut chamæmelorum decocto conficitur: & quæcunq; non modò humectam habent caliditatem, per quam mitigare dolores valent, sed etiam influentes succos possunt concoquere, suppuraréq;. Quòd si etiam sanguis redũdare videatur, per venæ ipsum sectionẽ vacuabimus, præsertim si liceat per vires.[2] Ergo si humor non discutiatur, suppurantibus pharmacis est vtendum: cuiusmodi est frumenti farina cum oleo & caricarum decocto: item quod ex polline & fermento conflatur pharmacum.[3] At si suppuratæ fuerint parotides, tunc aut per sectionem pus elicere oportet, aut per pharmacum abscessum rumpere, quale est Smilium vocatũ, & quod ex allijs constat: aut tentare, vt ipsum per attractoria & tenuantia medicamenta discutiamus, bis in die ijsdem ablatis, & fomentis admotis, donec dolores remiserint. Vbi verò iã plurimum puris discussum fuerit, tunc iam primùm

1 Cataplasma dolorẽ leniens.

2 Suppuratio quãdo & quibus medicamẽtis molienda.

3 Pus suppuratarum parotidum quibus modis vacuandum.

mùm ſemel ſoluere ea medicamenta, & fomenta adhibere oportet: dein verò neq; ex re eſt id facere, ſed ipſis pharmacis permittere, vt ſi quid reliquum in profundo hæreat, ipſum diſcutiãt. Quòd ſi durities adſit, ea ipſa quoq; mollienda eſt, emollientibus medicamentis ad attractoria admiſtis.

[1] Archigenis ad parotidas.

1 Parotidibus varia remedia ab Archigene prodita.

Rumicis radices in vino tenuiũ partium coctas applicabis parotidibus citra vehementem dolorem ortis. Aut buccina marina, aut purpuras vſtas, melle aut axũgia exceptas imponito. Aut ficum aqua marina muriáve incoctam, admoue: aut lanam etiam butyro imbutam. [2] *Commendat etiam vſum plantaginis, tametſi ex miſtis facultatibus, diſcuſſoria nempe & repulſoria, conſtet.* [3] *Ego verò nunquam pharmacis ad parotidas deſtinatis repulſoria admiſceri operæpretium exiſtimo, niſi fortè aliquando pauxillum repulſorij multo diſcuſſorio addatur: idque vbi citra vehementem dolorem ipſæ irruunt parotides.*

2 Plantago conſtat ex facultate diſcuſſoria ſimul & repulſoria.

3 Repulſoria quando miſcenda medicamẽtis parotidum.

Aliud Archigenis ad diſcutiendas parotidas.

Lupinorum amarorum farinam cum melle coctam, modica calce viua addita, pro cataplaſmate imponito.

Aliud.

Picis brutiæ, mannæ thuris, vtriuſq; drach. I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

terebinthinæ, palmularum Syriacarum n.õ vetustarum, pinguium, carnis puræ, vtriusque drach. 2. omnibus simul vnitis vtitor.

Aliud.

Caricarum, chalbani, nitri sing. drach. 1. sulfuris tertiam vnius drachmæ partem, terebinthinæ, opopanacísque, vtriusque pauxillum, simul vnitis vtitor. Quòd si medicamentis parotis non cedat, Archigenes consulit esse cõfugiendum ad cucurbitulam, adhibita scarificatione. Porrò simplices parotidas curant, emplastrum Mnaseæ, & quod ex succis constat, & quod ex ptisana. His molliora adhuc sunt, cerati forma tum ex butyro, tũ ex œsypo conflata, ostreis, aut buccinis, aut purpuris vstis additis, adipéq; porcino salis experte, singulis quadrantis pondere. Sic ipsum etiam licet conficere. Butyri vnc. 1. ceræ vnc. 2. ß. ostreorum vstorum, redactorúmque in pollinem vnc. 2. Conficito & vtitor. Efficacissimum nanque est ad parotidas.

De affectibus narium.

1 Polypodes. *EX [1] genere tumorum præter naturam polypodes in naribus generãtur, vt ozænæ ex genere vlcerum. Secundum genus autem excretionum præter naturam, sanguinis efffusiones contingũt in morbis acutis.*

2 Ozænæ à quibus gignãtur humoribus. *[2] Primùm itaq; de ozænis sermonem faciam, quæ ex humorũ acrium, putrilaginosorúmque influxu gignuntur: nam si ij duntaxat sint acres, ægrè curabi-*

lia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lia vlcera inducunt. graueolentia verò nō item.

[1] *Cæterùm cura communis tum his ambobus, tum etiam polypo est, primùm caput siccare, corroboraréque: quum palam sit, ob redundantiam vitiosorum humorum fieri ab eo in ipsas nares defluxum. Capite roborato, naribus adhibenda curatio est, scopo in ozænis proposito, vt affecta pars per mixtæ facultatis pharmaca, tum repellentia, tum discutientia, exiccetur.* 1 Ozænæ atque polypi communis curatio.

[2] *Repellunt itaq; tum austera, tū acerba, quæ communem adstringentiū appellationē sortiuntur.* [3] *discutiunt calidā & siccā vim obtinētia.* 2 Repellentia quæ. 3 Discutiētia quæ.

[4] Archigenis remedia ad ozænas. 4 Ozænarum remedia.

Obline eos chalcitide, vel atramēto sutorio, vel psorico, ex melle tritis. Vel iridem & sandaracham cum melle illinito.

De polypo narium.

POlypus, [5] *tumor est qui præter naturā in naribus generatur, polypodis carni aßimilis. Quæ affectio ex craßis & viscidis humoribus gignitur: ob ídq; mista medicamentorū materia indiget, quæ partim adstringat, partim secet & tenuet, partim etiā discutiat, cōdēsetq;.* 5 Polypi descriptio, causæ, remedia.

[6] Asclepiadis ad ozænas remedium. 6 Ozænarum remedia varia.

Aluminis scißi, drach. 2. myrrhæ, sandarachæ, sing. drach. 4. gallæ drach. 1. æris vsti tantundem. Tritis vtere, naribus prius vino odorato elotis, & pharmaco per specilli extremum admoto.

Lamponis ad ozænas, ægilopas, polypos, & quæcunq; velis citra sectionem, vstionémve extirpare, remedium.

Scobis æris rubri vnc.I. salis ammoniaci sextantem, ammoniaci thymiamatis tantundem, aluminis rotundi quadrantem, aceti acerrimi heminas sex. Arida terito, & affuso aceto, omnia in vas æris rubri cõijcito, in eóq; ad solem sub ardore Caniculæ cum rubri æris radio agitato, donec exarescat pharmacum: quod postea in mortarium translatum, diligenter terito, in fictiliq́ue recondito. Vsu verò exigente, aquam sorbendam dato, quæ vt ore contineatur, præcipito: dein pharmacum per fistulam insufflato, vel etiam melle exceptum immittito. [1] *Cæterùm post huiusmodi pharmacorum adhibitionem, etiam sternutatorijs vtimur, quo videlicet tectoria vlceri obducta excutiamus, quæ tribus aut quatuor diebus ferè excidere consueuerunt. Vbi verò exciderint, adipe anserino, ac butyro cum cerato curantur.* [2] *Porrò ipse in ozænis polypísq; præstantißimum pharmacum reperi, succum ex malis Punicis, tum dulcibus, tum austeris, acidísq;, & maturis & integris, paríque magnitudine & numero maceratis, expreßũ. Cæterùm si humectior esse polypus videatur, plus ex austeris malis est contundẽdum. At ex aridis pharmacis, diphryge citra mordacitatem aliquando per multum tempus consumptũ polypum*

1 Escharas ingenitas naribus, excutiendas sternutatoriis esse.

2 Punicorũ succum ad ozænas polypósq; magnificè cõmẽdat Galenus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lypum noui. Probatur etiam prædictum ex malorum succis collyrium, si vbi exaruerit, redigatur in pollinem, indéque exuffletur, aut etiam per specilli nucleum indatur. Omnia autem hæc aßiduè facere oportet, vt nunquàm ab affecta parte absit pharmacum, quum facilè ab humiditate eluatur. [1] *Iam verò rosæ siccæ contusæ, inditæq́; in ijs qui molli carne sunt præditi, citra noxam curare aliquādo solent polypos. Nā pleraq; eorū quæ polypodas exterūt, eos exacerbant, si quando ab scopo aberrarint.* [2] *Cæterùm vlcera in narium meatibus semper per pastillos curaui, Andronium videlicet, & Pasionis, & Polyidæ, & Bythinum, & per eum quem ipse composui. In diuite verò quopiam, qui odoratum pharmacum exigebat, hedychroi vsum excogitaui, ipsumq́; Falerno veteri dilui: & mirum, quàm breui affectio ipsa est curata.*

1 Rosarum puluis in quibus curare polypos soleat.

2 Narium vlcera quibus medicamentis curentur.

Heraclidæ ad sanguinis è naribus eruptiones remedia.

VBi [3] *grumos sanguinis eduxeris, lanam specillo obuoluito, eámque in Lycio aqua diluto imbuito, & sanguine manantem locum illinito. Aut linamentum ex ellychnio contortum, madidatúmq; aqua, & chalcitidis polline inspersum inserito. Aut mētham tritam indito. Iuuat etiā frontē spōgijs refrigerare, extremáq; vinculo excipere, qua parte magis contracta videntur: obturaréque aures, & os pluuiali*

3 Sāguinis è naribus eruptionū remedia.

aqua

aqua & frigida opplere.

Asclepiadis remedia ad sanguinis effusionem è naribus.

Spongiam cruda pice imbutam, & linamento exceptam indito.

Aliud.

Putaminis oui, & gallæ omphacitidis, vtriusque partem vnam. Trita linamento intorto, aqua aut aceto madefacto, excipito, inditóq;.

Andromachi ischæmos.

Chalcitidis drach. 100. chalcanthi drachm. 50. misyos assati, drach. 25. æris vsti drach. 12. & ß. tritis vtere.



GALENI PERGAmeni de compositione medicamentorum secundum loca,

LIBER IIII.



E OCVLORVM *affectibus, ocularijsq; medicamentis, agere in præsenti commentario est consilium.* [1] *Põpholyx igitur lota nulli pharmacorũ mordacitatis expertium inferior est: atq; ob id ea vtimur ad tenues & acres oculorum fluxiones, sed vacuato prius capite & vniuerso corpore. At vacuamus*

1 Pompholyx optimũ est medicamẽ oculorũ fluxionibus.

mus quidẽ corpus venæ ſectione, purgationéq;: caput autẽ per apophlegmatiſmos vindicamus à pituita. Poteſt tamen pompholyx lota, quemadmodum etiam ſpodium atq; amylum, ſimul & moderatè reſiccare humores, ſimúlq; ne per tuniculas euacuetur ea quæ in magnis oculorũ venis ſuperflua humiditas continetur, prohibere. [1] Quare ſi quis, prius quàm caput ab humoribus ad oculos defluentibus purget, vtatur obturantibus pharmacis, vehementes dolores ob tunicas diſtentas inducet, & ob multitudinem influentium humorum, aliquando ipſarum rupturam aut eroſionem pariet. [2] Eiuſdẽ generis cum prædictis pharmacis ſubtenuis ouorũ liquor exiſtit, abundè valens humiditates oculorum abluere, & exaſperata lenire: obturãdi autem tenues meatus non parem illis facultatem ſortitur. ſicuti nec ſimilem vim reſiccandi. [3] At fœnigræci ſuccus, quod ad viſcoſitatem attinet, ſimilis eſt ouorum albugini: diſcuſſoriam tamen poßidet facultatem, & moderatè calfactoriã: ob idq; multos dolores mitigare cõſueuit. Maximè prædictis contrarij ſecũdũ genus exiſtunt liquores acres, vt Cyrenaicus, Medicus, ac tum ſagapenum, tũ euphorbiũ, omnéſq; breuiter, qui citra exaſperationem calfaciunt vehementer. [4] Forti autem facultate ſunt prædita extergentia medicamenta, cuiuſmodi eſt æris ſquãma, chalcitis vſta, æs vſtum, flos æris, mi-

1 Oculorũ fluxionib9 cur nõ ſint admouenda obſtruẽtia pharmaca, ante capitis vacuationem.

2 Albumẽ oui.

3 Fœnigręci decocti facultas.

4 Extergẽtia medicamenta quę ſint.

ſy,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Putrefacientia medicamenta quæ sint. *sy, sory, atque stibium.* [1] *His adhuc aliud genus adiacet, erodentium, videlicet, siue putrefacientium: quale est auripigmentum, & sandaracha, & Asiæ petræ flos: cuius facultatis misy etiam paululum particeps est. Est & aliud genus pharmacorum, quod in oculares compositiones iniicitur, eorum videlicet quæ natura adstringunt. Quæ igitur mediocriter hanc vim habent, influxus repellunt: quæ verò vehementer, ampliorem dolorem infligunt, tunicas exasperando, quàm iuuent, influxionum impetum repellendo.* [2] *Porrò quæ mediocriter adstringunt, lippitudinibus commodissima existunt: conferunt autem & reliquis ferè omnibus affectionibus vlcerum, pustularum, atq; fluxionũ. Sunt verò huiusmodi: Folia rosarum, & flores, & succus, ericæ fructus, spica nardi, malabathri folium, crocus, Lycium, & hypocistis.* [3] *Vehementiorem his adstringendi vim acacia & omphacium habent, quæ & ipsa in succorum genere numerantur. Balaustium etiam, & cytini, & gallæ omphacitides, ex genere eorum sunt quæ multum adstringunt. Inflammationes & alias affectiones concoquunt myrrha, crocus, castorium, thus, & cremor fœnigræci decocti: quæ etiã discussoria facultate sunt prædita, & præsertim ex ipsis myrrha.* [4] *Hæc itaque sylua ocularium medicamentorum existit.* [5] *Porrò quæ medicamenta substãtia terrestri sunt,*

2 Lippitudini conuenire, quæ adstringũt mediocriter.

3 Adstringentia vehementer quæ sint.

4 Ocularia medicamẽta.

5 Emplastica medicamenta, quę & sint, & dicantur.

ſunt, citra manifeſtum calorem aut frigus, ea emplaſtica nominantur, vim habentia cõtrariam ijs, quæ ab obſtructione liberant: quali facultate inſigniuntur Samius aſter, pompholyx lota, eiúſq; cinis elotus, atq; etiam cadmia tum vſta, tũ lota, cui deterſorij etiam nõnihil ineſt. Pompholygi verò & ſpodio parum quid ineſt adſtringẽs, quemadmodum etiam plumbo poſt exuſtionem. Nã & hoc pharmacũ omnis mordacitatis eſt expers: parum tamen quid adſtrictionis ſortitur. [1] Amylum etiam exactè lotũ, quàm mitiſſimum eſt, & mediũ, vt nec adſtrictionem nec acredinem habeat, hoc eſt, nec calorem, nec frigus. Quin & ceruſſa lota proximè accedit ad facultatem plũbi vſti, atq; eloti: manifeſtè tamen adſtringit: amylum autẽ & Samius aſter, quatenus ex guſtu & odore licet colligere ſunt penitus qualitatis expertes. Igitur vniuerſum huiuſmodi pharmacorũ genus, ſiue modicam in guſtu aut odore qualitatẽ exhibeat, ſiue penitus nullã oſtendat, [2] veluti aquæ puriſſimæ, expers qualitatis vocatur, moderatéque per ſolã terreſtrẽ ſubſtantiã ſecundũ propriam naturam ſiccat. [3] Ac ſanè ſola hæc medicamenta cõueniunt in eroſionibus corneæ tunicæ, ipſiúſq; rhagoidis prolapſibus, ob influxum tenuium atq; mordacium humorum ortis: quũ nimirum adſtringentia cohibeant effluentes humores, atque ob id dolorem ex mordacitate

1 Amylũ.

2 Aquæ puriſsimę sũt qualitatis expertes.

3 Corneæ tunicæ eroſæ, quę medicamenta congruãt.

ipſor

ipsorum ortum intendant: acria verò affectionem simul adaugeant. In vniuersum tamen ipsi particulæ affectæ, quò facilius curationem recipiat, prospicimus, tum vniuersi corporis purgationibus, tum reuulsionibus, primùm quidem ad infernam corporis partem, dein etiam ad occiput, & ad capitis cutem. [1] *Vtimur etiam sectionibus arteriarum, interdum quidem incidentes eas, quæ retro caput, iuxta aures sunt exporrectæ: interdum autem earum partem, quæ temporibus inest: idq; vt medeamur dispositioni, quæ in tunicis oculorum est genita: ob quam etiam optimus sanguis ad tunicas ipsas delatus corrumpitur. Ad has igitur solas dispositiones conuenire videtur prædictorũ medicamentorum genus, citra mordacitatem exiccans in affecta parte cacochymiam, à qua id quod influit corrumpitur.* [2] *Vocantur autem collyria quæ ex eiusmodi medicamentis constant, tum Libyana, tum Cygni, nempe ob candorem, qualem Cygni possident. Præualet quippe in ipsis amylum, & terra Samia, & cerussa Rhodia, quæ præstantior est & candidior.* [3] *Sunt qui collyria id genus in cotibus terant, lacte boni succi ex nutricis vberibus instillato, vt adstrictoriam vim, quæ ouillo inest, effugiant.* [4] *Etenim quum in lacte serosa quædam, extersoriáque facultas insit, eius vsus congruens est ad propositam curationem: quippe vlcera*

1 Arteriæ secus in aures, & in tẽporib⁹ quãdo inciden dæ sint.

2 Collyria Libyana & Cygni.

3 Collyria læuigandi modus.

4 Lactis muliebris vsus cõmodissim⁹ vlceribus cor neq; exiſtit.

explend

explenda extergentibus citra acrimoniã habẽt opus medicamentis. Quòd si huiusmodi haberi lac nequeat, [1] *per fœnigreci decoctum terere collyria præstiterit, vtpote quod extersoriam quandam vim habet, qua oua omnino sunt destituta.*

1 Fœnigreci decoctũ.

De aspritudinibus palpebrarum.

QVum ægrè curabiles prædictæ dispositiones existant, adhuc earum difficultatem adaugent palpebrarum asperitates: à quibus etiam in lippitudinibus tunicæ oculorum commorsæ, affliguntur dolore. In illis tamen audemus ad pharmaca inflammationi congruentia nonnihil ex detergentibus immiscere, [2] *veluti est collyrium ex vino, aspritudinibus accommotum, quò primùm ea quæ ad palpebras succreuere, deprimantur. Nam vbi oculi minus infestantur inflammatione, ea quæ aspredines expurgare possunt, administramus. At dum cornea exulcerata est cum mordaci influxione, impossibile est tali aliquo vti pharmaco. Cornea siquidem ipsa amplius exasperabitur: vuea verò impensius procidet, hominémque vehemens dolor corripiet, augebitúrq; ipsius fluxionis malignitas.* [2] *In huiusmodi itaque affectionum miscella, solent Medici, præ inopia consilij, palpebras ipsas inuertere, atque absque medicamentis purgare, idq; tum specilli concauo, tum molli spongia. Quidam ex præceptoribus meis, ex pu-*

2 Collyriũ ex vino.

3 Aspritudinis palpebrarum curatio.

KKK

mice læuigato cum tragacantha aut gummi collyrium faciebat, eóque ab extẽtis atq; inuersis palpebris, aſpritudines deradebat. Vbi verò temporis progreſſu per prædicta collyria fluxio fuerit ſedata, audemus tunc iam ea, quæ palpebras extergunt, paulatim adhibere medicamenta: quemadmodũ vbi fluxus omnino fuerit iam reſiccatus, & palpebræ moderatè habuerint, caua vlcera ſunt collyrio ex thure complenda.

De lippitudine, ſiue ophthalmia.

1 Lippitudo, ſiue ophthalmia eſt inflammatio perioſtij tunicę, quã barbari eõ iunctiuam appellant.

Ophthalmia [1] eſt inflammatio perioſtij mẽbranæ, quam etiam agnatã vocant, quòd alijs, quæ oculum ipſum conſtituunt, tunicis forinſecus agnaſcatur, ligamentum exiſtens toti oculo ad circunſita oſſa. Ob id enim omnia quæ circum oculos ſita ſunt, vſque ad malas quandoque ſimul per vehementem lippitudinem intumeſcunt. Igitur pharmaca omnia huiuſcemodi affectionem curantia, ex genere eorum ſunt, quæ medentur inflammationibus: aſſumunt tamen neceſſariò nonnihil, pro ipſius partis natura, quæ excellentem mollitiem, atque eximiam quandam ſupra omnem totius corporis cutem ad patiendum facilitatem eſt nacta, ob ſenſus ſubtilitatem, ac raritatem ſubſtantiæ. [2] Adhibenda itaque ſunt pharmaca repellentia, minimè tamen exaſperantia, hoc eſt, non vehementem adſtrictionem ſortita: ſed quæ tum propria ſua ſubſtantia moderatiora ſint, tum lenitiui

2 Ophthalmiæ congruẽtia medicamenta qualia eſſe debeant.

liquo

liquoris admistione adhuc magis talia reddantur.[1] *Voco autem lenitiuos liquores, oui candidum, & fœnigræci decoctum, magísque adhuc ipsum lac. Vt plurimum verò albumen oui cum accommodatis pharmacis lippitudines curare sufficit, per collyria videlicet vocata monohemera, hoc est, diaria. Sæpe siquidem magnas inflammationes hæc adeò mitigauerunt, vt in vesperam quidem homo balneo vteretur, in sequenti verò die nardino collyrio ad instaurationem & corroborationem inungeretur. Admiscere autem ei circa primam inunctionem minimum quiddam acrium & sistentium medicamentorum oportet: vt circa secundam paulò amplius quiddam priore. Sufficiunt nanque hæ duæ pharmaci adhibitiones, & deambulatiuncula aliqua non multa ante balneum. Foueri tamen oculi per spongiam debent ex meliloti & fœnigræci decocto, semel quidem, aut bis in die si mediocris sit dolor: sæpius autem, si vehementior.*

1 Leniẽtes liquores.

De vlceribus oculorum.

Oculorum[2] *vlcera eandem secundum genus curationem requirunt quam reliqua omnia: ob ipsius tamen partis naturam, quàm lenissima eis adhibenda sunt, quale est, quod ex lota pompholyge constat. Admiscētur ipsis etiā succi quidam non solùm mordacitatis expertes, sed qui etiam vehementissimos mitigare do-*

2 Oculorū vlcera, qualia medicamenta postulent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lores poßint, veluti mandragoræ succus. Quidam etiam polygoni succum miscuerũt, vt alij ipsorum ouorum candidum. Quæ omnia, dum tempus vtendi instat, miscenda sunt: propterea quòd facilè acescunt: quo tempore etiam rosarum additur succus. Eorum autẽ omnium esse debet scopus, vt vlcus mundum seruetur, vtpote partium natura ipsum replente, atque ad cicatricem ducente. Si itaq; inflammatio adhuc oculum vrgeat, aut quispiam etiam dolor, collyria ex thure, & metallicis lotis, & succis mordacitatis expertibus, adhibenda sunt. Vbi verò sordida reddita ob eorum vsum vlcera fuerint, ex repurgãtibus quippiã miscendum est:[1] quale existit Paccianum croceum, ex vino: quod etiam aspritudines exterit, pterygiáq; attenuat. At verò vlcera, quæ per erosionem tunicæ corneæ fiunt, ita vt aliquid ex ipsa rhagoide procidat, repellentibus & adstringentibus pharmacis opus habent. Discussoria autem postulant tum pustulæ, tum pus intra rhagoidem contentum. Recentia igitur, & adhuc inflammata, pharmacis ex myrrha, thure, & croco sedantur: vetustiora autem, nonnihil ex discussorijs desyderant, quemadmodum etiam induratæ tunicarum inflammationes.

1 Paccianũ collyrium.

De ocularium pharmacorum viribus.

2 Ocularium medicaminum vires.

I*Gitur*[2] *omnimodæ acrimoniæ sunt expertes hi tres liquores, fœnigræci decoctum, lac, & candi-*

candidum oui: ex quorum genere existimare oportet [1] tum gummi, [2] tũ tragacanthã. Quippe nisi prædicta illa tria, tũ copia, tũ vsu, prompta & expedita essent, possemus vtique parum gummi, aut tragacanthæ in multa aqua maceratum, in eundem vsum, veluti illa, assumere, & per ipsa etiam in medica cote collyria terere, & per sola infusa serosos in affectis oculis generatos humores eluere. [3] Ocularium itaq; pharmacorũ vnum genus in illis tribus liquoribus, atque etiam in tragacantha, gummi, metallicísque elotis consistat. Alterum verò genus eorum sit, quæ modicam mordacitatem sortiuntur, propterea quòd quædam eis sunt admista, quæ parum adstringunt, detergúntque: qualia sunt rosæ, & thus: illæ quidem, pauculam adstrictionem, thus verò modicã extergendi vim, possidentes. [4] Habet tamen ob moderatum calorem thus etiam & concoctorium quid, ac doloris mitigatorium. Ex eodem genere cum ipso, quantum ad concoctionem & discussionem attinet, censendus est crocus, & myrrha: quæ inter se in eo differunt, [5] quòd crocus quidem moderatè adstringat: [6] myrrha verò citra adstrictionem non instrenuè discutiat, & resiccet humiditates. Súntque hæc viribus præstantiora thure, & ob id etiam maiorem discutiendi vim habent: quum autem careant vi detergendi, ad vlcerum curationem thure inferiora existunt.

1 Gummi.
2 Tragacantha.
3 Ocularium medicamentorum genera varia.
4 Thus dolorem lenit, concoquitq;.
5 Crocus moderatè adstringit.
6 Myrrha citra adstrictionẽ discutit, resiccatq;.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Huius generis medicamentorum, concoctorij inquam & discussorij, [1] *Lycium quoque est, &* [2] *castorium.* [3] *Sarcocolla etiam concoctorium & discussorium medicamentum existit, ac magis quàm ipsa,* [4] *chalbanum.* [5] *Meliloti verò decoctũ ad concoctoriam facultatem assumpsit etiam quid adstrictorium, eiusdem ferè generis cum croco existens. Inijcitur etiam in oculares compositiones* [6] *lapis hæmatites vocatus, humores resiccandi vim habens, veluti & cadmia.* [7] *Mitius tamen pharmacum lapis ipse, quàm cadmia, existit, vtpote ex humida substantia, non terrestri, veluti cadmia, generationem indeptus.* [8] *Huic similis est lapis Schistus dictus, sed fortiorem obtinet facultatem.* [9] *Quod verò stibium vocatur, illotum quidem fortẽ adstringendi facultatẽ ostentat: lotum autẽ, exoluitur, vt propè ad vim mordacitatis expertium acedat. At* 10 *æs vstum vehementem extergendi poßidet facultatem,* 11 *itémque squamma eius, & flos.* 12 *Nec minus efficax, sed minus mordacitatis expers, chalcitis vsta est.* 13 *Quòd si lauentur talia pharmaca, extersoria quidem adhuc manent, tantò tamen imbecilliora, quantũ amiserunt mordacitatis. Huius generis sunt etiã* 14 *misy, &* 15 *ærugo, fortißima pharmaca, ijs quæ sycosi & callis conueniunt, admista.* 16 *Sũt qui etiam gallas admisceant, vehementer adstringens pharmacum:* 17 *sunt qui etiam chalcanthum,*

1 Lycium. 2 Castorium. 3 Sarcocolla. 4 Chalbanum. 5 Meliloti decoctum. 6 Lapis hęmatites. 7 Cadmia. 8 Schistus lapis. 9 Stibium. 10 Aes vstum. 11 Aeris squamma, flosq́ue. 12 Chalcitis vsta. 13 Lota pharmaca euadere imbecilliora. 14 Misy. 15 Aerugo. 16 Gallæ. 17 Chalcãthum.

canthũ, quod vnà cum acredine vehementissimè adstringit. Moderatius tamen redditur vstum, & lotum. Ad hanc syluam pertinet & [1] stomomatis squamma. [2] At thuris cortex, adstringit quidem & ipse admodum: prædictis tamen est longè inferior. Porrò manna thuris à thure ipso differt, quòd exiguum quid adstrictionis sortiatur, ratione corticis thuris, cuius nonnihil contraxit. Quæcunque igitur ex adstringentibus multam terream compagem habent, aspritudines, & sycoses, & callos consumũt. Cæterùm quæ ex succorum genere sunt, [3] veluti omphacium, [4] & hypocistis, eluuntur facilè in sublitionibus, diffluentia simul cum lacrymis. [5] Ex hoc genere est glaucium, & [6] acacia. Citra mordacitatem verò exterget [7] cerui cornu vstum, veluti etiam caprinum: non tamẽ dolorem sedant, nec concoctoria facultate sunt prædita, vt thus, frigidi nimirum & sicci temperamenti existentia. [8] Mixtæ facultatis est aloë, quemadmodum rosa. Habet enim, quod extergere est natum, aliquid in se amarum, sicuti & adstrictorium quippiam, vt & commitat, & ad cicatricem perducat.

1 Stomomatis squama.
2 Thuris cortex & manna.
3 Omphacium.
4 Hypocistis.
5 Glauciũ.
6 Acacia.
7 Cerui cornu vstũ.
8 Aloes facultates.

Quæ ad scabras affectiones conueniant.

EX ijs [9] quæ ad scabras palpebrarum affectiones conueniunt, sunt sales ammoniaci,

9 Scabris palpebris quæ opem ferant medicamẽta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

& lapis Aßias tum ipse, tũ eius flos: & quod psoricum appellatur, non simplex, neque sponte natum, sed præparationis modũ indeptum. Admiscetur ijs & misy vstum, & sandaracha, & arsenicum. Ex medicamentis verò aromaticis, casia, malabathri folium, & amomum, cinnamomúmque.

Quæ induratis auxilientur.

1 Induratis tunicis oculorum quæ conferant.

COmpositiones,[1] quæ ad induratas oculorum tunicas congruunt, ex succis constãt, & ammoniaco thymiamate. Miscentur autem eis myrrha, thus, chalbanum, & consimilia.

Quæ suffusis medeantur.

2 Suffusorum remedia.

AD suffusos[2] habetur compositum medicamen, ex succo fœniculi, hyænæ felle, ac melle Attico constans: cui nonnulli caprillum fel addiderunt. Nunc autem in pretio habetur pharmacum ex felle scarorum compositum: sicuti & quod ex myrrha stacte conficitur: quorum omnium promissa magna, effectus autem interdum nullus.

Pharmacum aridum ad tuendã oculorũ valetudinem, à me compositum.

3 Oculos roborans pharmacum.

LApidis[3] Phrygij ter vsti, totiésque extincti, sed prima quidem extinctione, butyro, secunda vino odorato, tertia Attico melle, ad ipsum extinguendum iniecto, lib. I. æris vsti, piperis albi, folij malabathri, singu. vnc. I. stibij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

drach.12. Postquam verò omnia fuerint læuigata, & reponere medicamentum velis, adÿce opobalsami Syriaci vnc.1.ß. Porrò vsus ipsius ad solas palpebras competit cum specillo inducti, citra tunicarum ipsius oculi contactũ.

[1] Aridum ad circunrosos oculorum angulos ab Asclepiade scriptum. 1 Ocularia medicamẽta varia, à medicis variis cõscripta.

Spodÿ Cyprÿ drach.4. omphacÿ aridi, drac.2. nardi obolos 3. piperis frixi grana. 15. tritis vtere.

Pharmacum calliblepharon, exornandis palpebris accommodatum: faciens & ad lippitudines inueteratas.

Stibÿ vsti ac vino extincti drach.16. plumbi vsti & loti drach. 8. fuliginis thuris, spicæ nardi, myrrhæ torrefactæ, croci, squamæ æris, sing. drach.1. omnibus tritis ac repositis vtitor.

Aridum Philoxeni ad pruriginosos & circunrosos angulos: faciens & ad obtusum visum.

Cadmiæ, drach.4. salis ammoniaci drach. 2. piperis albi drachmam 1. tritis & læuigatis vtitor.

Liquidæ oculares compositiones ad omnem extuberantiam carnis tollendam, & ad incipientem lippitudinem: & primũ compositio, qua vsus Philippus est in Cæsarea.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

MIſyos aſſati drac.8.myrrhæ drac.4.cadmiæ drach.8.croci drach.2.ſalis ammoniaci tantundem, nardi Indicæ, piperis albi, vtriuſq; drach.1.mellis Attici cyathum vnũ: miſceto.

Panchreſtos Eraſiſtrati ad lippitudines omnes,& ad puru lentas aures.

Aeris vſti, myrrhæ, ſingu.drach.1.piperis obolos 2.miſyos toſti drach.1.croci obolos 3.vini Chij heminam 1.paßi Cretici heminæ dimidium. Coquantur ad lentum ignem, vt decet.

Philoxeni liquida,exacuens viſum, ac cicatrices & callos exterens.

Ammoniaci thymiamatis drach. 4.æruginis drach.2.vino diluta,& contrita,melle Attico excipito.

Compoſitio Largi exacuens viſum.

Succi radicis fœniculi partem vnam,mellis tantundem:miſceto.

Alia.

Succi radicis fœniculi,ſucci chelidoniæ,mellis Attici,ſing.drach.1.miſceto.

Ad tingendas albugines.

Gallam tritam per ſpecilli nucleum calfactum imponito: dein chalcanthum aqua dilutum admoueto.

Ad

Ad glaucos oculos, quò pupillæ nigræ reddantur.

Malicorij dulcis succum infundito: dein post temporis interuallum hyoscyami florem cum vino tritum instillato.

Ad paruos & instar hordei oblongos circa pilos palpebrarum abscessus.

Chalbani partem vnam cum modico nitro mixtam imponito.

[1] Cataplasma Heraclidis Tarentini ad vehementes oculorum dolores. 1 Oculorũ vehemẽtes dolores soluentia cataplasmata.

Rosarum viridium, aut siccarum drach. 4. croci drach. 1. opij tantundem: excipito meliloti decocto, aut passo, vtitórque.

Aliud.

Rosarum, violarum albarum, meliloti, capitum papaueris, sing. drac. ij. croci, opij, myrrhæ, sing. drach. 1. oui assati vitellum. Tritis & passo subactis vtitor.

[2] Agglutinatorium ad repellendas fluxiones ab oculis. 2 Oculorũ fluxionibus repellẽdis agglutinatoriũ pharmacum.

Pollinis, myrrhæ, mannæ thuris sing. drac. 1. candido oui excipito, temporibúsque & fronti admoueto.

Collyrium Moschionis, ad epiphoram, dolores, atque fluxiones congruens.

Glaucij drach. 6. sarcocollæ drachm. 8. croci drachm. 4. gummi drachm. 2. tragacanthæ,

succi

succi mandragoræ sing. drach. 2. opij drach. 1. Aqua pluuiali excipito, vtitórque.

Paccij sphragis.

Cadmiæ vstæ, & lacte caprillo siue muliebri extinctæ, ac lotæ, aßiccatæque in vmbra, drach. 10. æris vsti ac loti, acaciæ, vtriusque drachmæ 10. opij drach. 6. croci tantundem, gummi drach. 15. aqua pluuiali excipiantur.

Collyrium ad acerbißimos oculorum dolores.

Cadmiæ vstæ & lotæ, acaciæ, stibij vsti & loti, aloës Indicæ, sing. drach. 8. croci, myrrhæ, opij, sing. drach. 4. gummi drach. 8. aqua excipe, vteréque ex ouo. Ego etiam pompholygis & thuris, vtriusque drach. 4. adieci.

1 Malabathrinũ medicamẽtũ, vehementibus oculorum doloribus.

[1] Malabathrinum nostrum ad vexationes dolorum.

*Cadmiæ drac. 16. acaciæ, drac. 40. æris vsti & loti drac. 14. opij, Lycij Incidi, malabathri, nardi Indicæ, castorij, croci, aloës, sing. drac. 2. myrrhæ drach. 4. cerussæ drach. 8. stibij loti tantundem, gummi drac. 40. aqua excipito & vtitor ex ouo in principio affectionum, & etiam in declinatione, * vbi panchrestum ab ipsa parte remoueris.*

2 Collyriõ Trypherõ nominatum.

[2] Collyrium album Trypheron dictum, admodum lene, ad epiphoras maximè cõgruẽs.

Cadmiæ lotæ drac. 16. cerussæ drac. 8. amyli, gummi,

gummi, tragacanthæ, singul. drach. 4. opij drac. 2. aqua excipito, & cum ouo vtitor.

Cygnus inscriptus Reginæ, ad maximos oculorum dolores.

Cadmiæ drach. 16. cerussæ lotæ drac. 8. amyli, tragacanthæ, acaciæ, opij, singul. drachm. 2. gummi drach. 12. excipe aqua pluuiali, & dum vti voles, adijce candida ouorum quatuor recentium.

[1] Aerianum pharmacum, ad veteres ac recentes affectiones accommodatum.

1 Aerianũ pharmacũ affectionibus oculorum accommodatum.

Cerussæ drach. 24. cadmiæ vstæ & lotæ, stibij vsti & loti, thuris sing. drach. 10. squammæ æris drach. 5. opij. drach. 3. myrrhæ tantundem, gummi drach. 12. aqua pluuiali exceptis, vtere ex ouo.

Collyrium ex cornu ceruino, ad vlcera, & pustulas: quod & cicatrices exterit:

Cornu ceruini vsti, & loti, thuris, plumbi vsti, sing. drach. 4. squamæ æris lotæ drach. 2. opij, drach. 1. gummi drach. 4. excipe ex aqua pluuia.

Collyrium dià rhodon, ad fluxiones atque dolores oculorum congruens:

Rosarum drach. 100. croci drachm. 1. opij, myrrhæ, sing. drach. 8. gummi drach. 50. vino odorato excipito, vtitórq; ex ouo. Ego verò pro folijs rosarum, tantundem earundem florum inieci, feliciterque successit.

Lync

Lynceus, ad affectiones callosas, exacuens visum.

Cadmiæ, æris vsti & loti, ammoniaci thymiamatis, sing. drach. 12. myrrhæ drach. 16. lapidis hæmatitæ drach. 6. opij tantundem, aloës, fellis taurini, chalbani, sing. drach. 4. æruginis drach. 1. opopanacis drach. 4. salis ammoniaci drach. 2. gummi drach. 6. Aqua omnia pluuiali excipito.

Melinum Lucij præceptoris, ad scabros & corrosos angulos, intensos pruritus, oculos humectos, omnémque hebetudinem visus, cicatrices etiam & callos exterens.

Cerusæ, croci, sing. drach. 24. ammoniaci thymiamatis, salis ammoniaci, nardi Indicæ, opij, myrrhæ, omphacij, sing. drach. 6. gummi drach. 24. Expiantur aqua pluuiali.

Quæ Archigenes ad oculos affectos scripserit.

1 Oculorũ affectibus remedia ab Archigene scripta.

IN[1] fluxionibus oculorum primò conuenit cibi atque potionis parcitas, aquæ potus, ac maximè rei venereæ abstinentia. Subducatur aluus, & facies aßiduè primùm multa frigida, dein oxycrato abluatur. Fugiant odores acres, & pulueres, fumúmque, & tum Solis, tum lucernarum splendorem. Si augescat fluxio, dolórque, accedat, confert etiam phlebotomia. Circa frontem porrò & tempora conueniunt medicamenta adstringentia. At super oculos lana pura oui

ra oui candido madefacta imponatur, aut oui aßi luteum, aut melilotum in passo coctum. Omnia enim ex adstringentium genere in principijs conferunt. [1] Ad plagas illatas oculis facit columbinus sanguis instillatus, & praesertim is, qui ex teneris pennis exprimitur. Candidum etiam oui eodem modo in oculum instillatum, ac praeterea lana exceptum, & supernè impositum. Prodest etiam melilotum coctum cum vino, impositúmque. Ad tumores ex plaga in oculis ortos valde conuenit fomentum per mollem spongiam aceto diluto madentem. Ad palpebrarum defluuia: Aeruginis tritae partem vnam, ammoniaci thymiamatis tantundem: trita imponito. Ad inutiles atque pungentes palpebrarum pilos: Vbi auulsi fuerint, illinito sanguinem cimicum, & non renascentur: aut chamaeleonem album & tritum, cui viridium ranarum sanguis sit mistus, inungito. Offuscationem omnem, incipientémq; suffusionem sanat fel omne, cum marrubij succo ac melle Attico. Ad pterygia, chalcanthi, & salis ammoniaci aequales partes, gummi dimidium, cum aceto in collyria formato, illinitóque.

1 Oculorũ plagis quae opitulétur.

*

GAL



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCA,

LIBER V.

De suggillatione, quam Græci hypopion nominant.



1 Hypopiũ, siue suggillatio quid sit.

HYPOPION *ex genere effusionum existit,* [1] *éstque affectio cutis ipsi oculo subditæ, vbi contusis venis, quæ in ea sunt, sanguis per fissuras effunditur: qui quidem nisi discutiatur citò, interdum progressu temporis liuescit & denigratur. Quare meritò ad eius curationem statim festinant Medici.* [2] *Ceterùm quum tunicula venarum, ex quibus sanguis exilit, rumpatur, parum quiddam ex adstringentibus ad discutientia admiscent. Vbi verò ad propriam naturam redierint venulæ, tunc discussorijs solis vti admodum opportunũ videtur: ex quibus tamen imbecilliora quidem in primis sunt adhibenda: fortiora verò inueteratis & denigratis conueniunt. Ego igitur Nili collyrio dià rhodon, in ocularior um coticula ex aqua trito, partem suggillatam illino, sertulæ campanæ ac fœnigræci decocto*

2 suggillationis curatio.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cocto prius pro fomento vsus: quo ipso decocto postea etiam collyrium dissoluo, ac dein etiam ex solius fœnigraci decocto. Quòd si quæpiam affectionis reliquiæ restitent, in fœnigræci decocto collyria ex myrrha dissoluo, illinóq;. Vbi verò affectus his remedijs non cedit, collyrium ex sandyce est commodum.

Archigenis pharmaca ad suggillata.

SVmmè [1] facit ad recentia & liuida suggillata spongia muria intincta, & aßiduè imposita, sublatáq;: post quam fomentum ex aqua calida prodest. Cataplasmate autem vtere, faba fresa contrita, absinthio, hyssopo, origano, rhaphani cortice, vua passa exacinata, vnoquoque per se cum melle, aut aceto, aut aqua. Minimè tamen rectè mihi videtur præcipere vt indifferenter vno aut alio vtamur. Aqua quippe acrimoniæ omnis expertißima est. Mel autem vlceribus mordax, cutem haudquaquam offendit: acetum verò vtrisque mordax existit.

1 Suggillatis pharmaca ab Archigene prodita.

[2] Aliud.

2 Lomentũ fabaceum.

Aut fabam fresam commansam, cum melle imponito. Etenim fabæ lomentum, etiam citra manducationem cum melle subactum, liuida discutit. Ex manducatione autem summè discussorium efficitur, nimirum viribus à saliua assumptis. Aut cerussæ & lithargyri partes æquas cum melle terito, atq; admista faba fresa, ad cerati formam reducito, vtitórq;. Aut hor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

deaceam farinam cum aceto mulso coctam imposito. Aut thus & thapsiam æquis portionibus cum rosaceo cerato. Hæc Archigenes. Dictum autem à nobis est, quòd ex discussorijs medicamentis in principio præstantiora sunt, quæ modicam adstringendi vim posident: qualia sunt rosæ, melilotum, & crocus. Apollonius autem ad inueterata suggillata, ari radicē rasam, melléq; subactā, impositámq; commendat. At Crito, bryoniæ radicem tritam cum melle, aut rosaceo cerato exceptam, inter remedia suggillatorum recenset.

1 Suggillatis medicamen ab Hera scriptū.

[1] Medicamen Heræ, conscriptum ad suggillata.

Succi cicutæ, obolos 2. croci drac. 2. myrrhæ, acaciæ, sing. drach. 1. opij drach. 2. succi thapsiæ, gummi tragacanthæ, sing. drach. 1. cum aqua cogito. Tribus enim horis (vt inquit Heras) suggillata dispungit. Ego verò nucem per ætatem iam oleaginosam effectam, expertus sum aliquando ad cruentatos facientem.

De Aegilope.

2 Aegilopis descriptio & curatio.

INter [2] nasi os & magnum oculi angulum, paruum quoddam exiguo abscessui persimile tuberculum nascitur: quod sanè sæpe in ipsum angulum rumpitur, ægréque curationem admittit, nisi maturè illi occurratur. Igitur mederi ipsi oportet medicamentis quæ absq; mordacitate discutiant. Quippe coafficitur ab acribus oculus,

lus, ac sic inflammatio particulæ augetur.

Heræ ad ægilopas.

Maluæ folia cum sale & melle trita imponito. Alica etiam in aceto cocta, incipienti ægilopi opitulatur.

Archigenis remedia ad ægilopas.

Aegilopas eruo cum melle integimus aut cinere viticis cum aceto subacto. Probè facit & thus cum recenti columbino stercore impositum.

In nondum foratis, staphidem syluestrẽ, & ammoniacũ thymiama cũ melle, veluti spleniũ, imponito: aut alumen scißile cum terebinthina.

Si morbus his remediјs nõ cedat, diuiso angulo, oßéq; nudato, cauteriũ admoue: sic siquidem decedũt squamulæ, atq; ipsum malum curatur.

De varis.

TVmor[1] *paruus & durus in faciei cute oboritur, Varus Latinis, Græcis Ionthos dictus, à crasso concretus succo, ostendénsque meritò sui ipsius curationem futuram per emollientia, & discußoria pharmaca.* 1 Vari descriptio & curatio.

De ficosis tumoribus.

VNa quædam hæc affectio est ex ijs quæ in mento enascuntur,[2] *differens à varis in eo, quòd non solùm crassus sit, qui hos tumores excitat, humor, sed serosa etiam tenuitate participet, ob quam exulcerantur citò; si non, vt decet, curentur: & ob id magis exiccantibus pharmacis, quàm vari opus habent.* 2 Ficosus tumor à varo quomodo differat, & qualia medicamenta postulet.

De lichenosis in mento tumoribus.

1 Lichenes à quibus gignătur humoribus, & qualia medicamēta desyderent.

ET hæc[1] *affectio ex mixto quopiam generatur humore, serosis nimirum tenuibúsq; & acribus succis cum crassis mixtis: quapropter facilè etiam in psoram ac lepram transit: indigétq; etiă ipsa pharmacis fortiter exiccantibus. Vbi verò in psoram aut lepram transierit, vltra hoc quòd resiccantibus indiget, etiam repurgantia & extersoria desiderat.*

De menti eruptionibus.

HOc eruptionum, siue exanthematum nomen, quidam in communi vsurpant de affectionibus vlcerosis & asperis, in mento sua sponte oborientibus.[2] *Indiget verò & hæc ipsa affectio resiccantibus medicamentis.*

2 Exanthemata resiccantib⁹ medicamentis indigent.

De furunculis.

3 Dothienes.

4 Furunculorum species.

FVrunculi,[3] *Dothienes Græcis vocati, ex similibus humoribus, veluti vari, gignuntur per vniuersum corpus,*[4] *duplices existentes: nonnulli quidem varosi, duri, & ægrè concoctiles: aliqui verò inflammati: in quibus aliquando febres consistunt, & tumor excrescit in magnitudinem, & in pus transmutatur. Vnde curatio ipsorum vt plurimum eadem, quæ inflammationum, existit.*

Critonis ad varos remedia.

5 Varis remedia scripta à Critone.

MEllis[5] *Attici, & acerrimi aceti, sing. cyathum vnum misceto, ipsísque varos illinito, cum digito perfricando. Vel amaras amyg*

dalas

dalas aceto intritas, faciei illine.

Aut alumen scissile probè læuigatum terebinthina excipito, imponitóque.

Ad varos callosos.

Saponis Gallici drachm. 4. ammoniaci thymiamatis drachm. 1. thuris drachm. 1. aqua dissoluito, & cerati spissitudinem facito, cóque illinito, & post horæ interstitium calida abluere iubeto.

[1] Ad affectiones eminentiores ac principium elephantiasis.

1 Elephantiasi incipienti medicamen egregium.

Gummi albi, spumæ nitri, thuris, sulfuris viui singul. æquales partes aceto dilutas ac probè tritas, in pastillos redige, eósque in vmbra exicca: vsu verò expetente, aceto dilutos illine: atq; vbi resiccati fuerint, subscripta compositione deterge. Saponis Gallici lib. 1. ammoniaci thymiamatis tantundem, thuris, mastiches, spumæ nitri, sing. vnc. 3. Saponem & ammoniacum in fictile vas coniicito, & aquæ sextariis duobus affusis, coquito: atque vbi dissoluta fuerint, arida contusa atque cribrata adiicito: deinde in mortarium transfusa, & probè conquassata, in vase vitreo reponito. Vsu verò postulante, faciem ex eo smegmate inquinato, & post modicum temporis larga aqua molliter persfricando abluito.

2 Papulis in mento erumpentibus medicamenta congruentia.

[2] Eiusdem ad ficosas menti papularum eruptiones.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Spumæ argenti, misyos crudi, æquas partes tritas insperge.

Aliud.

Atramenti sutorij, sulfuris viui, sing. drac. 2. æruginis drach. 1. nitri rubri drachm. 2. trita insperge.

Andronis pharmacum ad idem accommodatum.

Chalcanthi, myrrhæ, sing. drach. 2. thuris, aluminis scißi, sing. drach. 4. malicorij, gallarum, aristolochiæ, sing. drach. 8. vino austero exceptis vtitor.

1 Lichenũ remedia scripta à Critone.

[1] Critonis remedia ad lichenas.

Tritici grana multa imponito in incudem: deinde laminam æris cãdentem tritico superponito: & resolutum ab eo liquorem, calidum adhuc offerto, illinitóque.

Aut portulacæ succum aßiduè illinito. Quòd si inueterati sint lichenes, capparis folia trita cum aceto imponito. Aut corticem radicis hortensis rumicis, similiter ex aceto tritum.

Pastilli Lichenici.

Glutinis fabrilis, chamæleonis, singulorum drachm. 4. sulfuris viui, thuris, singul. drachm. 2. aceti heminæ dimidium. Glutinum aceto dissoluitur: dein aridis affunditur. Vsus tempore, quantum satis est, aceto diluo, calidúmque impono.

Hu

[1] Humida ad impetiginosos affectus. 1 Impetigini congruẽtia remedia.

Misyos peregrini, thuris, myrrhæ, aluminis scißi, sing. drach. 8. aloës, sulfuris viui, vtriusq; drach. 4. Passo excipito, ad spißitudinem strigmenti, & bis aut ter in die perfrictis illine.

Emplastrum Lichenicum.

Ceræ, picis coctæ, terebinthinæ, sulfuris viui, singul. libræ dimidium : liquida committito aridis.

[2] Excoriatorium lichenum. 2 Lichenas excorians.

Squamæ æris drach. 6. auripigmenti sandarachæ, vtriusque drachm. 4. æris vsti, veratri albi, singu. sesquidrachmam, ventrium cantharidum tantundem. Singula per se terito : dein simul mista, cedria excipito, & ad strigmenti spißitudinem reducta, pyxide æris Cyprij reponito. Cæterùm antequàm excoriatoria imponantur, circunsitas & vicinas licheni partes pharmaco aliquo inflammationem arcente in splenio excepto, integere ac tueri oportet. Post excoriatoriorum vsum emplastra viridia & alba sunt imponenda.

Emplastrum viride Pamphili ad lichenas.

Ceræ libram, æruginis rasæ, quadrantem, resinæ frixæ, lib. 2. olei cyathos 4. aceti acerrimi quod sit satis. Conficito, vt decet.

Viride Herophili.

Aeruginis drach. 2. mannæ drach. 4. adipis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vitulini drach.12.chalbani drach.3. ceræ drac. 80.resinæ drach.20. aceti quod sit satis.

1 Lichenas excoriatos sanantia medicaméta.

[1] Emplastrum album, quo Magnus circulator est vsus ad excoriatos lichenas.

Lithargyri,ceræ Tyrrhenicæ singul.libram 1.olei sextarium 1. cerussæ.lib.1. aquæ sextarium 1. Conficito.

Aliud.

Lithargyri,cerussæ, plumbaginis lotæ,sing. drach.25.ceræ,terebinthinæ,sing.drach.16.olei heminam 1.aquæ tantundem.Conficito.

Compositio Menecratis squammas decidere faciens, & corpora attenuans.

Picis Brutiæ pellucidæ,siccæ,& electæ,dra. 2.ß.resinæ pinus pellucidæ lib.1. & quadrantem, ceræ Ponticæ tantundem, chalbani quadrantem,aceti heminam vnam. Conficito diligenter.

Heraclidæ Tarentini ad capitis & menti ficosos tumores.

Elaterij salisque pares portiones confundito,vtitórque.

De dentium affectibus.

2 Dentes dolere, & pulsare.

EQuidem [2] in meipso manifestè aliquando percepi,non dolentem modò,sed etiam pulsantem dentem,quèmadmodum carnosæ partes inflammatione vexatæ consueuerunt. Quare mirabar sanè,quòd in dente oriri inflammatio posset.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

posset. Atqui quum etiam alio tempore dẽtem dolerem, perspicuè sensi, non ipsius dentis, sed gingiuarum inflammatarum, eum dolorẽ existere: ita vt etiam citra coarctationem dolerent, ob vicinitatem tamen durorum dentium illis inaugeretur dolor. Vtriusque itaque doloris sensum expertus, alium quidem in gingiuæ, alium in ipsius dentis substantia esse, clarè scio.

At verò, & quòd neruus quidem ad radicem dentis substratus aliquando etiam doleat, imponat autem nobis, vt credamus ipsum dentem dolere, consentaneum rationi est. Etenim quòd dente exempto remaneat adhuc exigua quædam portio doloris, id ob nerui inflammationem contingit: quum nimirum tunc dolor nerui leuior tantùm reddatur, eò quòd non amplius ab osse, cui cohærebat, tendatur: & quòd iam liberius perspiret fruatúrque medicamentis, quæ illi adhibentur. Neque enim per contactum, neque per distributionem poßibile fuerit inflammato neruo mederi, vtrinque à dentium locellis coarctato, & ab anteriori parte ab ipso dente. [1] Iam verò quum liuidi tota substantia sua interdum reddantur dentes, nihil mirum sit, si phlegmone simile quid patiantur. [2] Cui rei hinc maior accedet fides, quòd tum nutriantur, tum augeantur per totum ferè ipsius vitæ curriculum: id quod euidenter sæpenumero in ijs dentibus liquet, qui sunt exemptis op-*

1 Dẽtes interdũ nonnihil simile inflãmationi perpeti.

2 Dẽtes augeri & nutriri: quod liquet ex iis, q̃ sunt exemptis oppositi.

positi, vtpote qui semper augescunt. Siquidem quantum augentur dentes, tantùm in ciborum læuigatione atteruntur. Quum igitur illis absq; nutrimento augeri non liceat, [1] *vtique duabus affectionibus, & his contrarijs, obnoxij erunt, inopiæ scilicet & redundantiæ alimenti, quod ipsis suppeditatur. Inopia ergo aridiores, & tabidiores, atque ob id tenuiores eos efficit: redundantia verò, consimilem in eis excitare affectionem potest, qualis est circa carnosas partes phlegmone: ac proinde curandum est, vt redundantia euacuetur, partim discutiendo, partim eam repellẽdo.* [2] *At tenuitatis dentium ob alimẽti inopiam, nullũ remedium est: quum tunc necessariò laxentur, moueantúrq; : nempe compage ipsorum laxiori reddita, ob tenuitatem non modò dentium, sed locellorum etiã eos amplectentium. Hæc itaq; affectio senibus accidit citius aut serius, veluti etiam magis aut minus. Quæ verò phlegmonen refert, magis iuuenes corripit. Auxiliari tamen etiam oportet senibus, auxilio gingiuis adhibito. Eas autem adstringentibus medicamentis robustiores, & magis circa dentem adstrictas facere conuenit, tanquam ipsæ ad stabilitatem & firmitudinem dentium aliquid etiam conducant.* [3] *Porrò forantur dentes ab humorũ acriũ & erodentium influxu, quemadmodũ etiam cutis citra externam causam solet exulcerari. Verùm cutis*

1 Dentes duabus sũt obnoxij affectionib⁹.

2 Dentium tenuitatẽ ob alimenti inopiam esse incurabilem.

3 Dentes à quibus forentur humoribus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

exulceratur aßiduè & multis : oſſa autem rarius, quòd ob duritiem ægrius, quàm cutis ipſa, patiantur.[1] *Igitur corporum eroſorũ medela, erit reſiccatio vitiati influentis humoris: qui ſi paucus fuerit, per localia exiccantiáq; auxilia abſumetur. Si verò multus, vniuerſi capitis prouidentia eſt habẽda: quod quidẽ ſi ob vniuerſum corpus affectum ſit, huic etiã eſt proſpiciendum. Etenim eroſos ob mollitudinem dentes, duriores impatibilioréſq; per auſtera & acerba medicamenta reddendi ſunt.* [2] *At liuidos redditos per ſiccantia curare oportet, vt qui ex vitioſorum humorum influxu id patiantur: vnde ſimilem cum foratis curationem deſyderant.*

1 Dentium foratorum curatio.

2 Dentium liuidorum cauſa & curatio.

De gingiuarum medela.

GIngiuis [3] *ex inflammatione dolentibus optimum pharmacum eſt oleum lentiſcinum recens, calfactúmq; in duplici vaſe, atque ore retentum. Repellit enim citra moleſtiam, diſcutítq; abſq; mordacitate, cuius rei inflammatis præcipuus eſt vſus.*

3 Gingiuas inflammatas oleum lentiſcinũ perſanat.

Quæ Archigenes ad dentium dolores conſcripſit.

DOlentes [4] *dentes colluantur acri aceto calido cum galla. Aut pinguibus tedis in aceto feruefactis. Aut myrti ramulis cum pice in aceto tepefactis. Aut hyoſcyami ſemine & folijs cũ aceto. Aut agreſtis cucumeris radice, vel marrubio, ſingulis cum aceto,*

4 Dentiũ doloribus medicamina ab Archigene prodita.

piper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pipere, & nitro. Aut pulegij decocto. Mirificè facit dens caninus vstus & tritus, deinde cum aceto coctus & ore retentus. Aut scillam, aut radicem hyoscyami in aceto coctam colluito. Aut pyrethrum cum hyssopo, & colocynthidis medulla similiter coquito, liquorémque ex eis longo temporis spatio in ore teneto. Hæc Archigenes. Porrò solanum, stupefaciendo sensum duntaxat, auxiliatur dentium doloribus.

1 Foratorũ atque dolẽtium dentium remedia.

[1] Ad foratos atque dolentes dentes remedia ex Archigene.

Sory Aegyptium resina terebinthina exceptum obline, indéque intra dentis cauernulam. Aut senectam anguis dentibus apprimito, & excident. Aut vermes terrenos tostos cauernulæ præmundatæ inspergito. Aut piper, vel rorismarini semen, opio exceptum, in cauernulam inde. Aut in aurem denti vicinam oleum sesaminum, in quo vermes terrestres concocti fuerint, instilla. Ipso autem dolente dente, hyoscyamum cõterant. Erosis etiam atque dolentibus dentibus, candens admoueto cauterium. Præstat ad eliciendam pituitam, staphidem agrestem per se, & cum pulegio mandere. Fomenta ad dentium dolores extrinsecus fiunt ex sale & milio, simul & torrefactis, & coniectis in sacculos. Dolenti autem denti affricetur origani ramulus, oleo feruido

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

uido intinctus. Aut opopanacem & peucedani succum vnita, linteolo illigato, & intra oleum feruefacta, denti dolēti apprimito. Aut bene contecto, & hiare iusso, hyoscyami semina in suffimentum adhibe.

[1] Ad eximendos absq; dolore dētes.

Pyrethrum acerrimo aceto ad dies quadraginta condito, terito, & reponito. Vsu verò exigente, reliquis cera obturatis, dolētem ipso pharmaco integito. Deinde hora interposita, digitis extrahito, aut scalpello exigito. Dentes educunt fortiter tithymali succus, & sory, cum chalbano imposita. Apollonius autem radicis betæ succum per se iubet instillari in nares, ad soluendum dentium dolorem.

1 Dentibus eximendis citra dolorem remedia.

[2] Eiusdem, ne erosi dentes vacillent, néve fœtorem edant, remedium.

Veratrum nigrum erui magnitudine melle cocto exceptum, cauernis inde.

2 Dentium fœtori remedium.

[3] Eiusdem ad dentes denigratos optimum dentifricium.

Alabastritæ vsti drachm. 8. pumicis vsti drach. 4. salis torrefacti drachm. 3. tritis vtitor. Ab horum vsu collutione vtendum est ex vino odorato, in quo ad multum tempus iris sicca fuit macerata.

3 Dentifricium optimum.

[4] Asclepiadis remedium ad dentes motos.

Cornu cerui vsti drach. 8. rhoïs rubri, drac.

4 Dentes confirmãs remedium.

4. omph

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

constringunt & thoracem leuiter comprimũt. Totum verò ipsius motum manifestè gubernat inferius septum ipsum transuersum, dum intenditur, laxatúrque vicißim, dilatans, compriménsque indidem terminum, ac attrahens ab ima parte per mucronatam cartilaginem pectoris os, costas autem spurias sursum leuiter & prorsum. [1] Iam verò respirationem (quæ naturale opus, non animale putatur esse) septum transuersum duntaxat suppeditat: [2] quod non modò substantia, sed vsu quoque musculus est. [3] Vt autem ad intercostales musculos nos conuertamus, eorum fibras superficiarias ab elatiore costa ad humiliorem leniter obliquè in anteriora pertinentes, conspicies. Paulatim verò has dissecans in animali commortuo, tunc internas accedes situ his aduersas: vt ambo ad X literæ similitudinem habitum inter se exigant, quem vsque ad cartilaginosas singularum costarum particulas conseruari videbis, in illis autem variari. Etenim in his exteriores fibræ talem haud dubiè situm occupant, qualem interiorẽ sortitæ erant: contrà interiores, qualẽ poßidebant externæ. At in musculis costarum, quas nothas vocant, ad finem vsque ipsorum, eadem fibrarum natura consistit: quoniam hæ nullo flexu incuruantur. [4] In ipsis porrò intercostalibus musculis, proximè ad ipsius costæ os, arteriam, venam & neruum, in

1 Respirationẽ (quæ putatur esse naturale opus) à solo septo transuerso suppeditari.

2 Septum transuersũ musculum esse.

3 Musculorum intercostaliũ fibræ.

4 Costarũ singulis in propinquo esse arteriã venam, & neruum.

in ima cuiusq; ipsorum parte comperies: propius tamen ipsum neruum. Quare diligentiā adhibeas oportet corporibus, quæ fibris incidēdis subiacent. Nam hæc tria mutuò se videntur cōtingere, nempe arteria, vena, atque neruus. Cæterùm medio inter summas altásq; fibras situ neruum cernes si fibras adamußim sequaris. Plures tamen superficiariæ fibræ, iis quæ in alto habentur, esse apparebunt. Porrò animal amplißima voce præditum aptißimum est ad confectiones, in quibus vox quædam læditur. [1] Vtrisque igitur fibris dissectis, vocem simul & efflationem animalis perire, ipsa res persuadebit. [2] Quare præstat in huiusmodi administratione suem magnum adhiberi. Valens enim ei mēbrana costas succingens inest, quam ne perseces, sedulò curandum est. Hac enim secta, dum thorax attollitur, non parum aëris ambientis, in mediam thoracis pulmonísq; regionem trahitur. Dum autem submittitur, hoc ipsum rursus per vulnus egreditur. Notum verò est, ex aëre qui per inspirationem attrahitur, tantum necessariò ob vulnus perire, quantum videlicet in ipsum thoracem influit extrinsecus. Quantò autem per os minus, quàm ad necessarium sibi vsum, inspirauerit animans, tantò etiam minus efflabit. Cæterùm quantò efflatio ipsa decreuerit, tantò vocem sequi breuiorem necesse est. Iam verò in quocunque musculorum

inter

1 Fibris vtrorumque musculorū intercostalium dissectis, perire vocem.

2 Suem magnum, esse aptißimū, ad spiritalium organorum anatomen.

cato, nec erodentur vnquam. Aut iridem Illyricam mandito.

Compositio Andromachi eadem hora dentium dolorem sedans.

Piperis, pyrethri, succi tithymali, chalbani, sin. drac. 1. chalbano excepta in cauernã indito.

Alia.

Seminis hyoscyami, opij, nitri, myrrhæ, pyrethri, piperis, sing. drach. 1. chalbani drach. 2. tritis ex vino vtitor.

Collutio ad motos dentes, Critonis.

Lentiscum, myrtum, gallam, in vino cocta colluenda præbeto.

Eiusdem ad corrosos dentes.

Capparis radicem cum acri aceto ad dimidias coquito, & colluito tepidum.

1 Dentifrici ũ ad omnia gingiuarum & oris vlcera faciens.

[1] Dentifricium ad gingiuas madore laxatas, putrescentes, & cruentatas, concussos dentes, ozænas, parulidas, dolores, & omnia oris vlcera.

Perdicij recentis drach. 10. mellis, aluminis scißi, iridis Illyricæ, sing. drachm. 4. piperis albi drach. 8. nigri drach. 3. pumicis, pyrethri, hyssopi, pulegij, seminis apij, sing. drach. 2. myrrhæ, menthæ siccæ, herbæ sideritidis, singul. drach. 3. salis foßilis drachm. 4. Perdicium, sideritidem, mel, & salem, mista vrito: alumen verò per se vstum vino extinguito: dein omnibus simul contusis vtitor.

Smegma

[1] Smegma dentes reddens candidos, cósque ab erosione defendens, oríque bonum odorem concilians. 1 Dentifricium insigne.

Nitri, testæ sepiæ, myrrhæ, sing. vnc. I. tritis vtitor.

Aliud ad idem.

Alumnis scißi sexuncem, mastiches vnc. I. comæ rosarum quadrantem, iridis trientem. Tritis vtere, indéque aquam tepidam colluendam præbe.



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE PHARMACORUM SECUNDUM LOCOS,

LIBER VI.



QVAMVIS *plurimũ interest, ex viuáne aliquis voce, an ex libris discat, non tamen paruũ cõmodum studiosis ex cõmentarijs accedit: ob ídque ad hosce cõscribendos me accinxi,* [2] *quòd rationalis auxiliorum inuentio præstet illi, quæ soli experientiæ innititur. Igitur in stomaticis pharmicis, de quibus agere in præsenti commentario est animus, primus medendi scopus est communis omnium*

2 Inuẽtionem rationalẽ auxiliorũ præstare illi, quæ soli experientiæ innititur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

partium inflammatarum: secundus autem pro prius illius cui medemur.[1] Porrò inflammationes ex influxu calidi sanguinis fiunt, qui repellendus est, nisi vereamur ipsum ad partem aliquam principem recursurum, atq; illic grauiorem aliquem morbum excitaturum. Vtimur igitur venæ sectione, & purgatione & clysteribus, etiam inedia, vbi totum corpus plethoricum, aut cacochymum extiterit. Si verò neutrum sit horum, statim properamus ad curationem per localia remedia. Impossibile autem est, pharmaco rite vti eum, qui vim ipsius non cognorit, secundum quam auxiliatur. Porrò medicaminum repellentium genus, quibus vtimur in principijs inflammationum, in materia refrigerantium consistit: quorum sanè ea quæ adstringendi natura prædita sunt, efficaciorem vim habent, ad ocyus repellendum influxum.[2] Inest quippe ipsis statim etiam facultas cogendi & densandi superficiē corporis, cui admouentur. Communis itaque scopus in oris inflammationibus est, prohibendi eas, dum incipiunt: secundus autem, ab ipsa particula sumitur: quum sciamus longè rariorem atque molliorem esse oris tunicam, cute qua vniuersum integitur corpus. Tacco, tunicam oris medicamentorum insuauitatem percipere, posséque medicamenta ori indita defluere in ventriculum & pulmones: quorum neutrum cuti reliquæ

1 Inflāmationis causa, & curatio.

2 Adstringentiū facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

liquæ adest.[1] *Quare fortibus medicamentis, cuiuſmodi chalcanthos exiſtit, quæque venenoſam facultatem ſortiuntur, vti ad oris affectiones non licet, niſi magna vrgeat neceßitas.*[2] *Ergo ſuccus mororum ſolus, recénſque à fructu ipſo expreſſus, ad incipientes oris inflammationes eſt melior illo, qui, vt aſſeruari diutius poßit, ex melle coquitur: quanquam ad ſequentia inflammationis tempora vtilior eſt, qui ex melle eſt coctus. Nam quemadmodum in principio vtilia ſunt pharmaca repellentia id quod influit: ſic poſt principium vſque ad finem pharmaco opus eſt ex vtriſque miſto, repellente videlicet facultate & diſcutiente prædito: ac primo quidem tempore adſtringens præcellere oportet, ad finem verò diſcutiens: atque interpoſito tempore æquales vtrorunque partes eſſe conuenit.*[3] *Quando verò veluti induratum quippiam ex ipſa inflammatione relinquitur, penitus non conuenit adſtringens ad diſcuſſorium miſcere, * ſi prius vniuerſum corpus fuerit vacuatum. Similiter neque in principio bonum eſt diſcuſſoria miſcere adſtringentibus.*

Meritò autem, qui pharmacum dià moron compoſuit, parum ex croco & myrrha ei commiſcuit,[4] *quòd communem habeant facultatem concoctoriam inflammationum: priuatim verò crocus quidem adſtringat: myr-*

1 Oris affectionib⁹ cur exhibenda non ſint fortia, nec venenoſa medicamẽta.

2 Oris inflammationibus quæ opitulẽtur medicamẽta.

3 Digerentibus ſolis vtendũ eſſe, vbi durities aliqua ex oris inflammatione relinquitur: cæterùm prius corpore vniuerſo vacuato.

4 Croci, & myrrhæ facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rha autem calfaciat in tantum, vt sufficienter discutiat tenuium partium etiam substantiam possidens qua facilè in altum subire possit, virésque aliorum medicamentorum deducere.

1 Dià moron medicamen.

[1] Soleo autem ipse in principio ad pharmacum dià morwn miscere rhû succum, aut omphaciũ, aut florem rosarum, aut ipsas rosas siccas, necnon balaustium, cytinos, malicorium aridum, gallam omphacitin, pini thurísque corticem, hypocystidem, lentisci succum, ac breuiter adstringentia omnia, præter ea quæ corrumpentẽ possident facultatem, quæ & deleteria dicitur, &

2 Letalia omnia nõ esse deleteria.

letalium species quædam existit: [2] quippe cùm non omne letale, necessariò etiam deleteriũ, hoc est, venenosum, existat. At vbi inflãmatio iam constitit, sufficit ad mororum succum addidisse

3 Oris inflammationi cõcoctæ quæ congruant.

4 Rubi cremor.

5 Stomatici ex succo nucum viridium, ad oris inflãmationes conuenientissimi, cõpositio.

tantùm crocum & myrrham, vt ipsa inflammatio coquatur. [3] Quæ vbi concocta fuerit, addere aliquid ex discussorijs licet, cuiusmodi sunt nitri spuma, nitrum Berenicarium, sulfur vinum, sapa, origano interdum incocto, aut hyssopo, aut pulegio, aut thymbra, aut thymo, aut calamintha hortensi & agresti. At verò Erasistratus, quum mororum succus illi ad manum non esset, [4] rubi cremore vsus, se ipsum curauit. Ego autem pharmacum ex succo nucum viridium confeci, facultate ad oris inflammationes cæteris omnibus stomaticis plurimum antecellens. [5] Cuius compositio est hu

est huiusmodi: Succum externi nucum viridium corticis cum mellis iusta portione coquo, donec ex vtroque mellis craßitudo consistat. [1] *Hinc autem liquet, qualis sit eorum corticum succus, quantáque adstringendi vis, quòd ne per fortissima quidem exteriora, nigredo elui poßit ab eorum manibus, qui virides nuces decorticant. Atqui nisi in profundum manuum illa facultas descenderet, non certè ægrè eluibilis esset.* [2] *Quum autem descendat, indicat planè substantiam succi tenuium partium esse. At rationi est consonum adstringendi vim esse maximè ex vsu, vbi in eiusmodi contineatur substãtia: ineptam autem existere, quæ crassarũ partium substantiæ est coniuncta.* [3] *Optimum itaque ac simul suauem esse nucum succum mihi persuadens, eum in quatuor partes diuido: & ad primam statim aliquid ex adstringentibus misceo: ad secundam ex croco & myrrha: ad tertiam sulfuris & nitri nonnihil. Quartã verò solam synceram seruo ob dulcorẽ futurã vtilem pueris, mulieribúsque, & viris effœminatis. Est autem quod ex succo rubi constat, fortius eo quod ex moris conficitur: quemadmodum hoc eo, quod ex musto paratur.* [4] *omnibus tamen præstat, quod ex succo fit nucum.*

Porrò in pharmacis quæ degluiiuntur, maximè coniectare oportet naturam eorum qui ipsa sument. Nam quod cum molestia, aut

1 Nucum succo viridium adest adstrictio penetrans.

2 Astrictionem tenui substantiæ iunctã, esse maximè ex vsu ad repellẽdas inflammationes.

3 Stomatici ex succo nucũ quadruplex cõpositio.

4 Stomaticum ex succo nucum, cæteris vniuersis præstare.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

fastidiosè accipitur, os ventriculi euertit. In stomaticis autem medicamentis eiusmodi synceritatem interdum contemnere licet.[1] *Si quis igitur medium aliquod medicamen conficere omnibus aptum velit, vt exempli gratia quod constat ex succo mororum, ad quinque libras succi vnam mellis adijciat, croci autem & myrrhæ, vtriusque drach. I. ß. vini item austeri heminam vnam, omphacij drach. I. Quòd si non adsit, pro ipso rhois succum inijcies: & si volueris par pondus vtriusque imponere, nihil peccaueris. At Heras drachmam vnam scißilis aluminis addit. Quod verò ad coquẽdi modum spectat, ego sanè censeo succum ipsum solum esse per se præcoquendum vsque ad craßitudinem strigmentitiam: dein verò adijciendum mel: atque vbi iam cacabum ab igne velis auferre, reliqua imponenda esse. Etenim vt spuma argenti, & plumbago, aliáque multa metallica, per cocturam meliora euadunt,*[2] *sic vis cõplurium aromaticorum exoluitur.*[3] *Cæterùm ad induratas inflammationes, quum iam præterierit vigor, nec amplius influat quicquam, prædicto pharmaco discussoria miscere oportet, cuiusmodi sunt spuma nitri, nitrum, petræ Aßiæ flos, sulfúrque viuum. Ac sufficit sanè, nitri vnciam ß. sulfuris vncias duas si addideris. Quòd si nihil horum sit præsto, in sapa aut mulsa origanum feruefacito, ipsámque stomatico*

1 Stomatici diamorõ cõpositio apta omnibus.

2 Aromaticorũ cõpluriũ vires, per cocturã exolui.

3 Oris induratis inflãmationibus qualia sint apta medicamenta.

tico pharmaco adijcito, & gargarizare iubeto. Nihil autem refert, etiamsi hyssopum conijcias pro origano, aut pulegium, aut thymum, aut thymbram, aut calaminthen, aut hedyosmum. [1] In vigore autem inflammationum, collutionibus & gargarismis concoquere inflammationem oportet, pinguium caricarum decocto, lentiscinóque oleo tepefacto in duplici vase. Quin & ipsum stomaticum pharmacum in vigoribus gargarizare cõuenit mulsæ dilutiori permistum, aut calidæ sapæ, aut etiam aquæ calenti. At meum ex succo nucum medicamentũ, aliorum omnium est validissimum, vtilissimúmq;. [2] Quum autem tres sint Punicorum malorum species, austerorum nempe, dulcium, & acidorum, [3] æquas singulorum partes, vnà cum corticibus, soleo ipse etiam contundere, expressúmque succum cum melle coquere, ac sic conficere medicamen non solùm stomaticum, sed ad multa alia vtile. Contunditur etiam cum illis & rubi fructus: cuius succus similiter præparatus succo mororum, melius illo pharmacum redditur, sed minus validum eo, quod ex nucum succo paratur. Quin & malorum cotoneorum, & pyrorum syluestrium, ac mespilorum succus, similiter præparatus, stomaticum pharmacũ redditur, aptúmq; etiã vt deuoretur: [4] quum hoc quod ex nucibus constat, deuorare non liceat. Verùm quod ex Punicis cõstat phar

1 Oris vigentes inflammationes quibus sint coquẽdæ medicamentis.

2 Punicorum malorũ species tres, austerorum, dulcium & acidorum.

3 Stomaticum ex punicorũ suc co.

4 Stomaticum ex nucibus deuorandũ non esse.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

macum, aptum est exoluto & cibos fastidienti ventriculo: deficit tamen ab eo, quod ex malis constat. Innocuum est etiam rubi mororum succus voratus, veluti & ipsorum mororum:[1] sed succus rubi mororum habet quid quod stomachum roborat: quod ipsum mororum cremor nō habet.[2] Iam verò succus nucum plurimo melle opus habet: & post eum, rubi mororum: modico autem, malorum, & Punicorum, & Punicorum syluestrium. Medius inter hos est mespilorum succus. Ex cornis etiam, brabylísque, & prunis, stomatica præparantur. Cæterùm si crassus esse videatur succus, statim mel admiscere oportet: sin liquidior, præcoquatur. Suscipit autem pyrorum atque malorum succus parem mensuram mellis. Succus verò eorum quæ nimis acerba sunt, veluti est corni fructus, aliquando duplum, aliquando triplum mellis desyderat. Porrò si atramentum sutorium admistum sit, non admodum deglutire oportet confectum pharmacum, præterquàm si iuxta stomachum aut aluum vlcerosam affectionem fieri vereamur.[3] Quin & si in ipso ore maligna vlcera fiant, præstant ex atramento sutorio medicamēta. Sufficit autem drachma ad prædictā cōpositionē admista, in qua vnam mellis librā coniici dicebamus. Iam verò[4] quum rhus sit duplex (alter enim obsonijs inspergitur, stomacho commodus: altero coriorum tinctores vtun-

tur)

1 Rubi mororum succus os ventriculi roborat: id quod succo mororum non inest.

2 Succorū quinam plus, & qui minus requirāt mellis.

3 Calcanthon quando stomaticis miscere expediat medicamentis.

4 Rhus duplex.

tur) vterque sanè musto incoctus, stomaticum efficitur medicamen.[1] *Mustum etiam solum, citra mellis misturam in mellis compagem redactum, bonum fit pharmacum in principijs, augmentis, atque vigoribus. Ad declinationem autem præstiterit, si in ipso diem integram tedas pingues præmaceraueris. Quòd si pretiosius efficere pharmacum vis, inijcies etiam casiæ corticem, aut nardum Indicam, aut malabathri folium, singulorum nempe vnam drachmam. Ad induratas autem inflammationes, coniŭciũtur quæ generosius discutere poßint, tusa videlicet, & cribrata, idq; vbi olla ab igne est exempta.*[2] *Ac talia sanà sunt costus, amomum, macer, Cyrenaicus succus, Medicúsq;. Pauperibus tamen pro sumptuosis discussorijs pharmacis, aut dictamnum, aut acoron, aut meon, aut pyrethrum, aut cardamomum, aut sinapi inijciendum censeo, pari pondere: ita vt ad triũ drachmarum pondus eorum mistorum moles perueniat, ad prædictam symmetriam, in qua mellis libra habebatur. Verùm pro constitutionis affectuum proportione augeri ac minui pharmacorum vehemẽtiam oportet.*[3] *Ergo pharmacum conficiẽtes ex musto, ad decem musti heminas, tres inijciemus heminas rhois coriariorum, aut eius qui obsonijs inspergitur. Si verò vtrunque inijciamus, vtriusque vna & dimidia inijcienda est. Iuxta proportionem etiã ex discussorijs,*

1 Musto quando & qualiter præparato vtendum in oris inflãmationibus.

2 Discutiẽtia pharmaca quænam sint.

3 Stomatici ex musto compositio.

quodcunque tandem in promptu habeamus. Quòd si vnum tantùm suppetat nobis adstringendi vim habẽs, quod in principio iniiciamus, aut vnicum discussorium, quod iuxta finem: ex illo totum pondus explebimus, quod ex omnibus alioqui fuisset conflandum. [1] *In vniuersum autem, austeriora quidem in principiis, & vehementibus influxionibus congruunt, moderatiora in vigoribus, vt magis discussoria in declinationibus.* [2] *Porrò ex adstringentibus facilia paratu sunt rosæ; baccæ myrti, myrtus, lentiscus, rubus, canirubus, galla omphacitis, fructus Aegyptiæ spinæ, omnia aluminis genera, vnus & alter rhûs, glaucium, omphacium, cytini, & balaustia.* [3] *Ex discutientibus moderatè, facilè parantur caricarum furfurúmque decoctum: aut mulsa, in qua origanum, aut hyssopum, aut thymus, aut calamintha, aut pulegium, aut hedyosmus concocta sint: quæ si diutius coquãtur, fortiora redduntur.* [4] *Amplius autem & nitri spuma, aut ipsum nitrum vstum. Fortius verò his est sulfur viuum. Rectè autem Andromachus medicamini ex succo mororum confecto addidit glycyrrhizam, vt exasperata leniret, asperitatémque adstringentium mitiorem redderet.*

1 Inflammationi incipienti, austeriora, vigenti moderatiora, inclinãti magis digerentia conueniũt.

2 Adstringentia paratu facilia.

3 Digerentia mediocriter.

4 Digerẽtia valenter.

[5] Stomaticum Andromachi ex musto, quo vtor.

5 Stomaticum Andromachi ex musto.

Gallas 30. rhois cortiarii sext. 2. musti sext. 6. Gallas

6. Gallas confractas per diem & noctem in musto macerato: dein coquito, donec ex toto quarta superſit portio: quam per linteolum colatã, expreſſámque, in olla ad mellis craſſitudinem ſpiſſato: dein trita addito, aluminis ſciſſi, croci, myrrhæ ſing. drac. 1. permiſta reponito, tandémque eis vtitor. Iam verò, quod ex dulci confectum eſt muſto, magis mitigatorium & moderatum erit, ſed minus efficax: id autem quod ex acerbis fit vuis, vehementius quidem adſtringit, leniendi vim tamen non habet: ex medio vino paratum, mediam facultatem ſortitur.

[1] Stomaticum ex Beſaſa anginis congruens, ab Andromacho ſcriptum. — 1 Stomaticum ex Beſaſa Andromachi.

Sem. aniſi, apij, ammij. floris iunci odorati rot. aluminis ſciſſi, iridis Illyricæ, beſaſa (hoc eſt, ſeminis rutæ ſylueſtris) cinnamomi, myrrhæ Troglodyticæ, ariſtolochiæ, tógæ caſiæ, roſarũ ſiccarũ, crocomagmatis, ſing. vnc. 1. croci, cineris hirundinũ tenellarum, vtriuſq; quadrantem, croci ſeſquiunciam, nardi Indicæ, amomi, vtriuſq; vnc. ß. gallas 8. tritis cum melle vtitor.

Stomaticum Aſclepiadis.

Hirundinum ſylueſtrium vſtarum cineris drach. 4. croci, nardi Indicæ, vtriuſque drach. 1. melle excipito.

[2] Aliud Andromachi, ad columellam laxatam. — 2 Columellæ laxatæ remediũ.

Aluminis liquidi libram 1. florum roſarum lib. ß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lib.ß.succi hypocystidos quadrantem. Alumen in melle coquito: dein sicca inspergito, vtitórque.

1 Stomaticum ad vitia omnia oris.

[1] Aliud eiusdem ad omnia vitia oris.

Crocomagmatis drach. 2. iridis drach. 4. sandarachæ drach. ß. terebinthinæ drach. 2. Licij Indici, drach. 1. vuæ passæ drach. 8. alcës, omphacij, singul. drach. 1. nucum pinearum tostarum drac. 8. succi glycyrrhizæ, aluminis scissi, balausti, sing. drach. 1. floris rosarum drach. 2. mellis hem. 2. ß. Conficito.

2 Stomaticum Asclepiadis.

[2] Stomaticum Asclepiadis.

Succi hypocystidos drach. 2. balaustij, Licij, acaciæ sing. drach. 1. excipito oliuæ immaturæ succo, & postea melle subactis vtitor.
Si verò æger stomatica id genus fastidiat, in moderatis quidem inflammationibus sufficient succi soli fructuum iam dictorum, vt rubi, & mororum, Punicorúmq; malorum, & cotoneorũ. Quin & succus nucum, vbi cum solo melle paratur, gustui suauis existit: itémq; mustum ex vuis acerbioribus pressum si rhus in id conij ciatur, optimum pharmacum redditur. Ad eas verò inflammationes, quæ multa adstrictione indigent, austerorum Punicorum, aut cotoneorum, aut vtrorumq; succus melli admistus, sæpe mihi fuit satis. Singulis autem horũ succorũ licet omphaciũ adijcere. [3] Vehementissimũ medicamen reddetur, si Punica integra tũdas vnà

3 Acerbissima stomatica cõficiẽdi ratio.

cum corticibus, indéq; ſuccum exprimas: atque hoc magis, ſi acerba fuerint. Acerbiſsimũ etiam fiet, ſi ad Punicorum auſterorum ita tuſorum ſuccum, omphacium ſuperaddatur cum moderato melle. Præſtantius adhuc reddes pharmacum ſi tota contuſa Punica mala, paſſo cocta excolaueris. Ne verò valde exaſperet glycyrrhizæ ſuccum admiſcens, conficies optimum pharmacum.[1] *Si quid verò induratũ appareat, ijs ſuccis qui medias facultates ſortiuntur, iniicies aliquid, dum coquuntur, ex pulegio, aut thymo, aut origano, hyſſopo, mentha, aut calamintha: dein colabis, & habebis optimum medicamen. Quòd ſi calidius efficere velis, piper addes.*[2] *Omnibus tamen ſi glycyrrhizæ ſuccus addatur, melius pharmacum efficietur.*

1 Induratis inflammationib9 apta ſtomatica.

2 Glycyrrhizã ſtomaticis addita, ipſa meliora reddit.

De cruſtis.

IN[3] *calidis & humidis corporis partibus, quale eſt os, ex quacunq; tandem cauſa fuerit exulceratum, citò putredo oboritur. Ad cuius vlcera fortiſsimis ſæpe vti cogimur medicamẽtis. Atqui fortiſsima ſunt, quæ eſcharam inſtar cauterij excitant. In externis igitur corporis partibus, vbi parti curãdæ cruſta fuerit inducta, à fortibus ſuperſedemus pharmacis, trãſgredientes ad deterſoria, quæ eſcharas tollunt.*[4] *In ijs verò, quæ in ore excitatæ ſunt, eſcharis, tutius mihi videtur eſſe, admiſcere ad exteriora pharmaca, alia quædam fortiora, & quæ per ſe admo*

3 Putredo oboritur citò, in calidis & humidis partibus.

4 Oris cruſtis extirpandis, miſcenda exterſoriis eſſe uehemẽtiſsima pharmaca, & quæ per ſe admota, excitare poſſent eſcharas.

admo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

admota crustas etiam inurerent. Melli itaque maxima extergendi vi prædito, crustifica medicamenta immiscemus: quemadmodum ad sordida quæ in corporis cuticula oriuntur, miscere illi leuiter extergentia solemus, vt thus, eruum, iridem, aristolochiam, & alia id genus. Porrò Andromachus ad oris crustas, ex nucibus pineis, amylo, alumine scisso, flore rosarum, croco, & melle, composuit optimum stomaticum.

1 Oris crustis delendis remedia varia.

[1] Critonis ad oris crustas medicamentum.

Misyos torrefacti drachm. 3. mellis optimi cyathos sex. misceto & vtitor. Idem etiam præstat chalcitis assata cum melle.

Archigenis ad crustas oris remedia.

Commodißimum est stercus canum altorum oßibus, ex melle illitum: quod etiam in angina auxiliatur. Aut rhus Syriacus ex melle. Aut hirundinum vstarum, & stercoris humani par modus, cum melle illitus. Aut hepatis lupi aridi cochlearia duo trita bibenda dato. Ego verò medicamen ex rhoë damno, [2] quòd adstringentis sit facultatis, quæ minimè crustis conuenit. [3] At hepar lupinum eupatorio mistum, ad hepaticas etiam bibitur affectiones.

2 Crustis nõ cõuenire adstringentia.

3 Hepar lupinũ confert hepaticis.

[4] Sorani stomaticum ad crustas, fœtentésq; gingiuas & humore prægnantes.

4 Stomaticũ Sorani.

Misyos vsti drach. 8. iridis Illyricæ, drach.

4. cro

4.croci drac.1. Trita in pyxide lignea reponito, & tum per se, tum ex melle vtitor.

[1] Aliud nomine Anthera.

1 Anthera.

Iridis Illyricæ, sandarachæ, cyperi sing. drac. 4. aluminis scißi, croci, crocomagmatis, singul. drach. 2. tritis & mistis vtitor.

Stomaticum Hæraclidæ Tarentini ad vehementes putredines oris atque reliqui corporis.

Chalcitidis partem 1. calcis viuæ tantundem, auripigmenti partem dimidiam: tritis & mixtis vtitor.

Aliud.

Florum rosarum drachm. 4. aluminis scißi, gallæ, sing. drachm. 2. myrrhæ drachm. 1. trita melli misceto, vtitórque. Quidam sale macerato in aceto, resiccatóque, vtuntur. [2] *Si hæc remedia putredo ipsa respuat, vtendum cauterio est: postea verò colluendum vlcus prædictis, imponendáque anthera, donec crustæ abscedant.*

2 Cauterio vtendũ in putrilaginosis oris vlceribus, vbi reliqua incassum administrã tur.

De columella.

CAruncula illa, quæ ad extremum oris dependẽs cernitur, à veteribus quidẽ [3] *gargareon, &* [4] *cion, hoc est gurgulio &* [5] *colũna: à neotericis autem cionis, hoc est* [6] *columella, vocatur:* [7] *cuius sanè affectionẽ quandã, staphylen, hoc est vuam, decimus. Raro tamẽ affectio hæc circa columellã contingit: licet ea sæpe inflam*

3 Gargareon.
4 Cion.
5 Colũna.
6 Columella.
7 Staphyle.

1 Columellæ inflãmatæ curatio.

flammetur.[1] *Et ſanè quemadmodum in alijs omnibus, in quibus ex humorum influxu contingit morbus, ſic etiam hîc prima auxilia debent fluxionem ipſam repellere: quare adſtringentis ſint facultatis oportet: verùm ſi quidẽ influxus ſit moderatus, moderatè adſtringentis quã priuatim auſteram vocant: ſi verò vehementior, acerbæ.*[2] *Ambæ quippe facultates adſtringũt, ſed debilius auſtera, vehementius acerba.*[3] *Porrò moderatæ collutiones fiunt ex palmularum, raſarum, pampinorum vitis, rubi, canirubi, aſpalathi, cyperi, cytinorum, ſiliquarum, radicũ mori, hypocyſtidis, malorum auſterorum, pyrorũ acerborum, ac ſorborum decocto.*[4] *His fortiora ſunt myrti, & baccarum eius decoctum, & ex acerbis cotoneis malis, & virgultorũ tenerorũ ilicis, arbuti, ſimilacis, phagi & ipſarum glandium: meſpilorum item, & cornorum, & fructus memæcili. Generoſiſsimum autem eſt decoctum gallarum, & rhois culinarij, & coriarij, fructúſque myricæ, & Aegyptiæ ſpinæ. Ex his ſingula tum per ſe, tum etiam mixtim cocta ex aqua, gargarizare oportet.*[5] *Mirum enim quàm mixturæ ipſorum vtiliores ſæpe fiunt ipſo ſimplici vſu. Quin & arida etiam columellæ inſperguntur. Iam verò moderatè adſtringunt etiam lapis Ageratus, aloë, cyperus, flos iunci odorati, radíxque nardi Indicæ.*[6] *Eximiè adſtringunt omnia aluminis genera: ſciſſum verò*

2 Acerbæ & auſteræ facultates vt differãt.

3 Collutiones moderatæ ex q̃bus fiant.

4 Collutiones valde adſtringẽtes.

5 Miſcellas medicaminũ aliquãdo eſſe vtiliores ſimpliciũ vſu.

6 Aluminis omnia genera eximiè adſtringunt.

inter

inter ea tenuiorum est partium, et ob id vtilius.
[1] *At atramentum sutorium vehementem ad stringendi vim possidet: non est tamen expers calfactoriæ: ob idq; putrilaginosis vlceribus conuenit. Cæterùm gurgulionem exasperat, etiãsi iam scirrhum contraxerit. Corrumpuntur autem succi omnino, si absq; melle reponantur: aut resiccantur, si plurimum fuerint cocti. Nonnulli tantam ariditatem adsciscunt, vt conteri queant. Tales sunt hypocystidis, vuæ acerbæ, glycyrrhizæ, & centaurij succus. Ridiculum autem est quærere, inter duo eiusdem generis pharmaca, vtrum sit ipsorum præstantius.* [2] *Omnia siquidem medicamenta respectu ad aliquid tum vtilia, tum noxia dicuntur.* [3] *Quocirca si pronuntiaueris pharmaca nihil esse sola per se, rectè dixeris: nihil enim sunt, nisi nacta fuerint vtentẽ rectè. Si verò contrà,* [4] *pharmaca Deorum esse manus fatearis, similiter rectè dices. Iuuãt quippe maximè, si is qui eis vtitur, in rationali methodo fuerit exercitatus, atq; natura prudens. Porrò mistura pharmacorũ eiusdem generis, mediorũ pharmacorũ vsus fit gratia: ob idq; semper duo contraria medicamenta in vnoquoq; affectu vos habere operæpretiũ duco: quæ quidem permiscendo, multis pharmacis abundabitis. Quum autẽ rarò quis affectionem inueniat, quæ (exempli gratia) solis discussorijs, aut repulsorijs indigeat, cogimur etiã sæpe diuer-*

1 Chalcanthi facultas.

2 Medicamenta omnia respectu ad aliquid tum vtilia, tum noxia dici.

3 Pharmaca nihil sunt sola per se.

4 Pharmaca esse deorum manus.

NNN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſi generis medicamenta miſcere: quemadmodum vbi cum repellentibus aut anodynis diſcuſſoria confundimus: vt ſi gurgulione inflammato, ad alumen iridem miſceamus Illyricam, aut farinam eruinam, aut thus, aut myrrhã.[1] *Etenim quum diſcuſſoria ſint multa, eſt ſemper à mitioribus auſpicandum: quãdoquidem inflammata exaſperantur ab acribus.*

1 Diſcuſſoriis mitiorib⁹ cur ſit in principiis vtendũ, vbi digerere eſt opus.

[2] Quæ Archigenes ſcripſit ad gurguliones inflammatos.

2 Gurgulionis inflammati remedia, ſecundũ Archigenem.

Vua laxata, ſuccum Cyrenaicum diſſolutum illine: aut gallam tritam cum ſale: aut ipſum ſal diſſolutum: aut Lycij radicem tritam: aut omphacium cum melle. Si fortius medicamentum vis: Atramenti ſutorij, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, miſyos, myrrhæ, gallæ, æquas partes tritas, ac vino exceptas, illine. In principio tamen, ſale non eſt priuatim vtendum, ſicuti nec Cyrenaica lacryma: ſed vbi columellæ inflammatio indurata iam fuerit.[3] *De gurgulionis autem inflammatione ſic Hippocrates diſſerit: Gurguliones cum periculo excinduntur, vruntur, ac reſiccantur, quandiu rubri fuerint & magni: quo tempore alijs artibus graciles ſunt reddendi.*

3 Gurgulionis affecti curatio ſecundum Hippocratem.

Quum verò totum id, quod appellãt vuam, abſceſſerit, extremum autem gurgulionis maius liuidúmque redditum fuerit: ſuperior verò pars tenuior, tunc ſanè intrepidè curationi admoliendæ ſunt manus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Quæ scripserit Archigenes ad vigentem inflammationem gurgulionis & tonsillarum.

SI[1] verò in vigore affectio peruenerit, subducatur aluus, aut calidam lotionem furfurum gargarisset, aut ptisanæ succum, aut passum tepidum aut radicis dulcis decoctum cum passo, & hyssopo, aut ficus vino incoctas, aut succum ptisanæ, in quo vuæ sint passæ incoctæ.

1 Gurgulionis inflāmati curatio, secūdum Archigenem.

Magnopere iuuantur, si amygdalinum oleum in aures infundens, forinsecus spongijs expreßis leniter foueris. Quin & omelysis ex cruda hordacea farina imponenda: aut ex farina seminis lini aut fœnigræci. [2] Quòd si iam propè ad suppurationem accedere tonsillæ videantur, coadiuuare aßiduè per ficuum decoctum oportet propemodúmq; incessanter id gargarisma exhibere, similitérque aquam mulsam calidam. At si nihil tale apparuerit, augescat autem malum, ita vt ægri vix trāsglutire possint, ac suffocationis principium sit nobis suspectum, aluus forti clystere aut glande subducenda est, & secanda cubiti vena, cucurbitæque cum scarificatione collo ac mento affigendæ. Fomentis etiam & cataplasmatis robustioribus est frequentius vtendum, gargarismisque aßiduis.[3] Quòd si ne his quidem remedijs mitescat morbus, sed augeatur indies, venæ sub lingua secētur, aut iuxta angulos oculorū, atq; illa

2 Tonsillarum inflammatarum curatio secundum Archigenem.

3 Venę sub lingua, vel iuxta angulos oculorum, inflammatis tonsillis, quādo incidendæ.

quæ in fronte consistit. Illinatur autem aßiduè fel tauri, & elaterium cum melle: aut sal cum oleo veteri, melléque & aceto: aut centaurea cum melle: aut absinthium cum nitro & melle.

1 Columellæ laxatæ medicamẽ Heræ.

[1] Heræ medicamen ad collumellam laxatam.

Gallæ omphacitidis, aluminis scißi, salis ammoniaci, sing. pares portiones conterito inspergitóque. Vel Ageratum lapidem derasum in pollinem similiter columellæ imponito.

Porrò Heraclides Tarentinus rectè sanè post vsum medicaminum exacerbantium, iubet colluamus fauces lentium decocto, ad tollendam vehementem illam adstringentium aspredinem.

2 Faucibus inflammatis remedia ab Asclepiade scripta.

[2] Ab Asclepiade prodita.

Rosarum siccarum sextarium 1. nardi Celticæ vnà cum radicibus, & adhærente terra, fasciculum 1. nidi hirundinum syluestrium aridi drachm. 3. myrrhæ drachm. 8. gallas omphacitidas numero 15. contusa, & trita digitis apprime. Est enim hoc mistæ potentiæ pharmacum.

Aliud.

Piperis albi, myrrhæ sing. drach. 1. aluminis scißi drach. 2. gallæ omphacitidis tantundem: trita admoue. Hoc tamen vtendum non est in gurgulione vehementer rubente.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Aliud eiusdem facultatis, quo & nos sumus vsi.

Lapidis agerati, Asiæ petræ, terræ Samiæ, sing. drach. 4. aluminis scissi, croci torrefacti, gallarum omphacitidum, singu. drachm. 2. tritis vtitor.

Critonis medicamentum digerens.

Ossium palmularum, nucum tenerarum immaturarum, siccarum, vtrarunq; drach. 4. Vrito atque in puluillum terito, vtitórque arido admoto.

Aliud Sorani, maximè mitigatorium, ac proinde conuenientissimum ad vigentes inflammationes.

Glycyrrhizam cõtundito, & mel & aquam pari mensura affundito: dein coquito, & liquorem ipsum gargarizandum præbeto.

De pharmacis ad vlcera oris, aphthas appellatas.

VLcerationes [1] in superficie oris obortas, aphthas appellant, habentes quippiã igneæ caliditatis. Fiunt autem plurimum pueris lactentibus, quum aut vitiosum fuerit lac nutricis, aut non probè ipsum cõcoxerit infans. [2] Curantur facilè, vtpotè quæ vel à moderatè adstringentibus compescantur. Quandoq; tamen diuturnæ fiunt, ægréq; solubiles, & progressu temporis nonnihil putrilaginosum acquirunt: atq; hæ sanè fortiora medicamenta postulant.

1 Aphthæ sunt oris vlcera præcipuè inuadentia infantes.

2 Aphtharum curatio per moderatè adstringẽtia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Aphthis varia remedia à variis descripta.

[1] Andromachi medicamen ad aphthas malignas.

Aluminis scißi vsti drach. 2. fructus ericæ drac. 1. oleo excipito, & per digitum locis apprimito.

Eiusdem ad aphthas leuiores:

Lycium Indicum vino tritum & circumlitum: & ericæ fructus tritus, aut rosæ siccæ cum melle, auxiliantur. At Crito, adipem suillum, & mel simul liquefacta, commendat: vt collutionem etiam ex asinino lacte: manducationémq; portulacæ intinctæ melle: quæ omnia & simplicißima sunt, & pueris maximè idonea.

Quæ scripserit Apollonius ad aphthas.

AD aphthas albas, chalcitidē oleo tritam penna illinito. Postquam verò puræ factæ fuerint, myricæ fructum tritum, & aqua mulsa aut vino dilutum, illinito, maximè infantibus.

Ad nigras aphthas, vuam passam exacinatam, & anisum, trita cum melle illinito.

Vel atramento sutorio trito cum melle vtitor.

Vel æruginis vermiculatæ, obolos 3. in vini quarta heminæ parte gargarizandos præbe.

2 Oliuę muria conditę discutiunt, & vehemēter adstringunt.

[2] Vel muriam oliuarum & acetum pari mensura mista, colluenda dato. Mandendæ sunt etiam oliuæ muria conditæ. Hæc Apollonius. Etenim oliuæ sic asseruatæ, discutiunt atq; vehementer adstringunt.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Quæ Archigenes ad aphthas scripserit.

AD aphthas faciũt collutiones ex decocto foliorum oleæ, aut myrti albæ. Facit & amurca, & marrubij succus, aut lentis decoctũ. Aut fæx vini dulcis cũ melle illita. Summè facit ad depascentes, fœniculi radicis vstæ cinis. [1] *Porrò ex colore ipso facilè licebit colligere, quínam humores ipsas aphthas produxerint. Rubicundiores siquidem sanguinem præcellere indicant: flauiores, amaram bilem: albescentes, pituitosum humorem: quemadmodum nigrescentes, melancholicum succum. Qui autẽ hæc rite discreuerit, nouerítq; facultates singulorum medicamentorum simplicium, is vnicuiq; aphthæ speciei, propriũ sciet administrare remedium. Expendet autem simul ipsas naturas corporum.* [2] *Fortioribus quippe corporibus fortiora medicamenta adhibenda sunt, debilioribus imbecilliora.* [3] *Ego porrò infantibus, qui adhuc à nutricibus aluntur, lentem cum modico pane, & medulla cerui, aut vituli exhibeo. Admisceo etiam cibis nonnihil ex adstringentibus fructibus. Quandoq; etiam de lactuca, seride, solano, & portulaca coniicio aliquid, si aphtha sit inflammata. Quòd si cibum assumere nequeant, nutricem eiusmodi victu alo, vtq; concoquat rectè, prospicio. Veruntamen etiam infantes illino, siquidem subrubras videro aphthas, in principio quidẽ, ijs quæ moderatißimè*

1 Aphtharum causas ex colore dignoscendi ratio.

2 Fortiora corpora validioribus egẽt medicamẽtis, vt imbecilliora mitioribus.

3 Aphtharũ, quæ infestant infantes, curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

adstringunt, & frigefaciunt : deinde verò eis, quæ citra mordacitatem discutiunt. Si verò suf flauas videro, iisdem vtor, sed magis refrigeran tibus. At si pituitosiores, adstringentibus: vt si nigrescẽtes, discussorijs generosioribus. Cæterùm in maioribus pueris, eiusdem generis facultatibus pharmacorum vtor, auctis tantùm ipsorum viribus: quemadmodum etiam in perfectis & duris corporibus, singulis relatis facultatibus fortissimis vtor. Sufficit autem mihi in his per omnia misyos vsus cũ vino adstringente, quod tum intendit, tum remittit vim suam, prout magis aut minus vinum fuerit adstringens, & prout crassius aut liquidius efficitur pharmacum ex misyos ac vini mistura. Quòd si sordida appareat aphtha, misy cum vino mulso tero. Iis verò qui fortiora, quàm misy, medicamenta postulant, ærugo similiter dissoluta, est vtilis. Commodum est etiam pharmacum ad hanc rem, chalcitis oleo trita. Atq; hæc quidem efficaciora. Moderata verò, & maximè ad incipientes affectus, omphacium cum vino, & œnomelite: similiter etiam rhus. In pueris sufficit rosarum flos, & ipsæ etiam rosæ siccæ. [1] *In summa verò, moderatæ aphthæ, maximè in corporibus teneris, moderatis pharmacis opus habent: fortes verò, & maximè in duris corporibus, curãtur à validioribus. Fortia pharmaca intelligo, tum quæ adstringunt vehementer, tum quæ etiam*

1 Aphthæ moderatæ moderata medicamẽta desyderãt: vt maligniores fortiora.

mordic

mordicant: sicuti moderata, quæ prorsus sunt mordacitatis expertia, nonnihilq; adstringunt. Porrò oleũ per se, infestissimum est aphthæ affectui: veluti etiam chalcitis: quandoquidem alterum quidem humectat, & sordes gignit: mordet autem vehementer chalcitis. [1] *Verùm moderata mistura ipsorum, optimum pharmacum efficit.* [2] *Nam quemadmodũ ex cerato & æru gine incarnans effici pharmacum solet, tametsi ambo per se sint contraria carni gignendæ: eadem ratione ex oleo & chalciti aptum medicamentum conficitur.*

1 Aphthis fit optimũ medicamẽ ex chalciti & oleo, moderatè commistis.

2 Sarcoticũ optimũ fit ex cerato & ærugine.



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCA,

LIBER VII.

De affectionibus contingentibus circa respirationis organa.



SPERAE [3] *arteriæ pharmaca, mos est appellare arteriaca. Vocant enim arteriã asperam, viam illam quæ ducit à larynge ad pulmones,* [4] *ex cartila-*

3 Arteriaca pharmaca quæ dicantur.

4 Aspera arteria ex quibus constet particulis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ginosis corpusculis, bronchis dictis, conflatam: vnde etiam tota arteria interdum dicitur bronchos. Vestit autem ipsam intrinsecus quædam crassa membrana, quam ob craßitudinem nonnulli tunicam nominant. Scripserunt porrò veteres multa & diuersa medicamenta ad affectus organorum respirationis, ad vocémque tum interceptam, tum raucam. [1] *Etenim vbi instrumenta vocis ab humiditate vehementius atque tenacius impacta, fuerint imbuta, vox intercipitur:* [2] *quum verò moderatius humecta sunt, oboritur raucedo.* [3] *Organa vocis quum dico, intellige arteriam, & laryngem, & pharyngem, siue epiglottida. Qui igitur ex vehementi clamore vocem amplius oblæsam habent, ijs similis quædam affectio contingit in illa tunica asperæ arteriæ interna, ei quæ manibus, cruribúsque, & musculis, vbi plurimum laborarunt. Cæterùm curationis genus euariat. Siquidem crura & manus confricare per oleum licet, quum per cutem in adiacentes musculos penetrare ipsius poßit facultas. Iuxta asperam verò arteriam cartilagines post cutem sitæ, prohibent in subiectam pelliculam transitum facultatis vnguentorum mollientium.* [3] *Itaque auxiliorum materia congruentium respirationis organis, cùm ab alijs petenda est, tum etiam à balneis dulcium aquarum, cibísque & lenibus, & laxantibus. Siqua verò*

1 Vox quando intercipitur.

2 Raucedo quando gignatur.

3 Vocis organa quæ.

4 Respirationis organis malè affectis remedia vnde petenda sint.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

*rò aſpredo ſentiatur, cibis vtendum eſt, * qui diutius hæreāt in partibus quæ cum loco affecto commercium habent. Eſt enim [1] vna, eadémque ſibi continua & cohærens tunica, quæ pharyngem, laryngem, gulam, & interna ipſius aſperæ arteriæ veſtit, obducítque. Quare cibi congruentes tunc erunt, qui ex lacte, amylo, alica, ouis, & libis dulciarijs conſtant. Si verò per hæc non curetur affectio ipſa, inuenta ſunt à medicis pharmaca ſub lingua tenenda, ob ídque hypoglottides appellata: [2] quæ eadem facultate cum arteriacis vocatis prædita, ex vino Theræo, gummi, tragacantha, & glycyrrhiza conflantur: quæ læuigant quidem, reprimúntque omnes aſperitates: quicquid verò reliqui eſt, ex inflammatione, concoquunt, & citò perſanant. [3] Qui autem pharmacum linguæ ſubdet, patiens ſit laboris oportet, vt ipſum paulatim liqueſcens, in laryngem excipiat, renitens interim tuſſi, ſiqua excitari videatur. Impoſſibile tamen eſt, vt hi claram vocem elidant, citra vſum pharmacorum abſq; acrimonia extergentium: [4] qualia ſunt faba freſa elixa, ptiſana, ac ſemen lini torrefactum. His magis detergūt reſina terebinthina, thúſq;, ac deſpumatum mel, & amygdalæ amaræ: quemadmodū iſtis rurſus fortiora ſunt farina erui, ſemen ormini, radix iridis, panacíſq;. [5] Cæterùm his omnibus vina mollia, & paſſum*

Cretic

1 Tunicâ eâdem veſtiri gulã, pharyngē, laryngem, & interna aſperæ arteriæ.

2 Hypoglottides ex quibus conflētur.

3 Hypoglottidibꝰ quomodo ſit vtendū.

4 Extergētia ad vocis puritatem facientia, quæ ſint.

5 Voci aut impeditæ, aut raucæ, ob inflāmatas affectiones circa laryngē, aut aſperā arteriam obortas, qualis victus & medicinæ ratio conueniat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Creticum, & Theræum, & Scybelites, & ſapa, & decoctum caricarum, cõueniunt. Eſt autem ab affectionis principio vſq; ad finem eiuſdem, paulatim progrediendum à leuiſſimis tum cibis, tum medicamentis, ad ea quæ diſcutiant detergántque vehementius. Igitur primi ordinis ſunt tragacantha, gummi, Samius aſter, amylum, ſorbitio ex alica & trago, lac, panes dulciarij, oua ſorbilia, ſeſama, & nuces pineæ, quas ſtrobilos vocant. Ab his autem deinceps eſt butyrum, & glycyrrhizæ decoctum: id quod præſtiterit ad ſapam ex muſto, vel ad Creticum paſſum miſcere, rurſusq; coquere. Hæc itaq; in affectionibus inflammatis circa arteriam atq; laryngem ortis commoda in principio ſunt, donec moderata inflammatio fiat: ac præ omnibus à vini potu hoc tempore abſtinendũ eſt. Quum verò moderatior facta inflammatio fuerit, vinum dulce Theræum, aut Scybeliten bibere licet: quo tempore etiam butyrum eſt aptum, & ſorbitio ex amygdalis, necnõ ex lacte & melle diutius coctis, amylóq; iniecto, aut ſiligine. Qua ſanè victus ratione inflammatio quidem ipſa ſedatur: relinquitur tamen humiditas multa, ob quam impoſſibile eſt claram vocem proferri. Quare tranſire tunc conuenit ab ijs edulijs, ad omnia ex melle cocta, & ad fabam freſam elixam, & ptiſanam, & braſſicam, & porrum probè coctum. Similiter etiam pharmacorum vſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vsus idoneus est, quo tempore inflammatio aut aspredo præcellunt, eorum quæ detinentur sub lingua: post hæc magis detergentia & resiccantia exhibemus: idq; gradatim facimus, donec ad ea quæ acredinis nonnihil sortiuntur, perueniamus. Deinceps igitur ex arteriacis, quæ à veteribus prodita sunt, eligens præstantiora, huic methodo adijciam: quæ quidem nec discernere, nec ijs probè vti poterit, qui in Commentarijs Simplicium medicamentorum accuratè non fuerit exercitatus.

De arteriacis ab Andromacho scriptis.

THuris, myrrhæ, croci, singu. drach. 1. scillæ drachm. 2. paßi Cretici sextar. 3. Scilla in passo coquitur, donec inspissetur passum: dein scilla abiecta, insperguntur reliqua: fitq; elicton, hoc est, delingibile pharmacum. 1 Arteriaca, hoc est, ad affectus organorũ vocis & respirationis congruẽtia pharmaca Andromachi.

Alia arteriaca confectio.

Aloës sextantem, croci vnc. 1. mastiches tantundem. Conficito. Soluit enim aluum, concoquítque croci ratione ea, quorum gratia exhibetur.

Alia leniens exasperata, concoquénsque & extergens.

Thuris, succi glycyrrhizæ, sing. vnc. 1. tragacanthæ drachm. 6. nardi drachm. 1. myrrhæ, amomi, croci, sing. drach. 4. mellis Attici quod sit satis. Conficito.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Tabidis arteriacum optimum.

[1] Alia arteriaca, optima ad tabidos, & omnes inueteratos pulmonis & thoracis affectus.

Cinnamomi, thuris, vtriusque vnc.1. succi glycyrrhizæ, myrrhæ, tragacanthæ, nardi Indicæ, amomi, sing. drach.4. croci drachm.1. Melle Attico excipito.

2 Hæmoptoicis arteriaca confectio.

[2] Alia ad arteriam affectam, vlcera pulmonis, puris & sanguinis reiectiones, fluxionésque in thoracem, & ad ea quæ ægrè educi possunt, vehementer efficax.

Resinæ terebinthinæ, croci Cilicij, thuris, myrrhæ Troglodyticæ, cinnamomi, amomi, nucis pineæ, glycyrrhizæ absq; medulla, asteris Samij, chalbani, costi, singul. drach.4. nardi Syriacæ drach.2.ß. casiæ nigræ drach.2. tragacanthæ, palmularum Syriacarum carnis, sing. drach.3. mellis Attici heminas 4. Conficito.

Hypoglottides, hoc est, orbiculi sub lingua tenendi, ad aspredines gutturis, interceptā vocē, & sanguinē reiectātes.

Tragacanthæ drac.6. gummi drac.5. thuris dra.1. obol.1. myrrhæ dra.1. obol.2. croci tantundem, succi glycyrrhizæ drach.1. obol.3. aut rad. drach.2.ß. piperis albi grana 25. palmularum pinguium carnis drach.3. Tragacantham passo maceratam & tritam, reliquis tritis committito, fingitóq; catapotia magnitudine fabæ.

[1] Arter

[1] Arteriace delingibilis, ad tabescentes, purulentos, ádq; hydropas incipientes, & tusses inueteratas congruens. Datur per diem & noctem cochlearij mensura.

1 Hydropi receti optimum medicamen.

Succi scillæ sext. 4. paßi Cretici sext. 3. vini Falerni sext. 8. mellis Attici sext. 3. myrrhæ triẽtem, croci, thuris, vtriusq; sextantem, aristolochiæ oblongæ minam 1. ß. glycyrrhizæ minam vnam, radicis eryngij sextantem, casiæ, nardi Celticæ, sing. vnc. 1. xylobalsami bessem. Lignosa illa contusa in vino macerato per triduum, dein ad lentum ignem ad tertias coquito, atque ita exprimito, & retrimentis abiectis, passum, mel, & scillæ succũ cõijcito, & ad mellis craßitudinem coquito. Crocũ verò, thus, & myrrhã, cum vino terito, atq; vbi optimè habuerit pharmacum, addito: postquàm verò fuerint modicè fusa, ab igne tollito, & reponito ad vsum.

Alia arteriaca media mediis congruens arteriæ affectibus.

Croci, vuæ passæ exacinatæ, vtriusque drac. 1. amygd. dul. drach. 8. myrrhæ obol. 4. tragacanthæ drachm. 4. piperis albi ob. 4. melle cocto excipiantur.

[2] Critonis arteriaca, ad vocem interceptam.

2 Voci interceptę arteriaca Critonis.

Ficum & eryngium probè coquito, & ad decoctum ipsorum gummi addito, vt melle durior

durior confectio fiat, exhibetóq; ad noctem.

1 Vlceribus auriũ, pudendiq; medicamẽtum.

[1] Alia eiusdem, faciens ad affectus arteriæ, & vlcera tum aurium, tum etiam pudendi.

Thuris ob.4. myrrhæ drach.2. paßi cyathos. 3. Passum ad mellis spißitudinem coquito: dein myrrham & thus cum passo semicocto ablato misceto. Facit etiã ad dysentericos & cœliacos.

2 Coquẽda esse arteriaca leniẽtia in duplici vase, & quomodo.

[2] *Rectißimè autem fecerit, qui arteriacas concoquentes atq; lenientes in duplici vase coxerit, nempe vasculum quod coquendum pharmacũ continet, in aliud plenũ aquæ feruẽtis imponẽs.*

3 Dià codyon Critonis.

[3] Confectio Critonis ex capitibus papaueris, dià codύων dicta, ad affectus organorum respirationis conducens.

Capita papaueris agrestis octingenta, aquæ sextarios 80. Coquito ad tertias, hoc est, donec flaccida appareãt: atque expreßis addito mellis lib.10. Si verò variam efficere vis, adde croci, myrrhæ, succi hypocistidis sing. drach.12. thuris drac.6. acaciæ drach.12. Optima tamen est simplicißima.

4 Dià codyon, hoc est, ex capitibus papaueris confectum medicamẽtum, quibus cõueniat.

De vsu confectionis ex papaueris capitibus.

VSus [4] *eius est in ijs qui somno opus habent: quibus etiam ex opio confecta sæpe exhibere cogimur. Opus habent maximè huiusmodi pharmacis ij, quibus tenuis fluxus à capite ad asperã arteriam destillat, nõ permittens*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dormire ob consequentem tußim. In talibus ego etiam ex sapa, hoc est, hepsemate siue musto cocto, quod etiam siræon vocant, pharmaci compositionem parare soleo. Quin & per passum aut Theræum Creticum melius est, quàm per mel, cocturam fieri, vbi fluxus valde tenuis extiterit. [1] *Mel siquidem fugiẽdum tunc est, quũ tenues fluxiones augeat, facultate tenuãdi præditum. Admiscetur etiam huiuscemodi pharmaco glycyrrhiza ita vt simul cum ipso coquatur. Si verò in pulmone consistat copia humoris delapsi à capite, confectio ex melle est præstantior.* [2] *Datur commoderata mensura duorum cochleariorum satis magnorum copia. Augebis autem & minues hanc copiam, respiciẽs ad magnitudinem corporis, cui exhibiturus es, necnon ætatem, anni tempus, atque regionem. In omnibus enim his frigidioribus minimum dabis, calidioribus amplius.*

1 Mellis vsum fugiẽdum esse, vbi tenuis fluxus à capite ad asperam arteriam destillat: recipiendũ autem dum crassus.

2 Dià codyon medicamine vtendi modus.

[3] Arteriacæ ab Asclepiade scriptæ.

Braßicæ succum melle coctum lingendum exhibe.

3 Arteriaca medicamenta ab Asclepiade relicta.

Alia.

Cremoris eryngij, in aqua cocti, heminas 2. cremoris caricarum similiter coctarum, tantundem. His adde gũmi subtilißimè dissoluti drac. 8. coquito diligẽter ad arteriacæ spißitudinem, & inde cubitum ituris ad cyathi mensuram lingendum dato.

Alia.

Chalbani drach. 6. piperis drach. 1. nitri tantundem mellis Attici cyathos 6. Chalbanũ & mel coquito, dẽsataq; adijcito cæteris, vtitorq;.

Alia insignis.

Croci, myrrhæ succi glycyrrhizæ, thuris, casiæ, sing. drach. 1. piperis grana 24. passi Cretici sext. 3. mellis Attici ciathos 6. vtere.

[1] Hypoglossis Dioscoridis.

2 Hypoglossis, hoc est, medicamẽ sub lingua tenẽdũ Dioscoridis.

Croci, myrrhæ, tragacanthæ, succi glycyrrhizæ, sing. drach. 1 nuces pineas repurgatas, cõtusásque, numero 60. amygdalas mundas totidẽ. Excipiantur melle decocto. Datur nucis Ponticæ magnitudine sub lingua tenenda.

[2] Alia mithridatis.

2 Hypoglottis Mithridatis.

Myrrhæ, croci, vtriusque drac. 4. nardi Indicæ, terebinthinæ, vtriusque drach. 2. thuris, casiæ, cinnamomi, sing. drach. 1. passi Cretici hemինas 3. Passum & terebinthinam ad perfectam incompagem coquito, & cum siccis cõmittito: indéque ad nucis Ponticæ magnitudinem sub lingua tenendum dato.

[3] Alia mirificè faciens ad affectiones thoracis.

3 Hypoglottides variæ, multiq; vsus.

Farinæ fabaceæ tostæ hem. 1. iridis Illyricæ quadrantem, nucum pinearum, tostarũ sextantem, pulegij aridi cõtusi sesquidrachmã, seminis vrticæ drac. 1. piperis vnc. ß. mellis boni sext. 2. Farinam cum melle ad densitatem coquito. Seminis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

minis lini etiam tusi, tosti, & cribrati heminã vnã in promptu habeto, cum cæterisq; adijcito.

Alia ad tussim & spiritus prolationem, valde probè expurgans.

Hyssopi, pulegij, vtriusque sextantem, iridis, sem. sinapis, nasturtij, anisi, piperis, sing. vnc. I. tusa & cribrata melle cocto excipito. Datur cochlearis boni mensura.

[1] Confectio ex marrubio Platonis. 1 Marrubio cõstans medicamẽtũ.

Myrrhæ, styracis opij, succi marrubij, chalbani, croci, æquales partes. Vtere melle cocto exceptis.

[2] Pharmacum Harmonia dictum, ad destillationes, insuperabilémque defluxum conducens. 2 Harmonia dictũ medicamẽtum, defluxui ad pectus conferens.

Styracis, castorij, piperis, cardamomi, sing. drach. 3. opij. myrrhæ, sem. hyoscyami albi, sing. drac. 4. passo excepta in catapotia reducito, datóque ciceris magnitudine ad somnum.

[3] Medicamen Andromachi, Ambrosia dictum, ad phthisicos & febres repetentes per circuitus. 3 Ambrosia Andromachi, febribus repetentibus per circuitus conferens.

Nardi, croci, myrrhæ, costi, casiæ, cinnamomi, iunci rotundi odorati, piperis nigri & albi, castorij, chalbani, terebinthinæ, styracis, succi papaueris, seminis hyoscyami, sing. dra. I. tragacanthæ drach. 6. anisi, sem. lini. sing. drach. I. mellis quod sit satis, vini Phalerni herminam. Traga

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cantham vino sufficienti macerato, & reliqua simul cum melle committito. Datur febrientibus sesquidrachma ex aqua mulsa: febre carentibus vncia dimidia cum melle & aceti cochleario vno, & vini Falerni cyathis duobus.

Aliud ad omnem tussim.

Anisi drach. 2. costi obolos 3. myrrhæ, castorij, chalbani, piperis albi, sem. hyoscyami, opij, succi glycyrrhizæ, sing. drach. 1. passo excipito, redigitóque in catapotia, ciceris magnitudine.

1 Tussi omnigenæ medicamẽ optimum. [1] Aliud ad omnem tussim, & fluxionem, & abscessus internos.

Sagapeni, gentianæ, myrrhæ, opopanacis, piperis albi, sing. drach. 2. baccarum lauri mund. drach. 4. trita, & aqua excepta, exhibeto ad Græcæ magnitudinem fabæ: ischiadicis tamen paulò plus, ex vini diluti cyathis tribus.

De reiectatione sanguinis.

2 Hæmoptoicorum curatio. IN [2] *reiectatione sanguinis primum periculum est, ne immoderata eius vacuatio fiat. Vbi verò suppressus est, curatio eius quidẽ, quæ ex reseratione osculi alicuius vasis contigit,*
3 Obturatio vasorũ à quibus fiat. *per obturationem fit osculi dilatati eius verò quæ ex vasis ruptura, per conglutinationem eiusdem: quemadmodum eius quæ ex erosione,*
4 Glutinatio ruptorum vasorum à quibus fiat. *per erosorum renutritionem.* [3] *Obturatur igitur osculum reseratum, per adstringentia:* [4] *cõglutinatur autem ruptum per eadem, & quæcunque ipsis in compositione miscẽtur, citra mor*

dacit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dacitatem reſiccantia, & glutinoſum quiddam habentia: velut eſt Lemnia terra, & Samius aſter. [1] *Renutriuntur corroſa per cibos boni ſucci, & pharmaca carnem gignentia. Igitur iuxta primam rationem, ex talibus pharmaca componuntur congruentia ad curandam ſanguinis eiectionem: iuxta ſecundam verò,* [2] *in ijs qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut larynge reiectant ſanguinem, miſcentur prædictis congruenti mẽſura calida & tenuium partium medicamenta, quæ infeſtiſſima ſunt tribus illis affectionibus dictis: miſcentur, inquam, gratia diſtributionis, vt videlicet adſtringentibus medicamentis præparent ac veluti ſternãt viam. At quum ex locis circa ſtomachum, aut aluum, aut aliquod inteſtinum, ſanguis educitur, huiuſmodi pharmacorum miſtura non eſt opus: infeſtiſſimũ tamen his eſt id genus pharmacorum, quòd in tantum refrigerat, vt affectum ſtupefaciat:* [3] *quamuis & hæc miſceantur medicamentis ad ſanguinis reiectiones congruentibus, quum altiorem ſomnum conciliẽt, & commodiſſima ſint ijs qui tuſſi lancinantur, ſiſtentia nimirum ſanguinem qui ad vas affectum defertur, atque hoc per ſuam frigiditatẽ. Atque hi ſanè ſunt compoſitionis ſcopi.*

1 Renutritio eroſorum, à quibus fiat.

2 Diſtributionis ratione miſceri adſtringentibus medicamenta contraria diſpoſitioni hæmoptoicæ.

3 Stupefacientis medicamenta qua ratione pharmacis congruẽtibus ad ſanguinis reiectationes, miſceantur.

4 Quæ ab Andromacho ad ſanguinis reiectationem ſcripta ſunt.

4 Hæmoptoicis remedia ab Andromacho ſcripta.

Acaciæ drach. 4. roſarum ſiccarum, balau-

stij sing. drach. 8. gummi drach. 2. tragacanthæ drach. 1. cum aqua pastillos facito, quorum singuli pendant drachmam vnam. Dato ex aqua pluuia: habet enim vim adstringendi.

1 Sanguinis reiectationi remedia.

[1] Aliud sistens sanguinem.

Croci Cilicij, myrrhæ, iridis, nardi Indicæ, thuris, acaciæ, sing. vnc. 1. succi papaueris, costi, piperis sing. vnc. S. rosarum siccarum triétem. Melle excipito. Datur fabæ Aegyptiæ magnitudo.

Aliud.

Succi hypocistidos, balaustij, acatiæ, gallæ, cytinorũ, sing. drach. 12. succi papaueris drach. 6. croci tantundem. Redigito in triobolares pastillos.

Aliud egregium.

Balaustij, acaciæ, opij, myrrhæ, sing. drac. 2. tragacanthæ, succi hypocistidos, florum, rosarum seminis hyoscyami. singul. drach. 4. thuris drach. 3. excipito succo polygoni.

2 Dysenteriæ remedium.

[2] Aliud ad hæmoptoicos & dysentericos.

Floris rosarum, opij, acaciæ, gummi, balaustij hypocistidos, sing. quadrantem, gallæ vnc. 1. seminis plantaginis, eiusdémque succi, vtriusque sextãtem, Lycij Indici succi rosarũ, vtriusque vnc. 1. redigito in pastillos drachmales.

3 Hæmoptoicis remedia ab Asclepiade scripta.

[3] Quæ Asclepiades ad sanguinis reiectationes scripserit.

Radicis

Radicis polygoni manipulum, rad. symphyti tantūdem, rhois rubri acetabulum, aquæ sextarios 3. coquito ad tertias, & expressi liquoris cyathum vnum dato, cum gummi tenuissimè triti & dissoluti drachma vna.

Aliud.

Mororum rubrorum nondum maturorum li. 16. aquæ pluuiæ sextarios 16. coquito ad tertias & expressum liquorem reponito. Idem licebit facere etiam de corni fructu.

Aliud.

Balaustij, terræ Samiæ, corticis thuris, gummi, singulorū æquale pondus. Trita & cribrata exhibe cochlearis mensura in aquæ frigidæ cyatho vno.

Aliud.

Succi hypocistidos, succi acaciæ, succi rhois Syriaci, balaustij, opij, gūmi, sing. drach. 4. Vini myrtitæ, quod satis est. Conficito, & vtitor.

[1] Pastillus ex succino, hæmoptoicis, diuturnæ & recenti tussi, phthisicis, sanguinem reiicientibus, purulentis, cœliacis, dysentericis, & inflatis conferens.

1 Pastillorum ex succino confectio, quos barbari trochiscos de carabe appellant.

Psyllij mundi drach. 45. iridis Illiricæ, mastiches, ramentorum succini, croci, sing. drach. 30. opij drach. 15. Psyllium in aquam calidam coniectum macerari sinito. Vbi verò suo glutine & mucilagine ipsam aquam infecerit, liquorem exprimito, & cum eo pharmacum in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pastillos cogito. Ex quibus obolos 3. ad somnum dato. Sint autem aquæ sextarij terni.

1 Pastillus ex corallio.

[1] Pastillus ex corallio.

Corallij, terræ Samiæ, vtriusque drach. 8. balaustiorum, amyli, terræ Lemniæ, sing. drac. 4. sem. hyoscyami albi, opij, hypocistidis, singu. drac. 2. Excipe succo arnoglossæ, cogéq; in pastillos, & exhibe.

2 Anodyna Andromachi, ad affectus organorum respirationis, aliasq; internas dispositiones, congruentia.

[2] Confectiones sedantes dolorem, tabescentibus & sanguinem reiectantibus, internorúmque affectibus, commodæ, ab Andromacho scriptæ.

Radicis panacis, seminis dauci, castorij, sem. hyoscyami, opij, sing. drach. 4. mellis quod sit satis. Dantur oboli quatuor cum aquæ cyathis tribus.

Alia sedans dolorem, valens ad tormina, & dysenterias.

Sem. apij drach. 2. anisi drach. 1. piperis albi tantundem, myrrhæ castorij, vtriusque obolos 4. opij, croci, singul. obolos 3. gentianæ drac. 2. Pastillos triobolares conficito, variéque vtitor.

Alia iucunda appellata.

Iridis Illyricæ, succini, croci, masticbes Chiæ singul. drachm. 30. psyllij drachm. 45. succi papaueris drach. 15. cum aqua pluuia pastillos, quorum singuli pendeant drach. 1. ß. conficito, & exhibeto. Psylliū tamen per diē ac noctē aqua

aqua pluuiali macerato: dein coquito, & exprimito, cremorémque cum alijs misceto.

Alia dolorem sedans, ad omnes internos affectus, & sanguinis reiectiones, vndecunque erumpant. Facit & ad nephriticos & hepaticos. Hanc ne prius dederis, quàm mercedem accipias.

Cinnamomi, casiæ, vtriusque drach. 2. myrrhæ, piperis vtriusque, chalbani, singul. drach. 1. opij drach. 2. Trita cum melle pauco, in catapotia redigito, partim magnitudine fabæ, partim quantitate araci. Dato iuxta cuiusque vires cum aqua, aut pro iudicio tuo.

Alia ad eadem, Mysterium dicta.

Croci, costi, castorij, asari, seminis hyoscyami, opij styracis, singu. drachm. 1. Excipito melle vtrorque.

[1] Anodyna ad easdem affectiones ab Asclepiade scripta. 1 Anodyna ad internos affectus ab Asclepiade scripta.

Seminis cucumeris hortensis decorticati dra. 8. amyli drach. 4. seminis lini, seminis papaueris albi, vtriusque drachm. 2. Tusa & cribrata excipe tragacanthæ cremore, & in drachmales pastillos redige. Dantur oboli 3. non febrientibus quidem, ex vino: febrientibus verò, ex succo rhoïs. Faciunt & ad fluxiones thoracis.

[2] Confectio, Panchrestos dicta, hoc est, multi vsus, ad tussim antiquam, purulentos, orthopnoicos, tabescētes, ad omnésq; 2 Panchrestos Asclepiadis, multi vsus ad varios internorum affectus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

inflationes. Pellit ſecundas & menſes, medetúrque veſicæ affectibus.

Terebinthinæ drach. 8. ſtyracis drachm. 6. myrrhæ drach. 5. croci, iridis, chalbani, ſingul. drach. 4. ſeminis hyoſcyami, corticis, mandragoræ, irionis torrefacti, opopanacis ſingul. drach. 2. piperis, ſpumæ nitri, vtriuſque drach. 1. paſſo excipito.

1 Antidotus Ariſtarchi admiranda.

[1] Antidotus Ariſtarchi admiranda, conferens ad affectiones prædictas, renitênſque venenis, exterminánſque febres repetentes per circuitus, vna hora ante exacerbationem exhibita.

Cinnamomi, coſti, chalbani, caſtorij, ſucci papaueris, piperis nigri, & longi, ſtyracis ſing. vnc. 1. mellis ſextarium vnum. Arida terũtur & cribrantur. Chalbanũ coquitur cum melle: excolatis verò reliqua adduntur, reponunturq́; in vitream pyxidem, argenteámue. Datur fabæ Aegyptiæ magnitudine, cum aquæ mulſæ cyathis duobus, inſtillatis digito guttis aceti nouem.

De ortohpnœa.

2 Aſthmatici cur ſic dicantur.

3 Orthopnoici cur ſic dicantur.

QVI [2] *citra febrem densè reſpirant, ob ſymptoma id dicũtur Aſthmatici, hoc eſt, anheloſi.* [3] *Eoſdem etiã ob ſymptoma aliud orthopnoicos appellant, quòd thorace recto ſpirare cogantur, metu ſuffocationis. Minus eſt autem quòd hi inſpirant, quàm pro vſu reſpirationis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rationis, etiamsi thorax ipsis plurimum dilatetur. [1] Ex quo manifestum fit, internam capacitatem coarctatam ipsis esse præter naturam: id quod ægri etiam haud obscuro sensu perceptãt. [2] Fit etenim & purulentis locorum coarctatio ob collectum inter thoracẽ & pulmones humorem. [3] Fit etiam peripneumonicis, ob pulmonis inflammationẽ. [4] Restant autem adhuc affectiones duæ, quæ angustiam locorum faciũt in vijs, per quas aër inspiratur: quum aut humorum crassorum & viscidorum multitudo pulmonis bronchijs fuerit impacta: aut tumor abscessui similis in ipso constiterit. Cæterùm curatio ambarum affectionum aliquid commune habet, aliquid priuatum, & alteri tantum propriũ. Commune quidem vtrisque est, vt absumatur redundantia humoris affectiones gignentis: proprium, affectioni quidem viscidorum humorum, vt per attenuantia & extergentia pharmaca dißipentur: ei verò quæ propter tumorẽ accidit, vt per attenuantia & exiccantia eadem cõsumptio fiat: quæ curatio rursus omnibus in profundo abscesßibus communis existit. Vini itaque potius ambabus cõpetit. [5] Omnis autem potus modicus sit in ijs qui alicubi abscessum habent: multus contrà in illis, quibus viscidis & crasßis succis sunt obturata bronchia. Quippe pharmaca eiusmodi repurgantia humores, tusses necessariò excitant.

1 Orthopnœæ causa.

2 Purulenti.

3 Peripneumonici.

4 Respirationis organorum angustiã quæ efficere posſint.

5 Potũ esse debere modicum iis quibus organa respirationis ab aliquo tumore angustantur: cõtrà multũ illis, quib⁹ bronchia à crasſis & viscidis succis obstruãtur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

non verò facilè per sputum reijcitur, quod expurgatum est, nimirum ob craßitudinem. Quapropter humectatione multa opus habet, quò efferatur facilè.

1 Dyspnœæ remedia ab Asclepiade scripta.

[1] Quæ scripserit Asclepiades ad dyspnoicos.

Scillæ crudæ succum exprimito, eiq; parẽ Attici mellis mensuram addito, & ad prunas admotas coquito. Dato inde & ante & post cibum mystri mensuram.

Aliud.

Origani drac. 8. comæ thymi iridis Illyricæ, calaminthæ siccæ, piperis albi, anisi torrefacti, sing. tantundem. Cribrata melle cocto excipito. Dato nucis Ponticæ magnitudinem.

Aliud.

Vuæ paßæ Rhodiæ, exacinatæ, acetabulum, fœnigræci loti tantundem, aquæ pluuiæ sextarium. 1. Coquito donec dißoluantur, & liquorem excolatum reponito. Ex hoc præbeto aßiduè, & iuxta singulas irritationes cyathi mensuram calfactam.

Aliud.

Anisi, sulfuris viui, vtriusq; quadrantem, ammoniaci thymiamatis, castorij, melãthij, sin. drac. 4. aqua diluta in catapotia cogito, vnúmq; in aceti mulsi cyathis tribus propinato. Hæc omnia sunt ab Asclepiade scripta illis, quibus pulmonis bronchia craßis & viscidis humo

ribus

ribus sunt referta. At verò abscessus, qui attenuantibus & resiccantibus opus habent, maximè gaudent aromatum facultatibus, quæ & tenuium partiũ sunt, & resiccatoriæ, præter hoc quòd calfaciunt. Porrò iis qui propriè orthopnoici & asthmatici nominãtur, pharmaca conueniunt secantia citra calfactionẽ: [1] *ob idq; iuuantur maximè ab scillitico aceto: necnon ab scilla, & ab aceto mulso, eodémq; scillitico. Queãdmodum autẽ in hac affectione vehementer cauendũ est, ne calfaciamus, propterea quòd visci di & crassi succi non modò nõ iuuãtur, sed offenduntur etiam vsu calfacientium: eodem modo, quæ valde refrigerant, sunt omnino vitanda.*

1 Scillinum acetum orthopnoicis asthmaticisq; maximè opitulatur.

[2] Quæ pharmaca scripserit ad eiusmodi affectiones Andromachus, & primùm ad dyspnœam.

2 Dyspnœę remedia Andromachi.

Sulfuris viui drac. 1. sem. rutæ syluestris tantundem, aristolochiæ, absinthij, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, sing. drach. 4. trita cum aceto in catapotia fabarum instar redigito. Dato manè tria, & vesperi totidem.

Aliud.

Ammoniaci thymiamatis, abrotoni, sing. dr. 2. sulfuris viui dra. 1. formato cum aqua pastillos, & cum aquæ mulsæ cyathis tribus præbeto.

Aliud.

Scillæ sulfuris viui, bituminis, sing. partem vnam. Dantur obol. 3. in aceto mulso.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAmeni de compositione medicamentorum secundum partes,

LIBER VIII.

De pharmacis congruentibus ori ventriculi.



ORRO` *difficillimum est ad veritatem eos reuocare, qui sese alicui sectæ seruiliter addixerunt. At qui prudẽtes sunt, veritatísque ardenti desyderio tenentur, ij (vt spero) custodient ea,* [1] *quæ à natura nobis veluti iudicandi instrumenta concessa sunt ad actionum vitæ cognitionem, Experientiam nempe, & Rationem: quorum semper alterum ad perfectam disciplinam altero indiget. Etenim falsæ opiniones animos hominum præoccupantes, non solùm surdos, sed adeò etiam cæcos efficiunt, vt videre nequeant, quæ ab alijs conspicuè cernuntur. Proinde fit, vt complures Empirici, nec pauci etiam ex ijs qui sese Methodicos iactant, per pharmaca relaxantia curantes inflammationes*

[1] Instrumẽta duo nobis fuisse data à natura, necessaria ad vitæ actiões, experiẽtiã nempe, & rationem: quorũ semper ad perfectam disciplinam a.terũ indiget altero.

oris ventriculi & hepatis[1] (quæ miscellam adstringentium desyderant) ægros omneis ad vnum occidant, atq; in exitium adigant. Quippe nisi facultatem, quæ firmitudinem addat, in illarũ partiũ affectibus ad relaxantia permisceas, vita in discrimen vocatur. Igitur adstringẽtia omnia, quæ ad illarũ partiũ affectus partim emplastris atq; ceratis mista adhibẽtur extrinsecus, partim intus vorãtur, impræsentiarum ea ipse indicabo, auspicatus ab ijs quæ conueniunt inflammationibus, quòd maximè in ipsis ægri periclitentur. [2] Ceratum ergo, quo aßiduè vtor, ex aloë, mastiche, cera Pontica, & vnguento nardino constat. Cæterùm ad vnciam vnam mensuralem nardini olei, hyeme quidem 8. æstate autem 7. ceræ partes induntur. Liquatis igitur in duplici vase, refrigeratísque, & derasis, addes aloës & mastiches, reductorum in pollinem, vtriusque drachmam vnam & quandoque plus: sic tamen vt ad sesquidrachmam non progrediaris. Quòd si ampliori opus sit adstrictione, nimirum tanta imbecillitate existente, vt ventriculus retinere cibos non poßit, addes drachmam I. omphacij: id quod primò inijci debet in cerati præparatione. Similiter licebit absinthij succum miscere: quandoque etiam ambo sicuti & tertium hypocistidis: & quartum œnanthes. Quin & rhois succum non rarò admiscui. Cerati

tamen

1 Inflãmationes oris ventriculi & hepatis, cum relaxãtibus miscellã adstringẽtiũ pharmacorum desyderant.

2 Ceratum Galeni ad inflammationes oris ventriculi & hepatis maximè cõgruum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tamen augenda est copia, iuxta proportionē numeri aliorum pharmacorum. At inueteratis atque induratis inflammationibus magis varia conueniūt pharmaca, & quæ ex aromatis quippiam habeant, nonnihilque etiam emollientium atque digerentium sortiantur: cuiusmodi est, quod ex meliloto conficitur, congruens omnibus iuxta præcordia inflammatis. [1] *Porrò os ventriculi nonnulli hodie communiter stomachum nominant: quam partem olim frequentius Cardian, hoc est, cor appellabant:* [2] *vnde vox Cardialgia est deducta, quæ minimè quidem cordis, sed oris ventriculi dolorem & mordicationem significat. Fiunt quippe in ipso tum morsus, tum inexplebilis fames, vt interdum etiam nauseosæ dispositiones: in quibus omnibus communis quidam adstringentium pharmacorum vsus inuentus est, admista autem sunt plerisq; ipsorum calfacientia simul & resiccantia.* [3] *Verū affectus in profundo sitos, vt cognoscamus, maximis vtamur coniecturis est opus: ob ídque vtilissima Medicæ artis pars est, quæ cognitionem ipsorum indicat.* [4] *Quum igitur octo sint in singulis partibus intemperantiæ corporis: atq; hæ omnes aut secundum solas nudas qualitates gignantur, aut accedente alicuius humoris complexu: certè earum singulæ per contrarias qualitates sunt reducendæ ad mediocritatem, Quia verò plurimæ intemperaturæ homini*

1 Os vētriculi, quod olim cor nominabant, nonnulli hodie stomachū vocant.

2 Cardialgia significat morsū oris ventriculi.

3 Affectus interni vt cognoscantur, op⁹ est cōiecturis.

4 Intemperantiæ particularum sunt octo, quas per cōtrarias qualitates reducere ad mediocritatē oportet.

minibus ex redundantia humorũ magis, quàm ex inopia, fiunt, pharmaca resiccantia plerosq; magis iuuant. Quum autem resiccantia ipsa, partim quidem adstringant, cogendo adstringendóque substantiam eorum, quæ contingũt: partim verò discutiant, & in hoc substantiam eorum dissoluant: ob hoc ipsum sanè plures sunt qui adstringentibus indigent. Verùm si humida intemperies coëat cum frigiditate, læduntur qui per sola adstringentia curantur, quæ frigidæ facultatis existunt. Quare meritò plurima pharmaca per experientiam inuenta, ex miscellanea materia constituuntur, adstringente videlicet atque calfaciente: quorum omnium differentiam cognosces, si simplicium pharmacorum facultates memoria tenueris.

Confectiones stomachicæ Andromachi.

Hiera[1] *ad stomachicos: Floris iunci odorati, xylobalsami, masticbes, croci, nardi Indicæ, asari, cinnamomi, sing. drach. 6. aloës lotæ drac. 100. Simul trita repone, prabéq; ieiunis cochlearia 2.*[2] *Sunt tamen qui ad aloës drach. 100. singulorum aliorum drach. 8. adijciant. Non desunt, qui absq; flore iunci odorati conficiant.*[3] *Porrò ad vẽtris subductionem illota aloë est aptior: elota autem multum de medicamentosa vi amittit: quam etiam febricitantibus dare aliquis possit, si febris sit valde mitis.*

1 Stomachicæ confectiões Andromachi.

2 Hieræ picræ variæ cõpositiones.

3 Aloës lotæ, & illotę facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Aloë est infestissima iis, qui citra vitiosos succos intẽperie affligũtur calida & sicca.

2 Aloës vsus laborãtes intẽperie citra redundantiã humorum deducit in tabem.

3 Hiera picra quibus vtilis.

4 Hiera ex aloë est infirmior, quàm vt totum corpus purgare posit.

5 Mastiche ventriculo grata.

6 Cinnamomi facultas.

7 Aloë biliosarũ di-

[1] *Infestißima autem est aloë, vel lota, iis qui citra vitiosos succos intemperie affliguntur calida & sicca. Proximam ab his cladem percipiunt, qui siccam intemperiem habent, vel frigiditati etiam implicitam: & in vniuersum, qui ex sola qualitate particulam aliquã affectam ac læsam poßident. Etenim intemperãtiæ in humoribus consistentes, pharmacis ipsas euacuantibus egent: [2] quæ verò absq; his infestant, penitus commigrant in tabem, ob pharmaci huius ex aloë constantis exhibitionem. [3] At vbi vitiosa humiditas perrigat ventriculi tunicas, hiera ex aloë est vtilis. Omnino autem sic affectis plus aut minus adsunt nauseæ quædam symptomata. [4] Iam verò purgatio quam aloë mollitur, imbecillior est, quàm vt vniuersum corpus purgare queat. Additur illi mastiche, vt vires eius refringat, [5] ventriculo existens etiam grata, & odora. [6] Cinnamomum verò, quum ob easdem causas, tum etiam vt partium suarum tenuitate aperire ventris meatus posit, extergeréque atq; attenuare si quid viscosum aut crassum in humoribus insit. Crassos quippe succos ob purgatoriæ facultatis imbecillitatem aloë trahere non potest. 7 Quapropter biliosarum ventris dispositionum optimũ pharmacum est. Ad hæc, cinnamomum vim obtinet alteratricem vitiosorum humorum, in id quod naturæ modo respondet. Scire itaque licet*

cet, eas dispositiones quæ à prauis succis circa ventrem stomachúmque oboriuntur, maximè per medicamenta ex aloë iuuari:[1] *mirum autem in modum lædi, ab edulijs, potionibus, & pharmacis adstringentibus. Contrà verò, vbi humores non qualitate, sed copia, os ventriculi afflixerint, vtilißimus adstringentium est vsus, nimirum languida tunc existente ipsa particula affecta, instar laxatorum articulorum, quorum etiam per adstringentia affectio corrigitur.*[2] *Porrò polychresta, siue multi vsus medicamenta apparantur, quum vnum habere viginti affectionibus congruum malumus, quàm tot numero alia: quum tamen ad singulas affectiones vnum aliquod destinatum, eo quod ad plures paratum est, melius existat.*

[3] Ad stomachicos hiera Antipatri.

Aloës electæ drachm. 4. mastiches drach. 2. asari drach. 4. rosarum siccarum, iunci odorati, mei, phu, casiæ, singul. semunciam. Tritis vtitor.

[4] Stomachica Galli, affectionibus quæ calfieri & siccari postulant, vtilis.

Corticis radicis fœniculi lib. ß. aceti acris sextarium vnum ß. aloës quadrantem, mellis Attici libr. 1. Radices lotas ad triduum aceto macerato: deinde coquito, atque vbi coctæ fuerint, expressas proijcito, & affuso ad acetū melle, simul coquito. Dein aloën inspergito, & co-

spositionū ventris optimum est medicamē.

1 Adstringentia esculenta, potulentaq; maximè lędūt dispositiones vētriculi à prauis succis obortas: iuuant autem eas, quæ à multis non prauis trahūt ortum.

2 Polychresta hoc est, multi vsus medicamēta, relinq ab iis quæ ad singulas affectiones parantur.

3 Hiera Antipatri faciens ad stomachicos.

4 Stomachica Galli.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Vētriculi tunicis humores crassi altius imbibiti, qualia medicamenta desyderent.

2 Ventriculi frigidā affectionē significat, prorsus nihil sitire.

chlearia 3.cum aqua dato. [1] *Etenim vbi per profundum ventriculi, hoc est altius, copiosa, sed nō praua, fuerit defixa humiditas crassa simul & viscida, opus est mistura pharmaci attenuatorij, perrosiuíque, quale est tum acetū, tū oxymeli. Si verò nec talis sit humiditas, nec altius imbibita, sola ad curationem adstringētia suffecerint.* [2] *Est autē sufficiēs signū frigidæ affectionis vētriculi, si æger se nō sitire percipiat.*

Asclepiadis stomachica, ad roborandum ventriculum, exprimendásque illius aduentitias humiditates congruentia.

3 Stomachica ab Asclepiade scripta.

AD [3] stomachi subuersiones.

Nucleorum mali Punici tusorum succi sextarios.3.succi mentæ, sextarios 1.mellis Attici tantundem. Coquito in fictili vase, assiduè agitando, & vbi densata fuerint, ab igne ablata reponito: porrigitóque mystrum vnum, aut 2.ante cibum.

4 Confectio ex fructibus, ad stomachi subuersionem, cæliacos, & dysentericos faciens.

4 Confectio ex fructib9 Asclepiadis, subuersioni vētriculi, cœliacis & dysentericis conducens.

Mala cotonea num.10.sorba num.50.mespila totidem, rhois rubri sextarium vnū, aquæ congios 7. Fructus tusos & in aquam coniectos, diligēter coquito: & vbi dissoluti fuerint, liquorem exprimito, ac rursus coquito. Quum verò tertia pars liquoris superfuerit, addito mellis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mellis Attici lib.4. & ad prunas aſsiduè agitando coquito, ac ſpiſſata reponito.

[1] Catapotia ad ſubuerſionem ventriculi.

1 Catapotia ad ſubuerſionem ventriculi.

Roſarum recentium deſectis vnguibus drac. 8. ſem. papaueris albi drach. 4. ſem. hyoſcyami drac. 2. aloës obolos 3. aſari tantundem. Cum aqua diluta in pilulas redigito, præbetóq; ciceris magnitudinem.

[2] Ad ardorem ſtomachi catapotium reſtinguens ſitim.

2 Catapotia ad ardorem ventriculi conferentia, ſi ſub lingua teneãtur.

Seminis ſatiui cucumeris drach. 8. ſem. portulacæ tantundem, tragacanthæ drach. 4. Tragacantham ouorum crudorum recentium candido diſſolutam, probè tritis reliquis addito, & ex eis miſtis fingito catapotia, quorum aſsiccatorum in vmbra ſub lingua vnum tenendum dato. Hæc Aſclepiades. [3] *In vniuerſum autem fugienda ea pharmaca ſunt in ventriculi affectibus, quæ chalcanthon, mandragorámve, aut alia id genus recipiunt.*

3 Ventriculo affecto fugiẽda eſſe ea pharmaca, quæ chalcanthon, mandragorámve recipiũt.

[4] Ad voluuloſas ſtomachi ſubuerſiones, paſtillus Amazonum, ab Aſclepiade ſcriptus.

4 Paſtilli Amazonũ ad voluuloſas ventriculi diſpoſitiones.

Seminis apij, & aniſi, vtriuſq; drach. 6. abſinthij drach. 4. piperis, myrrhæ, opij, caſtorij, ſing. drach. 2. cinnamomi drachmas 6. cum aqua paſtillos fingito, & ſummùm drachmam vnam dato, ſtomachicis cum protropi

diluti cyathis 3. cholericis & vomētibus cibum, cum frigida: cœliacis & dysentericis cum baccarum myrti decocto: spleneticis cū hydromelites cyathis tribus. [1] *Ego verò, quòd myrrha aliquid medicamentosum contineat, sine illa maioris securitatis gratia hoc pharmacum præparare consueui, piperis quantitatem adaugens.*

1 Myrrhæ vsum non esse admodum tutū.

Porrò per eiusmodi volulosas dispositiones aliquando stercus per vomitum redditur: vbi videlicet particulæ affectæ à serosis medicatísq; humoribus affliguntur magnopere. Quòd si etiā imbecilliores sint, geminatur malū. [2] *Erit itaque in ijs curationis scopus, vt ad affectas partes odorata admoueamus, cuiusmodi sunt anisum, apiū, daucus, cuminū, & seseli.* [3] *Nam quemadmodū graueolentia omnia stomachum subuertere solent, sic odorata corroborare.* [4] *At absinthium miscetur in præscripto pharmaco, quòd habeat vim extergendi, repurgandi, & subducendi vitiosos stomachi humores: quódque constringat, & denset, robúrq; affectæ particulæ addat.* [5] *Cinnamomum autem fœtidis omnibus, putrilaginosisq; humoribus aduersatur.* [6] *Cæterùm si cinnamomum non adsit, licebit casiam pro illo assumere.*

2 Voluulosas ventris dispositiones esse per odorata curandas.
3 Graueolentia subuertunt stomachum.
4 Absinthij facultas.
5 Cinnamomi facultas.
6 Casia licet vti pro cinnamomo.

Alia stomachica Asclepiadis compositio, vtilis ardorem sentientibus, & ad intensos singultus, & stomachi voluulosas dispositiones.

Costi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Costi, spicæ nardi, chrysobalanorum, rosarum viridium, mastiches, sing. drach. 4. aloës, asari, vtriusque drachm. 2. opij drach. 1. succo psyllij excipito, atq; ad pastillorum formam reducito, obolósque tres exhibeto. [1] *Dictum mihi tamen iam est, impossibile esse vt inueniamus pharmacum, ad affectiones multas optimum: multóque præstantius esse, quod singulis earum destinatur.* [2] *Porrò Hippocrates fieri conuulsionem prodidit ex repletione simul & euacuatione, quemadmodum etiam singultum.*

1 Pharmacum vnum multis affectibus optimum, reperiri non posse.

2 Conuulsio fit ob repletionẽ simul & inanitionẽ

[3] *Quanquam hic aliquando excitari citra plenitudinem aut inanitionem solet, vbi ventriculus ab acribus, serosis, medicamentosisq; humoribus mordicatur: quos vbi quis vomitu eiecerit, singultu subitò liberatur. Multi etiam, deuorato pharmaco dià triôn pepereon, si vinum insuper bibant, omnino singultiunt. Similiter ex cibo in mordacem qualitatem corrupto nonnulli singultiunt, confestímque à vomitu liberantur: vt alij ex rigore oris ventriculi corripiuntur singultu. Verùm pueros maximè singultire contingit, tum ob alimenti corruptionem in ventre, tum ob partis frigiditatem.* [4] *In vniuersum autem, vomitus est sufficiens medela eorum, qui ob copiam, aut mordicationem singultiunt, vt caliditas eorum: qui ob frigiditatem. Ex medicamentis, quæ pharmacum illud constituunt, opium, rosæ, & psyllij*

3 Singultus à quibus fiat causis.

4 Singultui quę medeantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

succus refrigerant : spica nardi & chrysobalanus digerunt & corroborant : asarum per vrinas deducit vitiosos succos : aloë prauos humores purgat: [1] *crocus concoquit & partes corroborat: costus calfacit abundè, adstringítq; mediocriter.* [2] *Stupefacientibus miscentur calfacientia, vt eorum malignitatem corrigant, eísque sint instar vehiculi. Quippe viuentium corpora mortificationi simile quid perpetiuntur ab eorum medicaminum vsu, quæ ex opio, hyoscyamo, & mandragora constant, ita vt infestantes causas non sentiant. Quare multi qui talibus aßiduè vtuntur, particulas ad immedicabilem frigiditatem perducunt. Descripsit etiam Asclepiades Hieræ compositionem, in hoc ab Andromacho dißidens, quòd ille quidem aloës drac.100.ac reliquorum sing. indiderit drachm.6.hic autem octo drachmas scripserit, florémque iunci odorati omiserit, quem alijs miscuit Andromachus: quódq; non xylobalsamo, vt Andromachus, sed pro illo sit carpobalsamo vsus.* [3] *Confert autem huiuscemodi pharmacum ijs, qui ob vitiosos humores, & præcipuè biliosos, tardè concoquunt. Siquidem quibus bilis altius tunicas ventriculi infestat, ij præstantius pharmacum non inuenient.* [4] *Cuius moderata exhibitio ad quatuor vsque drachmas extenditur. Similiter auxiliatur viscerum iam concoctis inflammationibus.*

Rectè

1 Crocus cõcoquit, & partes corroborat.

2 Stupefacsẽtibus misceri calfacientia, vt eorum malignitatem corrigant, eorúmq; vires deducant.

3 Hiera q̃bus conueniat.

4 Hieræ moderata exhibitio ad quatuor drachmas extẽditur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Rectè autem hoc pharmacum tardè concoquentibus, aut bilem vomentibus propinatur ex aquæ cyathis quaternis: vt ex aqua mulsa, ad viscerum inclinantes inflammationes: ac denique ex vino mulso, dum aut vrinas ciêre, aut promouere menses est animus. [1] *Aduerte autem nos appellare drachmam, quod Romani vocant denarium.*

1 Drachma & denari⁹ Romanus, est idem.

[2] Stomachicum dictum Aster inexpugnabilis, ab Asclepiade proditum, sedãs dolorem, inducens somnum, ac varios affectus sanans.

2 Stomachicum Asclepiadis, dictũ Aster inexpugnabilis.

Myrrhæ, styracis, nardi Indicæ, casiæ fistulæ, terræ Lemniæ, corticis mandragoræ, piperis, singul. drach. 4. croci, succi papaueris, sing. dra. 6. seminis dauci Cretici, anisi, seselis, seminis apij, sing. drach. 8. Myrrha, styrax, & opium, vino dissoluuntur odorato, & teruntur: arida verò cribrata miscentur, subiguntúrque, atque in pastillos coguntur, quorum singuli drachmam dimidiam pendant.

Quæ scripserit Archigenes ad affectus ventriculi.

VBi [3] *ructus acidus editur, coriandrum cochlearij mensura edẽdum ante reliquum cibum dato, insupérque merum bibendum.*

3 Vẽtriculi affectibus congruentia medicamenta ab Archigene prodita.

Ad exolutum ventriculum absque febri, mentæ ramulum contritum bibendum dato.

Aut œnanthen similiter tritam cum nardo Indica bibendam dato. Aut marrubij succum cum melle : & vbi paululum quieuerint, vinum cum polenta exhibeto, Aut Chiæ mastiches cochlearium ex aqua frigida dato.

Aut glaciem ieiunis quotidie porrigito. Dolores oris ventriculi lenit, ac maximè ijs, quibus tristitia aut desperatio accedunt, lac asininum, aut muliebre, aut bubulum, silicibus incoctis potatum. Si vnà cum humectatione ventriculi etiam inflammatio adsit, œnanthen cum meliloto, aut rosam siccam cum cerato rosaceo, parum resinæ vstæ habente, imponito.

Quibus autem ob atram bilem, quam gignunt, stomachus inflatione tentatur, spongias aceto acerrimo calido imbutas ad stomachum ipsum imponito. Quòd si tensio adhuc perseueret, alumen liquidum cum atramento sutorio trito, melle exceptum imponas. Aut hæc, & aloën pari portione mista, & myrteo cerato excepta. Aut armentariæ bouis stercus aridum vino incoctum. Aut polij fasciculum coquito, & bibendum dato. Aut calaminthæ decoctum per noctem sub dio expositum, modico melle & piperis drachma admistis, porrigito. Soluunt autem dolores cuminum apiúmque tosta, si modica portione cum aqua bibantur. Aut aloës obolos 2. cum vino mulso, aut vino, aut aqua bibendos dato. Aut

brotoni & thymi, vtriusque obolos duos, ex vino præbe bibendos. [1] *Ligaturas insuper extremorum fortiter adhibe, & circa ipsum stomacum cucurbitulis & fomentis varijs vtere. Quòd si vehemens sit distentio, etiam venæ sectio efficax erit auxilium, & alui solutio per glandem supposititiam.* [2] *Porrò eos qui ex ingenti fame linquuntur animo, reuocabimus odoramentis aceti aut pulegij, aut malis, aut pyris. Excitantur etiam ad carnem suillam assatam, & ad omnia quæ multum alunt, præsertim ea quæ nidorosum odorem exhibent. Instaurabis autem ipsos ijs quæ confertim vires reficere possunt: cuiusmodi sunt oua sorbilia, bulbi, cochleæ..* [3] *At singultientibus rutam cum vino dato, aut nitrum in aqua mulsa, aut opium, aut castorium, aut abrotonum, aut aristolochiam.*

1 Cucurbitulas admouendas esse doléti ventriculo, monet Archigenes.

2 Deliquiũ animi patientes ex fame insigni, quomodo sint reuocandi.

3 Singultiẽtibus quæ opitulẽtur.

[4] Medicamen ex cydoniorum succo, sanans mediocres oris ventriculi affectus.

4 Dià cydonion medicamen.

Succi cydoniorum malorum, sextarios 2. Mellis Attici, tantundem, aceti sesquisextarium: vel sextarium vnum. Zingiberis quadrantem, piperis albi, vnc.1. Arida insperges, vbi malorum succus cum melle & aceto coctus ad mellis craßitudinem fuerit.

Quæ pharmaca Asclepiades scripserit ad affectus oris ventriculi.

Empla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Oris ventriculi affectibus pharmaca ab Asclepiade scripta.

Emplastrum [1] *ad subuersiones oris ventriculi, dolorésque, atque etiam inflammationes: Oenanthes, drach. 6. croci, myrrhæ, floris rosarum, meliloti, mastiches, aloës, corticis mandragoræ, singu. drachm. 4. carnis palmularum, quadrantem. Omnia cerato ex rosaceo confecto excipito, admouetóque.*

Aliud Nicerati, cœliacis, dysentericísq; admodum generosum.

Oenanthes vnc. 2. rosarum siccarum, mastiches, aloës, gallarum omphacitidum, aluminis rotundi, acaciæ, sing. vnc. 1. ceræ lib. 1. picis Brutiæ quadrantem, olei myrtei lib. 1. Arida committito liquidis.

2 Stomachica medicaméta debent habere adstrictoriam vim præpollentem.

Aliud ad eadem insigne.

Oenãthes, omphacij, gallæ, omphacitidis, aluminis scißi, acaciæ, cytinorum mali Punici, Balaustij, mastiches sinc. vn. 1. vini myrtitæ, quãtum satis est his subigendis, carnis fœnicobalanorum sexuncem: exceptis lentiscino cerato vtitor. [2] *Etenim in his, quòd sint stomachica, meritò adstrictoria vis dominatur.* [3] *At in medicamentis hepaticis relaxãtia misceri adstringentibus debent: quemadmodum fit in his, quæ iam subdam, etiam ab Asclepiade prodita.*

3 Hepatica medicaméta mista esse debét ex adstringentibus & relaxãtibus.

[4] Malagma Nilo inscriptum, faciens ad præcordiorum dolores, dissoluénsq; omnem duritiem, splendicis atque hepaticis maximè salutare.

4 Malagma dissoluens hepatis lienísq; durities.

Ceræ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ceræ, ammoniaci thymiamatis, olei cyprini, sing. lib. I. croci semunciam, aceti quod sit satis. Ammoniacum dissoluito: deinde arida adijcito.

[1] Aliud Nileï crocerum, prædictis affectionibus accommodatum, faciens etiam ad erysipelata. 1 Nileï crocerum.

Ammoniaci thymiamatis, ceræ, rosacei, singul. lib. I. croci vnc. I. aceti quod sit satis. Conficito.

[2] Malagma ex meliloto, Hieraticon dictum, ad viscerum dolores accommodatum. 2 Malagma Hieraticō ex meliloto, viscerum doloribus accōmodatū.

Nardi Celticæ, cyperi, myrrhæ sing. drac. 10. cardamomi drach. 8. meliloti drach. 40. croci, amomi, vtriusq; drachm. 8. cypheos sacrificu'orum drach. 16. ammoniaci thymiamatis drach. 40. resinæ terebinthinæ drach. 8. ceræ minam vnam, olei cyprini drac. 120. vini odorati Italici heminam I. Præpara, & vtere.

[3] Malagma Polyarchion, peripneumonicis, stomachicis, lienosis, hydropicísque maximè ex vsu, faciens etiam ad affectiones circa vesicam aut vterum, ad omnémque neruorum per consensum affectionem. 3 Malagma Polyarchion.

Ceræ, terebinthinæ, bdellij, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, cyperi, singul. minam vnam, meliloti, amomi, nardi Indicæ, croci, myrrhæ, thuris, xylocinnamomi, sing. drach. 25. olei

cypr

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cyprini heminam I. vini Italici quod sit satis. Conficito & vtitor.

1 Malagma Andromachi ex meliloto.

[1] Malagma Andromachi ex meliloto.

Nardi Celticæ, cyperi, iridis Illyricæ, myrrhæ, sing. drach. 8. croci drach. 4. meliloti drach. 25. ammoniaci thymiamatis drach. 50. terbinthinæ tantundem, ceræ dra. 100. cyprini heminæ dimidium, aceti quod sit satis.

De hepatis affectibus, & facultatibus.

2 Contrariaesse, quę sub eodem genere plurimum inter se dissident.

3 Extrema plurimum vtrinq; distant à mediis in quoque genere.

4 Hepatis imbecillitatis intemperies est causa.

5 Intemperies est octuplex.

Pleriq; idiotæ quemadmodum stomachicas, sic hepaticas affectiones vocant complures dispositiones iecinoris, tametsi maximè inter se contrarias, [2] hoc est, sub eodem genere plurimùm inter se distantes. Non peccauerit autem quispiam, dicens, propemodum omnia contraria eidem esse generi subdita. Cæterùm contrariorum notio contingit, vbi plurimùm inter se distant. [3] Atqui plurimum in quoque genere vtrinque distant à medijs extrema. [4] Porrò ipsius imbecillitatis iecinoris licebit nobis vnicā assignare dispositionem, seu causam, nempe intemperiem: [5] quæ quidē quum in octo intemperantias distribuatur, rursus non malè dixero, intemperiem ipsam non vnam sed octo dispositiones existere. Ad hæc iuxta aliam sectionē duæ intemperierum differentiæ fiunt, ac iuxta aliam tres: dum videlicet aut secundum qualitates

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tates tantùm alterantur partes affectæ, aut accedente etiam humorũ affluxu, qui aut spatia tantùm occupent in particulis affectis cõtenta, aut etiam substantiã ipsarum imbuant. Igitur circa ventrem & intestina quidẽ, vna in singulis cauitas est, quæ posſit vitiosam humiditatem suscipere: circa hepar autem tot numero sunt, quot habẽtur arteriæ & venæ.[1] *Etenim quum hæ omnes oscula angusta posſideãt, qua parte huius visceris sima cum gibbis coëunt, obstructiones ab illis vitiosis succis aliquãdo oboriuntur, breui in frigidis intẽperaturis, vt temporis progressu in calidis: ad quas tandem obturationes putrefactio cõsequitur. Quum autem hoc viscus tot facultates sortiatur, quot actionum species, cõtingit sæpe vnam ipsarum præcipuè lædi, sæpe duas aut tres, atque omnes quatuor simul.*[2] *Est itaque actio ipsius vna quidem, ad se cibum & alimentum attrahere: altera verò, ambire, continerèque, donec alterans ipsum suiipsius illud partẽ efficiat.*[3] *Atque hæc sanè dicitur alteratrix facultas, inter alias principaliſsima existens, & cui ferè primæ debentur partes. Quæ verò iuxta hãc alterationem remanẽt excrementa, ea per excretricem facultatẽ exterminantur. Ostensum autem est,*[4] *has quatuor facultates vniuersis, quãdiu viuũt, inesse corporis partibus. Vocatur autem alteratio ipsa, donec alimẽtũ parti quæ*

nutritur

1 Hepatis obstructiones fieri qua parte eius sima cũ gibbis coëunt.

2 Hepatis facultates.

3 Alteratrix facultas hepatis est inter alias principalissima.

4 Facultates quatuor naturales inesse cunctis, quàm diu viuunt, corporis partibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

nutritur aßimiletur, concoctio. Vbi verò iam parti apponitur, nutritio. [1] *Quum igitur hepar præ imbecillitate ex ventre & intestinis alimentum trahere non potest, liquida per sedem, & nondum exquisitè excocta excernuntur, simúlque cruda, si etiam cum hoc viscere ventriculus imbecillus existat. Si verò traxerit quidem alimentum hepar ex ventre simul & intestinis, in sanguinem autem ipsum nequeat conuertere, ob facultatis languorem: quēadmodum in ventre multiformis corruptio contingit eorum, quæ cruda remanent, sic etiam circa hepar.* [2] *Est enim peior transmutatio in peregrinam qualitatem, iuxta cruditatem facta: moderatior verò, in qua alimentum diu propriam naturam retinet, nullamdum alterationem indeptum. Atqui & tertia, præter has, species frustratæ cōcoctionis existit, vbi semicoctum alimentum relinquitur.* [3] *Ac per hanc sanè dispositionem, quæ ab hepate deijciuntur, referunt prorsus aquam, in qua victimæ recèns mactatæ carnes ablutæ fuerint. Aucto autem affectu, nihil tale amplius excernitur, sed multiformes aliæ qualitates, consistentiæq; expurgantur, veluti à ventre dum cruditate laborat.* [4] *Calida igitur intemperies si viscus affligat, collicationes accidunt, primùm quidem humorum, dein carnis ipsius hepatis: deijcitúrque bilis crassa, graueolens, atque admodum*

1 Hepatis lāguidè ab intestinis trahentis symptomata.

2 Mutationem ciborū per cruditates in peregrinā qualitatē, esse aliarū omniū deterrimam.

3 Hepate imperfectè mutātechylum in sanguinē, qualia excrementa excernantur.

4 Hepatis intemperiē calidā quæ sequantur symptomata.

modum colorata, quemadmodum contingit in pestilentibus febribus. [1] *Si verò frigida intemperies præpolleat, neque aßiduæ excretiones, neque multæ fiunt: durat tamen affectus diutius, & per aliquos dies profluit ipsis vēter confertim magis: neque fœtor excrementorum similis est ijs, quæ ex calore sunt liquefacta: neq; color aut cōsistentia similis: verùm minus graueolentia ab his excernuntur, speciem putrefacti sanguinis, non colliquatæ carnis, habentia. Aliquando verò id quod deijcitur, nigrum sanguinem refert: diligenter tamen consyderanti, nec sanguis niger est, nec grumus, sed veluti limus quidā sanguinis craßi, qui propè ad atrā bilem accedat: in summa, plures, ægréque iudicabiles colores circa huiusmodi affectionē cernuntur in alui excrementis.*

1 Hepatis frigidę intemperiei signa & symptomata.

[2] *Scopus igitur curationis in huiuscemodi affectibus, communis quidem fit iuxta contrarietatem intemperātiæ: peculiaris autem vnicuique per cuiusque contrarietatem. In vniuersum autem, affectio hepatica peculiariter appellata, veluti etiam cœliaca, stomachicáque, citra tumoris præter naturam circa ipsas partes ortum, contingit.* [3] *Siquidem quum citra manifestum aliquod in viscere malum, in actionibus proprijs languescit hepar, tunc ægrū vocant hepaticum.*

2 Hepatis intēperantias, per cō trarias sanādas esse.

3 Hepatici propriè dicūtur, quibus citra malū insigne, hepar in functionibus propriis languescit.

Quæ pharmaca ad hepaticos ab An-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dromacho ſint conſcripta.

1 Hepaticis remedia cõgruentia ab Andromacho ſcripta.

ANtidotus [1] cyphoides, ad hepaticos & omnia thoracis vitia: vuæ paſſæ carnis drachm. 25. croci drachm. 1. calami drachm. 2. S. bdellij tantundem, caſiæ ſeſquidrachmam, cinnamomi obolos 3. ſpicæ nardi drach. 3. floris iunci odorati drachm. 2. S. myrrhæ, terebinthinæ, ſingul. drachm. 4. ramentorum aſpalathi drach. 2. mellis drachm. 16. vini quod ſit ſatis. Conficito. [2] Etenim cinnamomum omnes putrilagineſas, virulentáſque corrigit facultates: quemadmodum caſia, & poſt hanc omne aromatum genus. Crocus adſtringens & concoctorium pharmacum, etiam putrefactiones corrigit. [3] Vua paſſa adſtringit quidem, quantum requirit affectũ viſcus: habétque vim aliquam concoquendi crudos humores, & coërcendi maligna, exiſtens etiam ſecundum totam ſubſtantiam iecori familiaris. [4] Quippe ad intemperantias viſcerum ea pharmaca optima ſunt, quæ præterquàm quòd intemperiem corrigunt, etiam alimentum largiuntur. Quo nomine vinum conuenientiſsimum eſt, citra inflammationem, aut eryſipelas, aut abſceſſum, aut intemperiem calidam laborantibus. [5] Nam & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni aduerſatur, & ſi intemperies ab humiditate & frigiditate proficiſcatur, eam citra omnem moleſtiam, atque tutò perſanat.

2 Putrefactiões quæ corrigant.

3 Vuæ paſſæ facultates.

4 Viſcerũ intemperantiis ea eſſe optima pharmaca, quæ non modò intemperiem corrigunt, ſed etiam alimentũ largiuntur.

5 Vini facultas.

Eadem

[1] *Eadem est & mellis facultas, præterquàm quod non condensat substantiam contacti corporis: sed pro hoc vim extergendi, & aperiendi, & puros reddendi meatus, vrinámque ciendi non parua sanè auxilia possidet.* 1 Mellis facultas.

[2] *At bdellium sufficienter emollit, concoquítque, necnon moderatè discutit.* [3] *Consimilem fermè vim terebinthina sortitur, suprà hoc quòd angustos meatus extergit, expurgátque, quibus auxilijs viscus curandum indiget. Siquidem obstructio meatuum solet putrefactiones efficere. Nonnulli autem huiuscemodi pharmacis opium, aut hyoscyamum, aut aliud quippiam refrigerantium miscendo, ad calidas intemperies vtilia medicamenta efficiunt:* [4] *quanquam ex hepaticis pharmacis nullum esse debet vehementer refrigerans.* 2 Bdelliū. 3 Terebinthinæ vires. 4 Hepaticum pharmacū nullum esse debet vehementer refrigerans.

[5] *Alia ad hepaticos & ictericos: Amydalarum amararum drach. 2. anisi, absinthij, cumini, seminis apij, singul. drachm. 1. cornu cerui obolos 3. Trita cum aqua in pastillos triobolares redigito, ex eísque vnum manè ac vesperi cum vino mulso dato.* 5 Hepaticorum & ictericorū commune medicamē.

[6] Hepatica Athanasia, ad nephriticos & ictericos copiosè sudorem promouens. 6 Athanasia hepatica, nephriticis ictericisq; conueniens, copiosè sudorē promouens.

Croci drach. 2. nardi tantundem, cinnamomi, casiæ, myrrhæ, iunci odorati, sing. drach. 1. Melle Attico excipito: datur fabæ Aegyptiæ magnitudine, febricitantibus ex aqua mulsa.

1 Potio hydropi, aliisq; interaneorũ affectibus summè vtilis.

[1] Potio ad hepaticos, splenicos, nephriticos, hydropicos, stomachicósque. Auxiliatur etiam molestiis ex partu, & conuulsis. Prodest & cõualescentibus: necnon ad humores vitiosos, ictericos, tussiẽtes, pleuriticos, necnon ad letalia venena, & ferarum ictus.

Nardi Indicæ, costi, vtriusque drach. 2. casiæ, croci, vtriusque drachm. 1. piperis albi obol. 5. seminis apij drachm. 1. obolos 3. iridis Illyricæ tantumdem, acori drachm. 1. obol. 1. opobalsami drach. 1. succi ari masculi drachm. 3. vuæ passæ exacinatæ drach. 6. Terito cum passo, aut melle excipito: ac drachmam vnam cum vino dulci dato, aut cum aquæ mulsæ cyathis 4. Nullum tamen horum medicamẽtorum calidis intemperaturis conuenit, sed aut humidis, aut frigidis, aut ex vtrisque compositis.

2 Hepaticę cõpositiones ab Asclepiade scriptæ.

[2] Confectiones hepaticæ ab Asclepiade proditæ.

Succi cichorij cyathum vnum, cum aquæ calidæ cyathis tribus, & mellis Attici cochleari vno, porrigito. Aut filicis, aut seridis succi cyathum vnum cum aquæ mulsæ cyathis tribus dato. Porrò cichorium & seris ex genere cibariorum existũt. [3] *Facultas autem ipsorum subfrigida & subamara est, moderatéque adstringens: quarum qualitatum ratione, calidis hepatis intemperantijs summè conueniunt. Nã vltra*

3 Cichorij, & seridis facultates.

vltra hoc quòd moderatè refrigerãt, visceri firmitudinem addũt. Sed nec frigidas intemperies magnopere lædunt, quemadmodum quæ frigidam humiditatẽ absque adstrictione aut amaritudine possident, facere solent. Iam ob miscellam mellis humores per vrinas eliciunt. Quare si siccata & tusa quis potioni inspergat, itidem iuuant. Ad visceris autem expurgationẽ, apertionémque meatuum, citra manifestam calfactionem aut refrigerationem, filix optimum pharmacum est, amaram qualitatem habens prædominantem.

[1] Catapotion hepaticum. 1 Hepaticũ catapotiũ.

Radicis chamæpityos drach. 8. rad. cichorij drach. 4. contunde, & excipe melle cocto, præbéque nucis Ponticæ magnitudinem, & aquæ calidæ cyathos 3. insuper bibendos dato.

[2] Pastillus hepaticus.

Anisi sem. apij, asari, amygd. amar. mund. absinthij, sing. drac. 4. macerata ex aqua in pastillos redigito: exhibetóque drach. 1. cum vini diluti cyathis 4. febrientibus tamen cum hydromelite. 2 Hepaticus pastillus.

[3] Ecligma hepaticum Paulini, auxiliatur confestim. 3 Hepaticũ ecligma.

Chamæpityos siccæ libr. 1. myrrhæ, vnc. 1. passi protropi sextarios 3. Chamæpityn & vinum dulce coquito ad tertias. Postea liquorem exprimito, eíque mellis Attici libram dimidiã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

adijcito, ac rursus coquito. Dein verò myrrhā addito aßiduè agitando: quæ vbi dißoluta fuerit, ab igne ablata reponito, & ante cibum mystrum propinato. Adhæc cochlearum trium carnem probè tritam, & cum tribus vini nigri cyathis calfactam porrigito. Hæc enim iuxta totam substantiam sunt efficacia, non secundum vnam aut alteram qualitatem. [1] *Similiter & lupini hepatis drachma vna læuigata cum vino aliquo dulci, exhibitáque, manifestè hepaticis auxiliatur.*

1 Hepar lupi auxiliatur hepaticis.

2 Diureticum medicamen.

[2] Confectio ciens vrinas. Facit ad induratas hepatis affectiones, ad splenicos, & ægrè se à morbo recuperantes, necnon ad hydropicos. In vniuersum, probum colorem conciliat.

Croci, nardi, casiæ, sing. drach. 2. costi, floris iunci odorati, cinnamomi, myrrhæ stactæ, singul. drachm. 1. mellis cocti, drachm. 26. datur fabæ Aegyptiæ magnitudine, cum vini mulsi cyathis 4.

Alia, eadem commoda præstans, ad aliásque internas affectiones, citra tussim conducens.

Rad. gentianæ, chamæpityos, marrubij, seminis petroselini, fellis vrsi, sinapis, sem. cucumeris, scolopendrij, panacis, rubricæ Sinopicæ, rubiæ, seminis braßicæ, aristolochiæ longæ, piperis albi, spicæ nardi, costi, sem. erucæ, eryngij,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

baccarũ, iuniperi, ſem. fraxini, chamædryos, dictamni Cretici, ſeminis ceſtri, ſem. dauci, ſing. vnc. I. mellis Attici quod ſit ſatis. Conficito. Datur nucis Ponticæ magnitudo, ex paſſi Cretici cyathis duobus.

Hęc Aſclepiades ad indurata viſcera.

[1] *Miſcenda tamen in hiſce affectibus ſunt cum diſcutientibus etiam mollientia pharmaca, quæ præparent indurata corpora, aptáque prædictis medicamentis excipiendis efficiant. Siquidem citra præmollitionem diffunduntur quodammodo ea ipſa corpora, & e veſtigio manifeſtam imminutionem habent: ſed quod reliquum ex affectu eſt, vbi exiccatum improbè fuerit, immedicabile permanet.* [2] *Cæterùm quũ hepatis corpus ſit conſiſtentia humidum, moderatis emollientibus eget.*

1 Diſcutiẽtibus medicamentis, quæ ad indurata viſcera propinantur, cur miſcẽda emollientia.

2 Hepatis corpus moderatis emollientibus eget.

[3] Quæ Archigenes ſcripſerit ad hepaticos.

3 Hepatica medicamẽta, ab Archigene ſcripta.

Vnguenti nardini cochlearia 4. quotidie bibenda dato, & maximè in induratis. Aut ariſtolochiæ obolos 3. ex aqua quidem, febriẽtibus: febre autem carẽtibus, ex vino porrigito. Aut fel vrſinum in vaſe leniter feruefacito, & in ſole aſſicato, atq; ex eo hepaticis cochleare vnũ dato. In magna duritia abrotini ſuccum quàm craſſiſſimum da bibendũ. Aut acori obolũ vnũ panacis tantundem, propinato ex aqua. Aut ſpicæ nardi decoctum aſſiduè exhibeto.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Hepatica cataplasmata ex quibus cõflentur.

[1] Cataplasma hepaticum fit ex malis cotoneis cum farina hordeacea, & fœnograeco concoctis.

Aut ex semine lini trito cum polenta vino incocta. Aut ex capparis radice in aceto mulso percocta. Aut ex farina hordeaca cum ficubus. Aut ex palmularum carne tusa, mistáque pari rosacei cerati portione.

2 Hepatica malagmata.

[2] Malagma Andromachi ad hepaticos.

Ammoniaci thymiamatis drachm. 144. bdellij drach. 24. aceti heminas 4. cyprini heminam 1. Conficito.

Malagma Apollophanis.

Ceræ drachm. 80. ammoniaci thymiamatis tantundẽ, terebinthinæ drach. 40. mannæ thuris tantundem. Cum irino contundito.

GAL

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCA,

LIB. IX.

*

De Ictericis.



FIVNT[1] *etiam icterici ratione optimæ iudicationis in febribus, proruente nimirum ad cutem bilioso humore: ac facilè sanè hi curantur balneis potabilium aquarum, & olei discussorij affrictu, omniúmque rarefacientiũ cutem: quale est anethinum oleum, chamæmelinum, atque cicinum. Post hæc etiam vnguenta faciunt, gleucinum, & Commagenum: dein irinum atque amaracinum. Verùm alias confectiones priuatim ictericas appellatas, ne putes ad huiuscemodi ictericos cõuenire, sed ad eos, qui vasorum iuxta hepar obstructione laborant, necnon ad illos qui ex inflammatione icterici fiũt.*[2] *Cæterùm qui in regium morbum ex obstructione inciderunt, absque febre permanent. Qui verò ex inflammatione, omnino febricitant. Quæcunque igitur admodum medicamentosa existunt, iti-*

1 Icteri per morborũ iudicationes orti cu ratio.

2 Icterus ex obstructione ortus absque febre permanet: quod non contingit illi, qui ab inflammatione ducit originem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

démque facultate calida, febrientes magnopere lædunt. Talia sunt gentiana, ſtruthion, helenium, coſtus, ariſtolochia, polium, centaurea. [1] *Conueniunt autem ictericis ex inflammato hepate, quæcunque ſanant inflammationes: quemadmodum etiam ijs qui ex obturatione, omnia quæ ſtrenuè extergent, etiamſi medicamentoſam ſubſtantiam, calidámque facultatē ſortiantur. Si verò obſtructio ſimul & inflammatio coëant, laxantibus ſimúlque extergentibus opus erit.*

1 Ictericis quæ medicamenta conueniāt.

[2] Ad ictericos abſque febri, medicamen Andromachi.

2 Ictericorum remedia varia, à diuerſis conſcripta.

In colocynthidis calicē vinum fundito, calfacitóque & bibendum dato. Subducit enim aluum.

Aliud.

Adianti obolos 3. nardi obolos 2. abſinthij drach. 1. myrrhæ obolos 3. Paſſo excipito, inſtárque auellanæ nucis ex aqua cyathis duobus porrigito.

Aſclepiadis remedia ad ictericos.

Cichorij ſucci cyathos 6. febrientibus per ſe dato: febre verò carentibus, cum vini cyathis tribus.

Aliud.

Anchuſæ tenuiſſimè tritæ cochlearia 2. cum aqua potabili exhibe.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Aliud Nicerati vrinam ciens.

Cicerum ſiccorum ſextarium 1. roris marini manipulum 1. aquæ ſextarios 6. fœniculi manipulum 1. radicis aſparagorum paluſtrium manipulum 1. Decoctum excolatum porrigito aßiduè, febrientibus quidem ſimpliciter, febri autem carentibus ex vino diluto.

Aliud.

Aſari, abſinthij, vtriuſque drach. 8. ſeminis aniſi, fœniculi, apij, amygdalarum amararum repurgatarum ſing. drachm. 4. Aqua ſubigito atque paſtillos formato: ex quibus drachmam 1. cum vini mulſi cyathis tribus non febrientibus exhibeto.

[1] Errhinon trahens bilem per nares.

1 Errhinon trahens bilem per nares.

Naſturtij & roris marini viridiũ ſuccum, aut elaterium cum lacte muliebri tritum, infundito naribus, atque attrahere iubeto.

Archigenis remedia ad ictericos.

Chelidoniæ herbæ ſuccum cum vino aut aqua mulſa propina. Vel adianti, vel rubiæ radicis obolos 3. cum aqua mulſa exhibe.

Aut fellis vrſini cyathum bibendum dato.

Aut ſtercoris canini albi ſextantem, cum mellis quadrante ad triduum bibendum dato.

Aut adianti, & mentæ & rubiæ parẽ menſuram in aqua feruefacito, & heminã inde bibẽdam exhibeto, diutius ad ſolem inſolato, ſitientique & anheloſo, quò poſt acceptum potum exudet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

exudet. Quippe statim transmutat colorem.

De splenis affectibus.

1 Partes singulas familiare sibi aliméntum trahere.

2 Lienem ali à sanguinis sedimento.

3 Lien cur induretur facilé.

4 Lieni affecto qualia conueniant medicaméta.

5 Liene trahente languidè, fæculentus sãguis per vniuersum corpus digeritur.

QVum autem[1] *omnes corporis partes familiarem sibiipsis ex venis humorē trahant,*[2] *lien certè id quod veluti fæx sanguinis est, ex qua gignitur atra bilis, ad sui alimoniam adsciscit:*[3] *vnde hoc viscus minimo negotio contrahere sibi scirrhum est natum, sanguine nimirū in venis ipsius obturato, & ob crassitudinem nec excerni nec discuti facilè potente.* [4] *Attenuantibus igitur opus habet pharmacis, citra manifestam caliditatem, ne impactus in ipso succus impingatur vehementius. Quò verò actiones ipsius cōseruētur, ex austeris aliquid eis admiscetur: quale etiam adstringentium genus existit. Porrò quum vniuersæ particulæ propriæ incolumitatis gratia, certas quasdam facultates poßideāt, attractricem videlicet familiarium, ac tum alienorum expultricem, tum aßimilatricem eorum quæ sibi attraxerunt: aliquibus ipsarum insuper inest, vt ex accidenti sint vniuerso corpori ex vsu. Ex horum itaque est genere lien, qui ex hepate ad se veluti limum sanguinis trahit, quemadmodum fellis vesica bilem, atq; renes vrinam.*[5] *Si igitur præ imbecillitate eiusmodi sanguinem ad se attrahere sit minimè potens, per vniuersum corpus vitiosus humor dispergitur. Ob itaq; naturalem ipsius firmitudinem custodire oportet, quò conueniens*

sibi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſibi alimentum alliciat: per quam actionẽ vniuerſo corpori ad humorum bonitatem conducit, & excrementa genita in ipſo, demittere in ventrem poteſt, vt vnà cum excrementis alui excernantur. [1] *Igitur hac ratione ipſi valdè amara medicamenta exhibemus: quibus miſcemus etiam ex auſteris nonnulla, ſicuti & alia quædam, ceu materiam congruentem ad vnguentorum & cataplaſmatum compoſitionem, cuiuſmodi ſunt cera, reſina, pix, & bitumen. Nam primaria ratione acetum & oxymeli, viſceri commoda exiſtunt, vtpote ſecare & attenuare craſſos humores valentia citra calfactionem.*

1 Lieni cur amara, quibus adſtringentia ſint miſta, medicamenta conueniãt.

Deinceps itaq; eorum pharmacorum mentionem faciam, quæ lieni indurato auxiliantur.

[2] Pharmaca potabilia ab Andromacho ad ſplenicos conſcripta.

2 Lieni cõgruentia pharmaca, Andromaco ſcripta.

Potio Antipatri. Carnis myrobalani drach. 3 ſcolopendræ drach. 6. cort. rad. cap. coſti, ſing. drach. 4. chamædryos drach. 6. polij drac. 2. rad. cotyledonis drach. 2. corymborum hederæ nigræ grana 25. ammoniaci thymiamatis drachm. 4. ſem. hyperici drachm. 2. chalbani tantundem, ſem. periclymeni drach. 1. aut rad. drach. 3. cardamomi nigri ſeſquidrach. ſucci ſcillæ drac. 16. Dantur oboli duo in aceto mulſo.

Aliud ſtomachicum, ſplenicúmq;.

Myrrhæ, nardi Indicæ, cort. rad. capparis,

radi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

radicis panacis, radicis peucedani, dictamni, cort. radicis periclymeni, sing. drachm. 4. costi drach. 5. polij drach. 2. rubiæ drac. 3. ß. ammoniaci thymiamatis drach. 4. ß. iridis tãtundem. Excipito aceto mulso: datóq; obolos duos cum oxymelite.

1 Lieni pharmaca ab Asclepiade scripta.

[1] Pharmaca potabilia ab Asclepiade ad splenem conscripta.

Cynoglossi manipulum cum vini cyathis 3. terito, & expressum liquorem ante cibum bibendum dato. Colligere tamen oportet herbam sinistra manu ante solis exortum.

Aliud.

Trixaginis manipulum cum vini sextario vno coquito, & expressum liquorum reponito, atque ex eo cyathos 2. ante cibum dato.

Catapotium splenicum.

Myricæ fructum tusum & cribratum chalbano excipe, in catapotiáque redige, quæ exhibebis pro viribus.

Pastillus splenicus.

Fructus ericæ drach. 4. piperis albi, nardi Syriacæ, ammoniaci thymiamatis, sing. drach. 2. arida tunduntur & cribrantur. Ammonia cum dissoluitur aceto scillitico, & aridis additum in pastillos cogitur, quorum singuli pendant drachmam. Datúrque drach. 1. ex oxymelitis cyathis 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

[1] Epithemata & emplastra eiusdem Asclepiadis.

1 Lieni epithemata, cataplasmatáq; ab Asclepiade scripta.

Foliorum tenerrimorum sabuci arboris lib.3. aloës lib.1.cū aceto subigito et linteolo infarcta admoueto. Vel ceræ, resinæ pinus, & frixæ, sing.lib.2.arsenici, aluminis scissi, calcis viuæ, sing.sextantem, aceti, olei, vtriusque cyathos 8. conficito & admoueto.

Malagma Antiochidis, ad splenicos, hydropicos, ischiadicos, arthriticósque conueniens.

Ceræ libr.3.resinæ terebinthinæ tantundem, retrimentorum ab expressa myrobalano reliquorum, spumæ nitri, floris lapidis Assij, ammoniaci thymiamatis, singul.libr.1.olei cyprini lib.3. Aceti quod sit satis ad ammoniacum dissoluendum.

Malagma aurei coloris.

Auripigmenti vnc.1.aluminis scissi, calcis viuæ, sing.sextantem, ceræ, resinæ frictæ, & pineæ, sing.lib.2.myrrhæ sextantem. Arida increta, læuigatáque per affusionem aceti cyathorum 8.liquidis excipiuntur.

[2] Pharmaca ad splenicos ab Archigene scripta.

2 Lieni pharmaca optima ab Archigene scripta.

Potus fit aqua quæ ferrum candens extinxerit: sola quidem, febrientibus: vino autem immista, ijs qui febre carent. Aut corticis radicis periclymeni, & seminis eius, quantum tribus

bus digitis appræhendi poßit, in vino albo meraco calido ieiunis curriculo 40. dierum bibendum dato. Aut vulpis hepar siccum ex oxymelite propinato. Aut folia capparis arida & trita exhibeto.

1 Lienosis eadẽ cataplasmata opitulari, quæ hepaticis.

[1] Cataplasmata autem eadem splenicis quæ hepaticis admouebis: ampliúsque cinerem ex ferraria officina cum aceto.

Aut nasturtium & fœnumgræcũ, & calcẽ viuam, & nitrum cũ melle emollita imponito.

Aut fæcem acris aceti, aut capparis radicem cum aceto imponito. [1] *Perseuerante malo, cucurbitas cum scarificatione affigito. Aut venam retro sinistram aurem secato, & detracto sanguine confricato affectum lienem.*

2 Lieni, si malum sit pertinax, cucurbitulas affigendas esse, cũ scarificatu.

Remedia ad hydropem ab Asclepiade scripta.

3 Hydropicis congruẽtia malagmata ab Asclepiade scripta.

Malagma [3] *poterium, resorbens humiditates ab alto, simúlque duritias discutiens.*

Ceræ, picis aridæ, vtriusq; libr. 2. aluminis liquidi, sulfuris viui, mannæ, nitri rubri, sing. lib. 1. resinæ frixæ lib. 4. olei veteris heminam 1.

Arida liquidis permisceto.

Malagma ex baccis lauri ad eadem. Ceræ resinæ pinus, picis Brutiæ, baccarum lauri siccarum, nitri rubri, ammoniaci thymiamatis, adipis vitulini subacti, sing. libr. 1. Liquescibilia liquentur, & frigefacta misceantur aridis redactis in tenuißimum pollinem.

Empl

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Emplastrum Tonsoris, ad splenicos & hydropicos, quo etiam ischiadicos liberauit.

Picis aridæ lib.4.ceræ, resinæ pinus, ammoniaci thyamiamatis, nitri rubri, baccarum lauri aridarum, sing.libr.2.adipis taurini libr.1. iridos libr.2.canchryos vnc.18. farinæ fœnigræci, pollinis, radicis chamæleonis nigri tenuissimè tritæ, singul.sextarium vnum, cumini tenuissimè triti sesquisextarium, paßi sextar.1. Conficito & vtitor.

Cleophanti cataplasma ad hydropicos.

Ceræ, resinæ spumæ nitri sing.drachm.100. chalbani, propolis, ammoniaci thymiamatis, sing.drach.12.ß.Cyprini cyathos 2. aceti tantundem. Conficito cataplasma.

[1] Archigenis remedia ad hydropicos. 1 Hydropicis remedia ab Archigene scripta.

Stercus bouis armentariæ tritum, coctúmq; in posca, inspersáq; sulfuris viui quarta portione, redigito in cataplasma, ídq; toti ventri admoueto. Aut elaterij, staphidis syluestris, hyssopi, fellis taurini, æquales omnium partes ficubus contusis excipiens, mulsáq; læuigans, similiter applicato. Aut veratrum nigrũ, fel taurinum, nitrũ, pipérq; ex æquo mista, melléq; excepta, per semihoræ tẽpusculũ ventri imponito. Per omne autẽ curationis tẽpus, cotyledonis, scillæ aridæ, sing.drach.1.in vino mulso diluto quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tidie exhibe. Aut corticis radicis ari simili-ter drach. I. Aut radicem calaminthæ co-ctam propina. [1] *Ad hæc hydropicos diutius ad solem, sed contecto capite inungito ex oleo, cui multum salis admistum sit: ex multáque per-fundito salsugiue calida. Inflatos verò maxi-mè locos, vesicis magnis probè inflatis quotidie continenter pulsato. Incisis item, aut scarificatis ipsorum talis, & vulnusculis impactis, in fercu-lo ipsos aut lectica circumuehito. Summè etiam faciunt Theriacæ omnes vrinam cientes, insu-pérque potiones aquam ducentes.*

1 Hydropicos esse sub ardenti sole fricãdos oleo salsuginoso, perfundendósque muria: necnon talos illis scarificandos.

De Pharmacis dolorem sedantibus, anodynis & colicis appellatis.

Huiuscemodi [2] *pharmacis ob dolores ingen-tes, aut vigilias, aut ne per violentam tus-sim lancinemur, vti cõsueuimus. Ad quas qui-dem affectiones si modicæ sint, confectiones ex seminibus, priuatim tusiculares dictæ, suffi-ciunt: quæ & ipsæ aliquid ex soporiferis semini-bus posiident, verùm modicum inter multa a-deò semina, quæ odorata, & tenuium partium, ac vrinam mouentia existunt: cuiusmodi sunt cuminum, daucus, seseli, apiúmque, & anisum.*

2 Anodynis vti quibus de causis soleamus.

[3] Philonis Antidotus, ad omnes graues dolores viscerum, ad aliáque multa conueniens.

3 Philonis antidotus ad graues interaneorum cruciatus conferens.

Croci drach. 5. pyrethri, euphorbij spicæ nar-di singul. drachm. I. piperis albi, & hyoscyami,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vtriusque drach. 20. opij drach. 10. Melle Attico excipito. [1] Etenim opium validissimum est inter ea quæ sensum stupefaciunt, atq; soporem conciliant. Operatur autem hæc etiam solum, sapa dilutum, tomentóque exceptum, ac sedi inditum, necnon illitum fronti & naribus. Si verò cum alio quopiam vim ipsius moderante misceatur, moderatius hæc facit. [2] Verùm quæ admiscentur ipsi, aut concoquant, aut mitigent dolorificam affectionem oportet, aut humores affectionem gignentes discutiant, aut dissecent, aut attenuent, aut iuxta totam substantiam alterent. [3] Quum igitur optimus compositionis scopus, tria sibi proponat, nimirum vt & sensus stupefiat, & nullum in posterum circa particulam inde detrimentum remaneat, ampliúsque vt affectio ipsa inde iuuetur: ad hæc omnia respiciens Philo, prædictum composuisse videtur pharmacum: ex opij quidem hyoscyamíque mistura soporem, sensitricísque facultatis stuporem inducere volens. Quò verò hæc citius distribuerentur, & totam affectarum partium penetrarent profunditatem, calfacientia admiscuit, pyrethrum, euphorbium, & piper, quæ nocentes humores discutere possunt, extergere viscidos: incidere crassos, ac denique flatulentos attenuare & dissoluere. [4] Est autem non modica concoctoria vis omniũ frigidarũ affectionũ in nardo sita: quæ aut Indica,

1 Opij vires.

2 Opio miscenda qualia esse debeant medicaměta.

3 Compositionis medicamentorum opio constantiũ optimũ scopum tria sibi proponere.

4 Nardi facultas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Croci facultas. *aut Celtica iniicienda est.* [1] *At crocus humorum crudorum est concoctorium, atque item affectionum virulentarum.*

2 Colica medicamina Andromachi. [1] Colica medicamina Andromachi.

Anisi drach.6.seminis apij drach.12.nardi drach.4.castorij drach.3.petroselini drach.4. piperis albi & longi, vtriusq; drach.5.myrrhæ drach.6.iunci odorati drach.3.succi papaueris drach.6.croci drachm.3. Melle excipito. Datur ad summum nucis regiæ paruæ magnitudo ex aquæ calidæ cyathis 3. minimum nucis Ponticæ magnitudo.

Aliud admirabile colicum ad voluulosos, & stercus per os reddentes.

Piperis albi sem.hyoscyami, vtriusque drac. 40.opij drach.20.croci drach.10.spicæ nardi, euphorbij,pyrethri, sing.drach.2. Excipe melle cocto. Datur magnitudine fabæ in aquæ frigidæ cyathis 3.aut 4.

Colica Isotheos dicta, ad stomachicos oculorum dolores, vteríque labores, ex aqua mulsa, vbi ruta fuerit incocta.

Croci sesquidrachmam, nardi drach.2.myrrhæ drach.8.costi, piperis albi & longi, chalbani, sing.drach.1.opobalsami drach.4.cinnamomi, succi mandragoræ, castorij, sing.drach.2. seminis dauci drach.4.ß.sagapeni drach.3. casiæ drach.4.excipe melle Attico.

Alia non minus admirabilis.

Succi

Succi centaureæ, castorij, scillæ assatæ, piperis albi, & longi, myrrhæ, rutæ hortensis, hyssopi, abrotoni, iridis Illyricæ, sing. drach. 2. croci, ammoniaci thymiamatis, rad. acori, phu Pontici, zingiberis, veratri albi, sing. drach. 1. oxymelite excipito. Datur etiam drachma 1. ex aceto mulso.

Chariclis ad coli inflationes remedium.

Cumini Aethiopici drachm. 6. seminis apij. drach. 5. sem. dauci Cretici drach. 2. piperis albi drachm. 1. Tusa & cribrata reponito. Datur cochlearia duo cum aquæ mulsæ cyathis tribus.

Confectio Lingonis colica, quę data ex frigida statim soluit dolores.

Sem. hyoscyami albi drach. 20. opij, seminis dauci Cretici, vtriusq; drach. 10. petroselini dra. 6. croci, spicæ nardi, pyrethri, sing. drach. 4. euphorbij, opobalsami, cinnamomi singul. drach. 2. Excipito melle cocto, ac fabæ Aegyptiæ magnitudinem exhibeto, cum aquæ tepidæ aut frigidæ cyathis 3. in irritationibus.

De dysentericis.

DEinceps medicamenta scribemus, [1] quæ verè dysentericis auxiliantur, quos nulla alia infestat affectio, præter vlcus intestinorum aut nudum, aut cum putredine obortum, quam Nomen appellant.

1 Dysenterici veri sunt, quib' est aliquod intestinum exulceratū.

1 Dysentericis remedia scripta ab Andromacho.

[1] Quæ ab Andromacho ad dysenteriam scripta sunt.

Potio ad dysentericos & hæmoptoicos. Florum rosarum, opij, acaciæ, gummi, sing. dr. 3. balaustij tantundem, succi hypocistidos tantundem, gallarum, seminis plantaginis, succi eius, sing. drach. 2. lycij Indici, succi rosarum, singul. drach. 1. Confice pastillos drachmales, & variè vtere.

Ad dysentericos & cœliacos confectio ex fructibus.

Mala Punica integra 20. cydonia totidem, erui sextarium 1. prunorum syluestrium sextarios 2. Sorborum Ephesinorum tantũdem, rhois Syriaci sextar. 3. pyra Terentiana 20. Cestiana 30. siliquas 40. baccarum myrti nigrarum sextar. 3. musti aminæi ad tertias decocti sextar. 48. Coquito simul ad mellis spißitudinem, & in figulino reponito.

Alia.

Nardi, croci, vtriusque drach. 8. aloës, thuris sing. drach. 2. acaciæ, myrrhæ, succi hypostidis, rosarum siccarum, lycij Indici, tragacanthæ, opij sing. drach. 4. piperis drach. 2. Aqua excipito, pastillósque duarum drachmarum facito, & cum vino myrteo exhibeto.

2 Hæmoptoicis medicamen Cornelij.

[2] Ad dysentericos, cœliacos, & hæmoptoicos, ex Cornelio medico.

Myrrhæ, thuris, aloës, croci, opij, rhois Sy-

riacæ & coriariæ, lycij Indici, acaciæ, malicorij, succi hypostidis, gallæ, balaustiorum, singul. par pondus in pastillos cogito, & ad noctem febre carentibus ex vino, febrientibus verò ex frigida propinato.

[1] Potio Apollonij ad fluxum muliebrem sistendum. 1 Fluxui muliebri sistendo potio Apollonij.

Corallij, balaustij, vtriusque obol. 3. gummi obol. 1. Excipe oui crudi candido, & dimidium totius cum aquæ cyathis quatuor propina.

[2] Infusa dysentericis commoda. 2 Clysmi dysentericis apti.

Infusum Athenæi ad recti intestini vlcera. Omphacij, aluminis scissilis, calcis viuæ, squāmæ æris sing. drach. 6. auripigmenti drachm. 8. sandarachæ drach. 3. chartæ vstæ drachm. 15. cum vino myrteo pastillos drach. 4. aut trium, formato. Infunde autem cum vini diluti cyathis 4. & aquæ tepidæ cyathis duobus.

Infusum Heræ.

Chartæ vstæ, cadmiæ, auripigmenti. singul. vnc. 1. calcis viuæ extinctæ succo plantaginis, vnc. ß. Omnia redigito in pollinem, & cochlearia 2. cum decocto baccarum myrti, aut vino myrteo, infundito.

Infusum Nicostrati.

Calcis viuæ drach. 1. gypsi drachm. 8. acaciæ drach. 2. omphacij drach. 1. stibij drach. 3. thuris drach. 1. gallæ drach. 4. tragacanthæ drach. 2. cum vino myrteo in pastillos redigito.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Dysentericis remedia ab Asclepiade scripta.

[1] Asclepiadis ad dysentericos remedia.

Rhoïs Syriaci, farinæ polentæ, vuæ passæ, sing. drach. 2. malicorij tusi & cribrati drach. 1. Excipito melle cocto, atque mystrum vnum ante cibum porrigito.

Aliud probatum.

Gallarum redactarum in pollinem cochleare vnum, piperis albi, rhoïs rubri, malicorij tenuissimè triti, sing. tantundem. Omnia oui luteo excipito, & in vacuam mali Punici testam conijcito, atq; obturato cum farina osculo ipsius, ad prunas torre: depurgata mali Punici testa, cochlearium vnum edendum dato.

Pastillus Philippi ad dysentericos inueteratos, dolorem sedans, qui bibitúrque & infunditur.

Balaustij, acaciæ, succi hypocistidis, rhoïs, apij, thuris, myrrhæ, baccarum myrti nigrarum, croci, gallarum, lycij, aloës, rhei Pontici, malicorij sing. drach. 4. Excipito vino Italico, cogitóque pastillos pondere obol. 3. ac porrigito non febrientibus quidem ex vino, febrientibus verò ex mulsa.

2 Dysentericis epithema commodum.

[2] Epithema cœliacis, dysentericísq;.

Sem. hyoscyami albi, apij, vtriusque trientem, anisi, floris rosarum, succi hypocistidis, balaustij, rhoïs Syriaci. sing. sextantem, succi papaueris, croci, vtriusque vnc. 1. Singula cum vino myrteo terito: dein mista in pastillos redigit

digito, quos in vmbra aßiccato. Inde verò quantum sufficit tundens & cribrans, palmulis paßis excipito, ac tandem linteolo imposita ventri admoueto.

De affectibus sedis.

SEdis vitia, [1] *ob ipsius partis sensum exquisitißimum, & ob crebrum per ipsam excrementorum decursum, ægrè curationem recipiunt. Aptißima autem ipsis pharmaca sunt, quæ absque aspredine adstringunt: qualia maximè sunt, quæ ex metallicis neque acria, neq; acerba existunt. Hæc siquidem lota, citra mordacitatem (id quod requiritur) operantur.*

1 Sedis vlcera cur ægrè curationẽ recipiant, & qualia pharmaca postulent.

[2] Medicamenta sedis ab Andromacho scripta.

2 Sedis medicamenta ab Andromacho scripta.

Cerussæ, lithargyri, vtriusq; drach. 5. thuris, aluminis scißi, vtriusq; drach. 3. croci obolos 3. vini & rosacei quod sit satis. Conficito.

Aliud.

Butyri, ceræ, vtriusque sescunciam, medullæ ceruinæ, œsypi, thuris, sing. vnc. 1. aluminis scißi quadrantem, lycij sextantem, vini & rosacei quod sit satis. Misceto.

Aliud.

Adipis anserini curati, ceræ, thuris, medullæ cerui, florum rosarum, pompholygis, cadmiæ, plumbi loti, sing. drach. 4. cerussæ drach. 8. cerebri gruis drachm. 2. succi papaueris sesqui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

drachmam, œſypi drach.5.ſucci ſeridis heminam 1.roſacei heminam ß. Confundito.

1 Pſoris vtilis compoſitio.

[1] Pinguis compoſitio ad achoras, & pſoras.

Spumæ argenti, ceruſſæ, vtriuſq; drach.32. atramenti ſutorij drach.16.ſulfuris viui drac. 8.Olei myrtei & aceti quod ſit ſatis: miſceto.

2 Sedis prolapſę remedium.

[2] Ad prolabentem ſedem.

Recrementi plumbi drach. 8. rhoïs Syriaci tantundem, floris roſarum drachm.4.myrrhæ Minnææ drach.2. Inſperge ſiccum, vbi prælueris vino auſtero, aut lentiſci decocto.

Aliud.

Gallæ omphacitidis, rhoïs coriarij, ſing. dra. 2.plumbi vſti, drach.4.ſpumæ argenti drach. 8.trita inſpergito.

3 Hæmorrhoidibus ab Aſclepiade ſcripta remedia.

[3] Hæmorrhoïdibus extrahẽdis pharmaca ab Aſclepiade ſcripta.

Piperis, nitri, vtriuſque drachm.1.terito admouetóque.

Aliud.

Spumæ nitri, fellis tauri, ſtaphidis ſylueſtris, ſing.drach.1.Trita, exceptáq; modico melle, adhibeto. Poſtea verò quàm eminẽtes fuerint, atque in propatulo, accipe ceruſſæ vnc.1.ſpumæ argenti quincuncem, pompholygis vnc.1. olei myrtei beſſem, vini boni tantundem, butyri vnc.1. Confunditóq;, & applicato. Cæterùm ad ardentes ſedis dolores, oui aſſati vitel-

lum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lum vino albo terito, & cerato myrteo exceptum, illinito.

Ad pudendorum affectus.

Exulcerati [1] pudendi cognitio ex manifesto circa ipsum dolore paratur: vnà cum hoc, quòd etiã circa mictiones excernitur quid ex corpusculis vlceri ipsi insidentibus. Discernuntur autem hæc ab iis quæ ex vesica feruntur, quòd statim in ipso primo lotij exitu appareant: quæ verò à vesica excernuntur, deferantur cum vrinis permista. [2] Cæterùm vlcera pudendorum, & circa sedem citra inflammationem consistentia, resiccantibus valde indigent pharmacis, [3] qualia sunt, quod ex quarta combusta constat, & anethum vstum, & cucurbita vsta. Verùm siccis & recentibus vlceribus, etiam aloë bonum est medicamen. Omnium autem maximè dolorem sedat, nec vllo minus efficax est pompholyx. Si verò humectiora sint vlcera, pinus cortex per se, & lapis hæmatites: vt si profunda, manna etiam prædictis addatur. [4] Porrò quæ circa vterum aut vesicam consistunt vlcera, eisdem medicamentis indigent, sed instrumẽtis insuper opus habẽt, quæ ipsa intromittãt, vt sunt [5] metrẽchytæ, & [6] catheteres vocati. Aptiora itaq; sunt arida, qualis est crocus, põpholyx, & aloë, quæ facilè plãtaginis, aut alteri tali succo miscẽtur.

1 Pudendorum vlcera dignoscendi ratio.

2 Pudendorum vlcera valde resiccantibus pharmacis indigent.

3 Pudendorum vlceribus quæ pharmaca opitulẽtur.

4 Vlcera vesicæ vteríq; iisdẽ, quibus pudendi vlcera, medicamentis indigent.

5 Metrenchytæ.

6 Catheteres.

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ad scroti & pudendi dolores, butyri & resinæ pari mensura vtere. Aut semen lini cum aqua coquito, & admiscens myrrhæ ferme decimam partem, & resinæ tantundem, imponito. [1] *Ad pudendum intumescens. Foliorum vitis tenerorum drach. I. cerussæ drach. 5. trita cataplasmatis vice impone. Aut lenticulam in aqua coquito, & cum mali Punici cortice tritam, imponito. Si verò è sudoribus vlcera in scroto fiant, gallã tritam cum alumine inspergito.* [2] *Ad tubercula in pudẽdis nascentia, pyri semen inspergito, & fel hircinum oblinito. Fissuras & rimas iuuant rosaceum, amylum, & thus, paribus portionibus mista. Aut foliorum hederæ aridorum vstorúmq; cinis, cum oleo in plumbeo mortario tritus.*

[3] *Ad pudendorum inflammatione, farinam hordeaceam hydromelite incoquito, & vitis folia tenera cum polenta terito, simúlque omnia imponito. Excrescentem testiculorum carnem cinis sarmentitius cum nitro & aqua subactus sanat, cataplasmatis vice impositus.*

1 Pudendo tumescenti remedia.

2 Pudendi fissuras, tuberculáq; quæ sanẽt.

3 Pudendorum inflãmationib9 quæ opitulentur.

4 Priapismus est auctio colis permanẽs, in latitudinem, longitudinémq; citra rei venereæ appetentiam.

5 Priapismi curatio.

De Priapismo.

PRiapismus [4] *est auctio colis permanens, in longitudinem atque orbem tumefacti, citra rei venereæ appetentiam. Cuius affectionis est causa flatulentus spiritus ex humoribus crassis & viscidis genitus per moderatam caliditatem.* [5] *Debent igitur refrigerari leniter*

partes

partes per ceratum rosaceum in aqua maceratum, itémque per chamæmelinum ceratum, tum pudendo ipsi, tum lumbis impositum. Victus & pharmaca esse debent attenuatoria citra manifestam calfactionem. Præterea nymphæa in potu est danda, & viticis semen: necnon ruta viridis obsonijs misceatur, post aliorum tenuantium vsum. Quòd si euacuatione vti libeat, administretur per vomitum. [1] *Ad eos qui se in somno permingunt, vesicam caprillam, aut ouillam vstam, ex posca bibendam dato: & ad vesperam siticulosos inire somnum iubeto. Facit & testiculus leporis in vino odorato feruefactus, atque ita potus. Aut calaminthan & myrrham in vino ante cœnam bibendam dato. Oblinant autem pudendum Cimolia terra cum perdicij succo.*

1 Mingentibus inter dormiēdū remedia.

Ad vteri affectus.

IN [2] *vteri suffocatione contingit sensus ac motus priuatio, & pulsus obscurus, & paruus, & penitus interceptus. In aliquibus verò tum sensus, tum motus adest, ratióq; constat, cæterùm vix respirant. Aliquibus etiam vox intercipitur: alijs contrahuntur artus. Fiunt igitur viduis sensus, & motus, & respirationis interceptiones, ob frigiditatem,* [3] *perspirantibus ipsis tunc per arterias totius corporis, neque vtētibus illa, quæ per os fit, respiratione. Etenim quum prius probè repurgarentur, conciperent,*

2 Vteri suffocationes quæ sequātur sympto mata.

3 Vteri suffocatione affligente per arterias fieri perspirationes.

4 Vteri suffocationis causa.

atq;

atq; coïrent viris, verisimile est, postea quum omnibus his priuantur, humidum & frigidum in ipsis semen totum corpus perfrigerare.[1] *Ad vuluæ itaque strangulatus conuenit agarici drach. I. in potu accepta cum vino: & plantaginis semen & succus cum vino, necnon acetum scillinum absorptum. Olfactu excitant strangulatas, bitumen, castorium, chalbanum, pix liquida, cedria, pili vsti, ruta, allium, cæpa. Eandem in rem & cornu cerui suffitur: & ruta cum melle lana excepta in anum inditur.*

1 Vteri suffocationis remedia.



GALENI PERGAMENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCOS,

LIBER X.



X nephriticis antidotis, hoc est renalibus,[2] *quædam calculosos renes iuuant, quædam verò inflammatos & vlceratos, quæ etiam ad vesicam affectam cõueniunt. Maximè autem contrariæ inter se sunt prædictorum pharmacorum facultates.*[3] *Siquidem quæ ad inflãmatas & exulceratas affectiones componuntur, mitigatorijs medicamentis indigent. Cæterùm quum impoßibile sit hæc*

2 Nephriticorum medicaminũ differẽtiæ.

3 Renũ inflammationibus qualia medicamenta conueniant.

hæc citò penetrare ad regionem renum, ob id ipsis miscemus diuretica. At quæ calculosis opitulantur, vnicã facultatem postulant, quæ secare & extergere est nata, cum conspicua caliditate. [1] *Sunt autem talia ferè omnia amara.* 1 Calculosis cõgrua medicemẽta, omnia ferè esse amara.

Confectiones Andromachi ad renum & vesicæ affectiones.

[2] *Potio ad vesicam exulceratam & vrinæ emittendæ difficultatem. Seminis lini, seminis papaueris albi, semin. cucumeris, tragacanthæ, sing. drach. 2. amyli drach. 4. Cum aqua in pastillos redigito, exhibetóq;.* 2 Vesicę vlceri & vrinæ difficultati remedium.

Alia ad eadem, & vesicæ dolores.

Croci, seminis rutæ syluestris, seminis maluæ syluestris, sing. drach. 6. sem. hyoscyami drach. 12. opij drachm. 6. semin. apij drachm. 12. nuces auellanas 12. amygdalas 20. semin. cucumeris drachm. 12. mellis Attici, quod sit satis. Datur magnitudo Ponticæ nucis cum vini mulsi cyathis 3.

[3] Alia ad profluuia sanguinis ex vesica.

Aluminis drach. 1. tragacanthæ drach. 2. gummi obolum 1. Dato ex passo quandoque obolum 1. quandoq; duos. 3 Sanguinẽ è vesica fluentem remediũ supprimens.

[4] Alia calculos frangens, ita vt non renascantur.

Casiæ, piperis albi, sem. pastinacæ, anisi sem. papaueris albi, spicæ nardi, sem. smyrnij, cyperi, singul. drachm. 2. seminis apij, thuris, styracis, 4 Calculos frangens medicamẽtum.

irid

iridis Illyricæ, amygd. amararum, asari, singul. drac. 3. myrrhæ minnææ, drach. 4. mellis Attici quod sit satis. Conficito & quotidie exhibeto nucis Ponticæ magnitudinem ex aquæ cyathis tribus, idq; ieiuno stomacho.

1 Nephriticæ compositiones ex Asclepiade.

[1] Nephriticę compositiones ab Asclepiade conscriptæ.

Seminis satiui cucumeris tosti, drach. 3. seminis maluæ drach. 5. nucum pinearum drach. 6. semin. apij, drachm. 7. seminis lini drachm. 1. amygd. amararum mund. dra. 9. Excipe passo, & exhibe nucis Ponticæ magnitudinem cũ protropi cyatho 1. & aquæ calidæ cyathis duobus.

Alia.

Maluæ syluestris & rutæ syluestris, & apij montani radices in vino coquito, & expreßi liquoris cyathos 2. cum pari aquæ portione exhibeto.

Alia.

Seminis balsami, lapidis qui spongijs ineſt, pulegij aridi, seminis maluæ syluestris, ocimi aridi sing. pares portiones tundito, incernitóq; & reponito. Propinato autem cochleare vnum cum vini diluti cyathis duobus.

Pastillus ciens vrinas, atque expellens lapillos.

Asari, petroselini, phu, mei, sing. drac. 4. acori sem. anisi, sem. dauci, apij montani, carpobalsami, tragacanthæ, sing. drac. 2. Tragacãtham

passo

passo dissolutam aridis adijcito, & pastillos formato: indéq; obolos 3. cum paßi diluti cyathis 2. exhibeto.

De ischiade, podagra, & arthritide.

Ex genere [1] arthritidis est tum [2] ischias, tum [3] podagra. Quod enim in omnibus articulis est arthritis, hoc in vno, iuxta coxendicem quidem ischiada, iuxta pedem verò appellant podagram. Incipit igitur plerunq; podagræ generatio ex vno articulo, temporéq; in omnes progreditur. [4] Communem habent hi tres affectus redundantiam humoris. Cæterùm aliquando irruens humor sanguineus est: vt plurimum autẽ pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mistus: quibus etiam interdum miscetur sanguis. [5] Porrò vbi pituitosus humor, qui propriè appellatur crudus, in articulis delituerit diutius, craßior atq; viscosior efficitur, tophísque aut callis dictis præbet generationem. Qui quidem postquam producti fuerint, non est quòd speres illos posse exactè dissolui. [6] Differentia affligentium humorum facilè ex colore dignoscitur. Præterea biliosus sanguis multæ caliditatis sensum exhibet ægrotanti, à calorificísq; remedijs exacerbatur: quemadmodũ remittitur rursus à frigidis. [7] Curatio autẽ ipsa exordienda est ab euacuatione affligentis humoris: si quidem ex æquo humoribus redunda-

1 Arthritis.
2 Ischias.
3 Podagra.
4 Articulariũ morborum cõmunes causæ.
5 Tophorũ generatio fit à pituitoso humore impacto in articulis: ob idq; sunt incurabiles.
6 Articulares dolores à quibus gĩgnãtur humoribus, quæ notæ indicent.
7 Articularis morbi curatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rit corpus, venæ sectione primo omnium administrata: dein purgatione, quibus accedat pharmacorum dicendorum conueniens atq; opportunus vsus: [1] *ita vt in manibus pedibúsq; pharmacis repellentibus fluxionem vtamur: iuxta coxendicem verò, ea minimè administremus. Quum enim iunctura ea in profundo sit sita, sanguis ex vicinis & ambientibus vasis à musculis ad illam truditur.* [2] *Mitigatorijs igitur in principio medicamentis vtendum est ad dolores coxendicum, & quæ nec refrigerent multum, nec fortiter calfaciant. Exacerbantur enim per ipsa fluxiones, caliditate nimirū plus attrahente ipsas, quàm impediēte.* [3] *Rarò itaq; fit coxendicum dolor ex sanguinis multitudine, citißiméq; curatur, venis circa poplitem aut malleolos pertusis. Quemadmodum autē sola sæpe sanguinis euacuatio sufficiens auxilium existit,* [4] *sic contrà in omni dolore coxendicū, & præsertim eo, qui ex humorū copia est exortus, si quis ante euacuationem totius corporis acribus pharmacis circa affectam partem vtatur, affectum ægrè curabilem reddet, copia videlicet indissolubiliter ibidem condēsata.* [5] *Ob id q; ab euacuatione incipiendum est, nō solùm à cruribus, sed à cubito etiam sanguinis detractione facta. Auxiliātur etiam vomitus ipsis ischiadicis, magis vtiq; quàm euacuationes per ventrem, vt qui reuellant humorem repentem*

deorsum

1 Repellentibusquidē vtendum esse, si humores fluāt ad articulos pedum aut manuū minimè autē, si in coxendicem irruant.

2 Ischiadi qualia remedia in principio conueniāt.

3 Ischias rarò oritur à sanguine: facilliméq; curatur tūc poplitis venís aut malleolorū incisis.

4 Ischiade vrgēte acribus medicamentis nō est vtendū, ante totius corporis euacuationē

5 Ischiadi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

deorsum. Mouendi itaq; sunt vomitus in principio ab accepto cibo: postea verò etiam per vomitoria medicamenta, initio à mediocribus facto. [1] *In quibus autem vehemēs humorum dēsatio, quæ ægrè dissolui poßit, à Medicis intempestiuè vtentibus acribus pharmacis facta est, ijs maximè cucurbita affixa auxiliatur, & purgatio per clysmos efficaciores, qualis est qui ex colocynthide constat.*

cis confert vena secta in cubito, vomitusq;.

1 Ischiadis induratæ curatio.

[2] Cōpositiones ab Andromacho scriptæ ad ischiadicos.

2 Ischiadicis cataplasmata descripta ab Andromacho.

Emplastrum è profundo extrahens humores affligentes coxendicem. Seminis rutæ syluestris, silphij, spumæ nitri, baccarum lauri, abrotoni, colocynthidis medullæ, cardamomi, ammij, sing. drach. 4. rutæ viridis minæ octauam partem. Quidam horum singulorum drachmas 20. accipiunt: necnon picis, adipis taurini, terebinthinæ, myrtei, ceræ, singul. tantundem, chalbani, ammoniaci thymiamatis, vtriusque drachm. 6. opopanacis, sulfuris viui, singulorum drachm. 4. Conficito, & admoueto.

Aliud ad coxendicū, capitísque dolores, atque ad alios omnes antiquos.

Ceræ drachmas 24. ammoniaci thymiamatis drachmas septem, terebinthinæ tantundem, succi thapsiæ, drachmas octo, olei cyathum vnum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Aliud.

Ceræ drach.100. visci querni, drachm.16. myrrhæ drach.6.terebinthinæ drach.25. chalbani drach. 6.iridis Illyricæ tantundem, ceræ heminam ß.cyprini tantundem.

[1] Asclepiadis malagmata ad ischiadicos.

1 Ischiadicis malagmata ab Asclepiade scripta.

Myrrhæ stactæ,bdellij onychis,medullæ ceruinæ,ammoniaci thymiamatis, iridis Illyricæ, sing.lib.2. opopanacis, chalbani, styracis, mastiches, floris lapidis Aßij, succi sycomororũ, canchryos,piperis albi, sing. libr.1.ceræ, terebinthinæ, vtriusq; lib.5. Tundendum est pharmacum ita, vt qui tundit,fæcem vnguenti irini adhibeat,quò mollius reddatur.

Aliud mirè iuuans ischiadicos,discutiénsque omnem duritiem.

Ceræ,visci querni, terebinthinæ,iridis siccæ, myrrhæ,chalbani, sing.drach.48.olei cyprini, aut vnguenti Aegyptiaci, quod sit satis. Conficito.

Aliud.

Picis liquidæ Brutiæ lib.3. fæcis aridæ vstæ lib.2.nitri rubri lib.1.ß. resinæ pini, ceræ, staphidis syluestris, sulfuris viui, sing.lib.1. pyrethri libr.ß. cardamomi sext.1. Picem, ceram, atq; resinam,soluito:arida tundito, cribratóq; & liquefactis cõmittito. Porrò Damocrates, Archigenésq; plurimùm ad ischiadicos commend

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mendant malagma ex iberide herba (quam nasturtium sylueſtre vocant) cum adipe porcino tuſa confectum: quod ſanè imponi iubent ad horas tres, indéq; ad balneum accedere.

De podagricis & arthriticis affectionibus.

Scopus in hiſce affectibus eſt, ſi quidem adhuc fluant humores, ipſos per adſtringentia repellere: ſi verò amplius non influant, diſcutere qui ſunt iam impacti.

[1] Epithema Aſclepiadis, ad arthriticos, mirè dolorem ſedans. 1 Arthriticis cõgruẽtia epithemata, ab Aſclepiade ſcripta.

Succi papaueris drach. 4. croci drach. 1. cum lacte bubulo, caprillóve, & panis medulla contundito, læuigatóq;, ac deniq; ex roſaceo emolliens, conficito cataplaſma.

Aliud.

Styracis drachm. 2. opij drachm. 1. Confice, vteréque.

Aliud, tofos & duritias diſcutiens.

Farinæ fœnigræci, floris lapidis Aßij, lomenti fabæ nigræ, farinæ lupinorum, ſingul. ſextar. 1. Omnia mixta & aqua ſubacta calida, imponito.

Paſtillus podagricus.

Aloës lib. 1. ſucci centaurei ſexuncem, thuris maſculi trientem, myrrhæ tantundem, floris lapidis Aßij, opij ſucci mandragoræ, aluminis ſciſſi, ſing. ſextantem: paſſo excepta in

pastillos redigito. Vsu expetente, lacte dissolutos cum penna illine, & supra illitionem linteolum passo imbutum impone.

Aliud, quod auxiliatur confestim.

Visci, terebinthinæ vtriusque libr. 1. adipis taurini, floris lapidis Aßij, calcis viuæ, mannæ, singul. quadrantem, cyprini libr. 1. Conficito, vtitórq;.

FINIS.

EX industria omisimus libellum de facilibus paratu remediis, quòd omnia quæ in illo habentur, reperiantur in hisce commentariis longè cumulatiora.

ILLV

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ILLVSTRI ADMODVM, *atq; ornatißimo uiro, D. Ario Gonzzalo, Comiti Pugni in Roſtro, Andreas Lacuna Secobienſis, Doctor Medicus, Miles. S. Petri, Salutem.*



ALENI commentarios de Theriaca & de Antidotis hoc nomine dicare tuæ Dignationi ſtatui, Vir citra controuerſiam ſplendidiſsime, vt generoſum iſtum animum tuum, ex tam longa lite & controuerſia defatigatum, varia eorum lectione dulciſsimáq; oblectarẽ, contráq; iudiciarias moleſtias, atq; ingentes difficultates (quæ optimorum ingeniorum veluti deleteria & exitialia venena exiſtunt) ſalutari alexipharmaco communirem, atq; corroborarem. Quanquam hercle adeò inuicta, inſuperabiliſq; tua iſta eſt animi magnitudo, vt nullis tormẽtis ſuccuſſa poſsit vnquã euerti, aut quoquomodo labefactari. Nam tametſi varij fortunæ fluctus, acerbiſsimæq; procellæ, & quæ vel fortiſsimum quenq; proſternere minimo negotio potuiſſent, iam ante multos annos in te maximũ im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

petum fecerint, adeò tamen fortiter sustinuisti omnes eius insultus, tam heroicè restitisti afflictionibus vndiq; tua mœnia circunuallantibus, vt ob nullam tempestatem ingruentem vultum vnquam aut colorem mutaueris. Quam sanè tam insignem constantiam, animíq; raram serenitatem, non aliunde quàm à Philosophia comparasti, cuius nimirum amator longè indulgentissimus es. Siquidẽ præter alias virtutes, quibus te exornauit Deus Opt. Max. etiam inseuit tibi ardentissimum quendam omnium disciplinarũ amorem, quo accẽsus, adeò illis perpetuò indulges, vt ab ipsis reuocari nõ possis. Id quod ipse exploratum habens, non posse me Dignationi tuæ rem vllam gratiorem facere existimaui, quàm si ad eam mitterem hosce commentariolos Galeni, vt mole exiguos sic plenos eruditione, variísq; naturæ mysteriis auctos. Tuũ igitur fuerit, Vir clarissime, hoc nostrum quantuluncunq; munusculum, illius feruẽtissimi amoris, quo optimus pater meus prosequebatur olim totam familiam vestram, officiíq; mei in tuam amplitudinem, futurum veluti monumentum quoddam perenne, æqui boníq; consulere. Vale. Venetiis, Calend. April. M. D. XLVIII.

GAL

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

GALENI PERGAMENI, de theriaca ad Pisonem,

LIBER VNVS.



MEDICAMENTVM [1] *ex viperis meritò est apud homines inter alia omnia celebratißimũ, optime Piso, & quòd vim habeat efficacißimã, & quòd neminem promißis frustretur. Siquidem nullum à feris commorsum, hac statim epota antidoto, periisse, memoriæ proditum est. Nullus etiam, eadem præsumpta, vel si paulò pòst impeteretur morsu, interiit: id quod in dies experiuntur Prætores in hominibus capitali supplicio damnatis.* [2] *Cæterùm si epota theriaca non purgetur qui hausit medicamentum purgans, id tibi erit indicium, antidoton præstantißimam esse, quæ sæpißimè solet adulterari.* [3] *Porrò diuus M. Aurelius, qui legitimè aliquando geßit habenas imperij, affatim, & veluti alimento quodam, hoc vtebatur medicamento: primúsq; fuit, qui ipsius existimationem fidémq; auxit. Verùm illius quidem principis tempore ad familiarium tantùm notitiam theriaces perueniebat opus:* [4] *sub hisce autem*

1 Theriaces cõmẽdatio.

2 Theriaca perfecta purgantiũ pharmacorum operationẽ supprimit.

3 M. Aurelius Imp. auxit fidẽ theriaces.

4 Seuerum & Lucium eiusdẽ imperij moderatores, collegásq; magnificè cõmẽdat Galenus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

monarchis maximis, vsus eius prodijt in publicum. Siquidem nobis omnibus licet eorum bonis probè vti, liberalitérq; alijs mederi, alio ab alio medicamentum capiente: quum nō solùm hoc nomine cæteris omnibus antecellant, quòd imperium à Dijs sint adepti, sed quòd etiam vniuersa bona cunctis libenter impartiant, ac non secus quàm Dij ipsi, tantum ex æquo gaudij concipiant, * quantum illi qui ab ipsis seruantur: [1] quum nimirum censeant maximam regni esse partem, communem omnium salutem. Quo sanè regio candore præditi, adeò exquisitè & diligenter theriacen præparant, vt ipsi quidem nihil prorsus omittant, antidotus autem admiranda opera exhibeat. Igitur morbi cuiusq; natura comperta, differentiáq; simplicium pharmacorum penes temperamentum cognita, singulis morbis quod cōgruum sit, medicamen compositum præparabimus. [2] At simplicium medicaminum vires sensu & experientia cognoscimus, quibus postea rationem iungentes, eámque ceu ducem sequentes, hallucinari non possumus. Etenim quum cernamus liquidò, [3] scammonium bilem flauam educere, [4] epithymum atram bilem, [5] ac denique coccum gnidium pituitam: nec credamus medicamenta ipsa purgantia in suam naturam humores transmutare & conuertere,

1 Regni maximam esse partē, communē omniū salutem.

2 Simplicium vires cognosci sensu, experientiáque quibus adiuncta sit ratio.

3 Scammoniū trahit flauam bilem.

4 Epithymū atram bilem expurgat.

6 Coccum gnidiū soluit pituitā.

re, (id quod *Asclepiades somniauit*) *sanè persuasum habemus, quemadmodum magnes trahit ferrum,* [1] *sic medicamenta singula sua insita facultate conuenientem sibi succum attrahere: nimirum id ratione comprehendentes, quod proprietatem facultatis naturæ cuiusque pharmaci verè * testari atque exprimere potest. Medicamentorum itaque alia per totas substantias agunt:* [2] *alia in substantia sua miscellaneam facultatem sortiuntur, adeò vt sæpe in corpore effectus maximè contrarios producant. Siquidem lapathi folia comesta subducunt aluum, quam sumptum eius semen adstringit. Similiter & succus brassicæ, & vetulorum gallorum ius, & cochlearum marinarum cremores, ventrem commouent: olus autem ipsum, atque illarum carnes comestæ, eundem comprimunt. Aloë, squammáque æris, excrescentes vlcerum carnes adstringunt: assumpta verò per os, vniuersum corpus expurgant.* [3] *Lac vbi à nobis diuiditur, contrarias facultates ostendit. Nam serum ipsius bibitum, ventrem resoluit. Caseus ingestus, ipsum cohibet exactè.* [4] *Trifolium herba decocta, impositáque, ferarum morsibus auxiliatur: quæ si sanè parti affricetur, non secus quàm ferarum morsus eam affligit.*

1 Medicamenta singula proprium sibi succum attrahere.

2 Medicamenta plura, secundũ diuersas sui ipsorũ partes, varios effect⁹ producere.

3 Lactis substantiæ diuersæ.

4 Trifolium, affligit sanas particulas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Cicuta sturnos alit; nos perimit. [1] *Cicuta sturnos quidem alit: nos autem è medio tollit.* [2] *Veratrum coturnicibus cibus, homines malè perimit. Nonnulla præterea partes quasdam certas corporis vitiant.* [3] *Nam lepus marinus pulmonem exulcerat.* [4] *Cantharis vesicam peculiariter afficit. E contrario, affecto iecinori sæpe fuit herba eupatoria ex vsu. Myrobalanus lienem adiuuat. Sarxiphagon, & betonica renes optimè afficiunt. Quum igitur veteres illi medici reputarent secum, ineuitabiles esse noxiarum ferarum morsus: necnon deleteriorum pharmacorum symptomata esse omnino letalia: quúmque etiam perperpenderent, hominum naturas differre inter se plurimùm, aliúdque alij medicamentum idoneum esse, meritò ipsius theriaces accuratam, exquisitam, & variam, sunt moliti præparationem, vt hoc nomine ipsa in omnibus suum finem assequeretur, & ob vsus necessitatem magno studio eam mortales omnes expeterent.* [5] *Nihil siquidem inter vitæ incommoda difficilius mihi videtur deleterijs medicamentis, ac feris noxijs.* [6] *Primus autem, qui antidoto contra ferarum morsus immiscuit feras fuisse perhibetur Andromachus, vir mehercules memorabilis, nec multò antè nos natus: quippe qui Neroni (cuius assecla fuit) ipsius vires atque compositionem dicarit. Summa autem descriptionis habet in hunc modum:*

2 Veratrũ alit coturnices, homines enecat.

3 Lepus marinus pulmoné exulcerat.

4 Cantharis vesicam afficit.

5 Difficili⁹ in vita nihil reperiri posse deleteriis medicamétis, feríſq; viros eiaculã tibus.

6 Andromachi commendatio.

Andr

Andromachi senioris, Neronis Archiatri, Theriace ex viperis, cui nomen est Galene.

[1] *maximè salutaris ad serpẽtium atque omniũ ferarum ictus, pharmaca deleteria, affectiones ventriculi, anhelationes, dolores colicos, morbum arquatum, hydropa, phthisin, omnimodam conuulsionem, pleuritidem, vesicæ vlcera, suppreßiones vrinæ, cruciatus renum, pestiferos morbos, ac denique canis rabidi morsus si pondere fabæ Aegyptiæ sumatur cum ternis aquæ calidæ cyathis. Igitur captas vere ineunte viperas ceruices illis atque caudas præcidito.*† *quantum arcta pigmæi manus extenditur: nam vtraque parte venenum gerũt. Postea verò excoriatas, euisceratásque, ab ipsísque omni adipe amoto, in fictile vas conijcito, affundens aquæ quod satis esse videatur, addénsq; germen anethi, ac pauxillum salis recentis, & sinito coqui, donec facilè à carne ipsæ spinæ amoueantur.* [2] *Tunc itaq; carnes ipsas exmptas cum sufficienti ad pastillos fingendos medulla panis purißimi contundito, & læuigato, affusóque iusculi quod satis esse videatur, manibus opobalsamo intinctis, conficito orbiculos, eósque in vmbra reponito ad totius antidoti compositionem.* [3] *Dein fermento illine scillam recentem, non admodum magnam, eámque in furno vel in patina coque, vt torreantur omnes eius partes ex æquo. Id vbi*

1 Theriace quibus conueniat affectibus.

† Quantũ arctata in pugnũ manus extenditur.

2 Artificorum theriacorũ præparatio.

3 Pastillorum scillinorum preparatio.

fact

factum fuerit, partes eius internæ & tenerrimæ cum pari portione optimæ farinæ eruinæ contundantur & læuigentur, atq; in orbiculos digerantur. Verùm Andromachus duplicẽ portionem eruinæ farinæ adijciendam cẽset: quum tamen æqualis modus fingendis pastillis sit optimus.[1] Hæc vbi facta fuerint, accipies pastillorum theriacorum drachm. 24. pastillorum scillinorum drach. 48. piperis longi, succi papaueris, magmatis, hedyochroi, sing. drac. 24. rosarum siccarum, iris Illyricæ, glycyrrhizæ, seminis napi syluestris, quem buniada appellant, scordij, opobalsami, cinnamomi, agarici, singu. drach. 12. myrrhæ, costi, croci, casiæ, nardi, schœni, id est, iunci odorati, floris thuris, piperis albi, & nigri, dictamni, prasij, rheu. stœcados, petroselini Macedonici, calaminthæ, terebinthinæ, zingiberis, quinq; folij radicis, sing. drach. 6. polij, chamæpityos, styracis, amomi vuæ, meu, nardi Gallicæ, Lemniæ sphragidis, phu Pontici, chamædryos Creticæ, foliorũ malabathri, chalcitidis tostæ, gentianæ, anisi, hypocistidis succi, carpobalsami, gummi, marathri seminis, cardamomi, seselis, acaciæ, thlaspios, hyperici, sagapeni, ameos, sing. drach. 4. castorij, aristolochiæ tenuis, dauci seminis, bituminis Iudaici, opopanacis, centaurij tenuis, chalbani, sing. drach. 2. mellis lib. 10. vini falerni quod sit satis. Conueniebat tamen prius hedychroum vnguentum

[1] Theriaces antidoti secundũ, Andromachum compositio.

tum

tum describere, cuius apud Magnum talis est præparatio. [1] Aspalathi radiculæ corticis, calami aromatici, schœni floris, phu, costi, asari, xylobalsami sing. drach. 6. cinnamomi drac. 24. amomi tantundem, amaraci drachm. 20. nardi Indicæ drach. 16. foliorum malabathri, dra. 6. myrrhæ drachm. 24. mastiches drach. 6. Croci drachm. 19. Excipiuntur vino Falerno, manibúsque opobalsamo intinctis, in pastillos cogũtur, & aßiccantur. [2] Elegit porrò Andromachus ex alijs feris solas viperas ad huius præparationẽ antidoti, quòd hæ minus alijs tabificam vim obtineant. [3] Nam basiliscus, belua suffiaua, & triplici frontis apice munita, vel si cernatur tantùm, aut sibilus eius audiatur, actutum hominem perimit. Quòd si ex cæteris animalibus aliquod attigerit animal à basilisco extinctum, subitò etiam exanimatur, [4] Dryinus serpens, tam esse perniciosus proditur, vt si qui ipsum per imprudentiam calcarint, eis pedum plantæ excorientur, totáque crura intumescant, periclitentúrque etiam illorum manus, qui ipsis auxiliũ tulerint. [5] Hæmorrhus, [6] & hæmorrhois, adeò inimici sunt homini, vt qui ab ipsis percussus fuerit, sanguine per os & nares, ac per vniuersum corpus effuso, vita defungatur. [7] Commorsi à dipsade, conficiuntur causo. Nam & inexpugnabili siti, & æstu vehementi cruciati, interdum & disrupti

1 Hedychroi vnguenti præparatio.

2 Viperas aliis feris minus obtinere tabificæ facultatis: ob ídque ad antidotum ab Andromacho electas.

3 Basiliscus conspectus auditúsve hominem perimit.

4 Dryinus serpens.

5 Hæmorrhus.

6 Hæmorrhoïs.

7 Dipsas sitim infert inexpugnabilẽ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Acontias serpens vt perimat.

2 Ptyas venenū corporibus inspuit.

3 Aspidum tres species

4 Cleopatra post victum Antonium, ne viua duceretur Romam à Cæsare, aspide sibi mortem consciuit.

5 Polyxenam dedisse operam, vt cum decoro iā moribunda caderet.

pti, diem obeunt. [1] *Acontias serpens, vbi se multum extenderit, ceu iaculum quoddam insiliens corporibus, ita perimit.* [2] *Inter aspides nominata Ptyas, ceruicem exporrigens, longitudinémque interualli mensa, venenum corporibus inspuit. Etenim harum ferarum vna* [3] *(tres quippe aspidum sunt species, hæc videlicet, & chersæa, necnon chelidonia)* [4] *perhibent reginam Cleopatram, quum vellet latêre custodes, citra suspicionem sibi mortē subito cōsciuisse. Nam quum Augustus deuicto Antonio eā capere incolumen vellet, ac viuere, studiosiúsque (sicut par erat) seruare, vt Romanis tam insignem mulierem in triumpho ostenderet, hæc, re intellecta, optauit regina adhuc ex humanis potius decedere, quàm priuata Romanis conspici. Quo consilio duas mulieres fidissimas, Naeram nempe & Carmionen, quas ad pulchritudinem corporis mundo subministrando habebat, ad se vocauit: eísque iussit vt feram vuis ficubúsque tectam importarent, quo (vt dixi) custodes falleret prius factura periculum in ipsis mulieribus, an subitò perimere posset. Quæ quidem quum actutum periissent, ferunt ipsam postea sibi exitium pariter conciliasse: fuisséque tandem inuentam, manu dextra capiti admota, & diadema, sicut est consentaneum, tenente, vt vel eousque spectatoribus videretur esse regina.* [5] *quemadmodum*

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

de Polyxena scribit Tragicus, quæ & ipsa moriens, accuratè tamen dedit operam, vt cum decoro caderet. Qua ex re Augustum vehementer fuisse attonitum memorant, partim ob ancillarum erga reginam amorem, vt cum ea mori non dubitarint: partim, quòd illa generosam potius mortem maluerit oppetere, quàm viuere in seruitute. Recitaui hanc historiam, vt ex ipsa intelligeremus, quàm subitam id genus feræ nobis perniciem concilient. Cæterùm vipera inter reliquas omnes feras caput habet ad inferendum exitium promptius. [1] Aiunt autem ipsam os aperire ad excipiendam genituram à mare: qua excepta, illius caput abscindere: atque hunc ipsis esse praui complexus modum: [2] deinde prolem ex semine genitam, matris ventrem erodere foràsque erumpere, ac sic iniuriæ paternæ vindices propriam matrem perimere. Mirum autem esse non debet, si capitibus & caudis præcisis, reliquæ viperarum partes efficacius medicamentum reddant, præcipuè carnes ipsarum, quibus ad seruandum facultas quædam est insita, quum reliquorum animalium etiam pleræque partes multis morbis opitulentur. [3] Nonnullis quippe murium capita vsta, ex melléque illita, alopeciam sanare possunt. [4] Milui quoque caput absque plumis combustum, si quis ex eo quantum tribus digitis comprehendi potest, bibat, aiũt

1 Viperam ore excipere geniturã à mare, eiúsque caput abscindere post semen exceptum.

2 Viperã prolem iniuriæ paternæ vindicẽ, matris ventrẽ perscindere, atque sic nasci.

3 Murium capita.

4 Milui caput.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Cameli cerebrum. podagræ opitulari.[1] *Cameli cerebrum arefa-ctum, potúmque ex aceto, comitialibus morbis medetur: & mustelæ similiter.*[2] *Hirundinis cerebrum ex melle, ad suffusiones oculorum conducit: vt ouillum, ad dentitiones infantium.*

2 Hirundinis cerebrũ.

3 Cornu taurinum. [3] *Taurini cornu rasura cũ aqua pota, sanguinis eruptionem cohibet: femoráque combusta etiã sanguinẽ supprimũt, vt sæpenumero aluũ solutam.*

4 Cornu ceruinum. [4] *Ceruini cornu ramentum adustũ, & cum vino tritum, circunlitúmque, vacillãtes dentes confirmat: id quod bouis talus etiam facere perhibetur: qui etiam ex lacte potus educit rotundos lumbricos, ex oxymelite lienem consumit, & leucas tollit illitus, mediocritérq; venereus existit.*

5 Castoriũ. [5] *Testiculi castoris poti, conuulsionibus auxiliantur.*

6 Stercus bubulum. [6] *Stercus bubulum aridum, combustúmq; trium cochlearium mensura iuuat hydropicos.*

7 Muscerda. [7] *Muscerda ex aceto trita, alopecias persanat: in potu autem sumpta, lapides vesicæ cõminuit. Adeps anserinus inflammationibus cum rosaceo medetur. Cerui medulla mitissimũ medicamen existit.*

8 Lac vaccinum dysentericos sanat. [8] *Vaccini lactis potus dysentericos adiuuat. Fel hyænæ visum exacuit. Hippopotami cutis vsta, & læuigata ex aqua, illitáque, digerit phymata:*

9 Viperæ pellicula mirè pilos regenerat. [9] *queãdmodũ pellicula viperæ redacta in pollinẽ, alopeciisq; imposita, mirè pilos regenerat. Exuuium aspidis ex melle tritum, illitúmque, acutissimum visum conciliat.*

10 Cancer fluuiatilis. [10] *Cancer fluuiatilis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tilis tritus, illitúsq; spicula & surculos extrahit [1] *Cantharis similiter læuigata, cum bryoniæ radice pota, educit vermes. Scorpius assus, atque ex pane comestus, vesicæ lapides cõterit.* [2] *Terræ intestinum ex vino assumptum, idem molitur. Tritum, & ex melicrato bibitum, arquatum morbum explodit. Ex rosaceo cerato impositum, podagricis inflammationibus conuenit.* [3] *Accipiter in susino vnguẽto decoctus, hebetudini oculorum medetur. Scarabæus in oleo frictus, auríq; instillatus, doloribus ipsius auxiliatur.* [4] *Alauda vsta si edatur, mirificè colicos iuuat. Multa etiã, vel conspecta dũtaxat, vim suã ostẽdũt.* [5] *Stellio quippe visus ab scorpionibus, substringit ipsos & perimit.* [6] *Amphisbænam si qua mulier grauida supergrediatur, facit abortum.* [7] *Itaq; non est mirabile, si viperarum corpora, amputatis partibus illis, auxiliandi etiam robur obtineant: imò nec si morsibus ab ipsismet factis, solæ viperæ succurrere possint, vel si nobis inimicissimæ sint. Traditur siquidem nonnulla animalia, si sanguinem quidem humanum ex vulnere manantem contingant, commorsos occidere: si verò vorentur, nec sanguinem degustarint, vulneratos seruare incolumes posse:* [8] *quemadmodum & de helenio etiam proditum est: quo nimirum Dacas, Dalmatásque aiunt cuspides telorum imbuere: quòd videlicet postquã sanguinẽ vulne-*

1 Cãtharis.

2 Terrę intestinum.

3 Accipiter hebetioribus oculis medetur.

4 Alauda.

5 Stellio visus ab scorpionibus, eos pimit.

6 Amphisbæna.

7 Viperæ solæ morsibus ab ipsismet factis opitulantur.

8 Helenij succo infectas sagittas esse letales.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ratorum attigerit ipsos occidere poßit: quum ab ipsis tamen citra vllam noxam edatur, ceruíque à sagittarijs per contactum eius enecti, tutò etiam comedi poßint. Iam verò à crocodilo oblæsis, ipsius adipem vulneri impositum, summo esse præsidio nouimus: [1] murísq; aranei morsus æquè lethales ab ipso redacto in puluerẽ superpositóque citra dolorem iuuari. Similiter qui à vipera sunt percußi, effugiunt periculum si trita ipsarum corpora vulneribus imponant. Etenim si quid veneni in vipera carne est relictũ, id multiplex ex ea præparatio delet: plurimum autẽ illi facultatis auxiliatricis largitur. [2] Cantharis nãque sola exhibita, vesicã exulcerat & inimicum est ipsi medicamentum, sæpenumeróq; sua facultate vehemẽti hominẽ iugulat: mista verò quibusdã alijs, salutaris vesicæ redditur, vrinámq; vehemẽter prouocat. [3] Succus etiã papaueris, quòd potus per se amodũ perniciosus existat, latêre neminẽ arbitror: sinautẽ cum nonnullis alijs sit præparatus, ægros ita subinde iuuat, vt maximè salutiferũ esse ipsis medicamentum videatur. Itaque phreniticorum deliria sæpe generosè curauit: destitutósque robore ob diuturnas vigilias, concilians illis somnum, manifestè restituit. [4] Quinetiam ab araneis commorsos, ipsi aranei triti, & cum vino poti, malo liberant. Si igitur solum vinũ feris mistum à periculo reddit securos, nimirũ

1 Muris aranei pulvis sanat ab ipso emorsos.

2 Cantharis per se, vesicã exulcerat: aliis autẽ admista salutare illi⁹ redditur medicamen.

3 Papaueris succi facultas.

4 Aranei triti potíq; ex vino, morsos ab ipsis, asserunt.

theriaca maximè salutare medicamen existet, [1] *vtpote ex tot talibúsque confecta pharmacis, quorum qualitates totæ per totas miscentur, & alterantur, conspirantésq; in vnam eandémq; naturalem temperiem, communem quandam facultatem atq; naturam adquirunt, ab ea diuersam, quæ antea singulis inerat. Eligenda tamen sunt, explorandáque singula medicamenta, prius quàm antidoto indantur: solent quippe à fraudulentis hominibus quàm creberrimè adulterari. Vnius autem cuiuspiam vitium, subinde vniuersa contaminat. Porrò quum varij variè hanc antidotum præparent,* [2] *nos compositione Andromachi, ceu omnium præstantißima, vtimur: in regióq; vsus eam præparamus.* [3] *Venari autem oportet viperas initio veris, quũ latebris relictis, foràs in apricum prodeunt, & non adhuc virus tam exitiale retinent. Intus nanque delitescentes, quũ nulla ex parte difflentur, magis sunt perniciosæ. At egressæ exuuium craßúmq; tegumentum solent deponere. Quare non statim ipsas capere oportet, sed permittere, vt aëre aliquãdiu fruantur, consuetóq; vescantur cibo, hoc est, herbis, buprestibus, cantharidibus, & pityocampis.* [4] *Eligẽdæ autẽ sunt colore suffulauæ.* * *eximia quadam agilitate mobiles, ceruices admodũ extensas habentes, oculósq; tum inflammatos, tum impudẽtes, atq; adeò intuẽtes ferinum. Sint etiã latiore*

1 Theriacen constituentium pharmacorũ qualitates, totas per totas misceri, cõspiraréque in naturalẽ quandã cõmunéq; omniũ temperiem.

2 Theriace Andromachi præfertur cęteris.

3 Viperæ quando venandæ.

4 Viperæ quales sint deligẽdæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

capite,corpore autē atq; ventre craſsiori, mea-
tumq; habeant magis ad extremum caudæ lo-
catum,quæ non inuoluta, ſed potius conuerſa
1 Viperæ fœminæ maſculiq; diſcrimina

eſſe debet:ac [1] deniq; trāquillū incedant:qua
ſanè re à maſculo diſtinguitur fœmina:quódq;
caninos dentes habeat plures duobus. Iam ve-
rò ſi caudis capitibúsq; amputatis,exāguia pro-
tinus,immobiliáq;,ac prorſus mortua,ipſa ani-
malia cernantur,ad medicaminis compoſitio-
nem non cōferunt. At ſi motum, ſanguinémq;
conſeruare aliquādiu poſsint,tunc eas,ceu præ-
ſtantiſsimas coques ad conficiendos trochiſcos,

2 Theriaces conficiēdæ ratio.

quatenus dictū eſt. [2] Porrò medicamenta reli-
qua contundere,cribróq; incernere quàm ſubti-
liſsimo oportet:nam læuia inſigniter admodum
mihi iuuare videntur,quòd facilius apponan-
tur corporibus. Quæ conſpergenda læuigandáq;
ſunt,ea vino Falerno læuigentur & conſper-
gantur. Deinde omnibus in hunc modum con-
tritis,Hymettij mellis mediocriter cocti, libras
denas adijcies. At reſinam chalbanúmq;, ſeor-
ſum prius eliquata,in mortario poſtea ipſi me
dicamento immiſcebis:omniáq; tandē,manibus
modicè opobalſamo intinctis,ſimul atq; accura-

3 Theriacē reponendi ratio.

tè confundes: [3] atq; ita antidotū in vitreis aut
argēteis vaſis repones. Nō autē vehemēter ipſa
replebis,ſed relicto quodā ſpatio,quò medicamē
tū perſpiret. Quare frequēter operculū detrahes
vt & liberius exhalet,& maturior tibi ipſius
vſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vsus cōtingat. Quippe haud modico tempore ad concoctionē indiget, vt quando vsus postulet, antidotus probè sit cocta. [1] *Concoquitur autem plurimum duodecim annorum spatio. Cæterùm qui vigentiore ipsa vti volunt, etiã quinto anno, septimóq; eam exhibent, præsertim ijs qui à virulentis bestijs & à cane rabido sunt cōmorsi, necnon in medicamentis lethalibus. Est autem potens medicamentum adusque triginta annos. Nam in alijs affectibus, vbi tanta noxæ causa nō est, sufficere videtur, quum vsus exigit, etiã sexagenariũ.* [2] *Etenim vbi huius antidoti facultas est valida, si sumatur post pharmacum purgans, eius operationem supprimit: si verò imbecilla, minimè purgationem impedit. Iuxta differentias autem affectuum, ipsius medicamēti quantitatem metimur, congruúmque misturæ modum administramus.* [3] *Siquidē præter affectus dictos, capitis diuturnos dolores atq; vertigines sanat, auditúsq; difficultatem, & oculorũ hebetudinē corrigit. Comitialibus etiã opitulatur, reijcientésq; sanguinē plurimũ iuuat, si quis ipsam cũ symphyto decoctã, dilutámq; ex aqua exhibuerit. Insuper intestinorũ vermes exterminat, hepaticos & lienosos restituit, dysenterias, lienterias, voluulósq;, præsertim quũ intestina vacãt inflãmatione, persanat. Præterea quũ corpus multis et copiosis sudoribus diffluit, ipsiúsq; robur est exolutũ, nec mor*

1 Theriacē duodecim annis ad perfectionē cōcoqui, esséq; validam vsque ad annos triginta, iuuaréq; etiá sexagenariam.

2 Theriaces probandæ ratio.

3 Theriace quibus opituletur affectibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bus vini potionem admittit, theriace epota sudarem sistit, & collapsas vireis corroborat. Iã verò in mulieribus etiã menses educit, & vteri sedísque suppressas hæmorrhoidas subinde aperit. Nã quũ varia mistáq; facultate sit prædita, ideo alia diffundẽs extenuánsq; cogit vt excernantur: alia ob virtutis imbecillitatẽ præter modum fluentia, solet, vires instaurãs, cohibere. Quinetiam vniuersis articularibus morbis auxilio est, quum præterierit augmenti tempus, vigorísque status accesserit. Tunc nanq; fomentis dolorem leniens, antidotum propinabis: quæ sanè fluxiones infarctas discutiet, & irruentes arcebit. Prodest theriace & sanis, si crebrò ipsam assumant. Hoc auxilio vsi sæpe succurrimus elephanticis. [1] *Nec verò corporis tantùm, sed animi quoque affectibus auxiliatur. Quippe melancholicis vitijs, si sæpe exhibeatur, medetur, ipsam atram bilem exhauriens: quare pulchrè ad febrem etiam quartanam conuenit, quandoquidem ab atra bile trahit ortum.* [2] *Ego igitur multos laborantes quartana, hoc præsidio facilè liberaui. Nam vomitu prius secundum cibum ipsos euacuans: deinde in sequenti die succum absinthij exhibens, ita horis duabus ante accessionem propino antidotum: protinúsque æger frequenter liberatur ab accessione.* [3] *Aquæ etiam pauorem, omniũ morborum pessimum, qui morsos à cane rabido sæ-*

1 Theriace corporis & animi affectibus auxiliatur.

2 Quartanæ febris curatio.

3 Aquæ pauoris omniũ morborum pessimi descriptio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pe inuadere solet, tollere hoc medicamẽ consueuit. Quo quidẽ morbo correpti, aquam timent, ac propter multam ariditatem humidi desyderio tenentur: cæterùm à potu abstinent, quia mente alienati, id quod auxiliari poßit, non consyderant. Proinde fit, vt aquam fugientes, inarescant, & conuellantur, ob febrim qua intus vruntur: miserrimóque tandem mortis genere intereant. [1] Canem porrò furentem & rabidum, ab eo qui nihil tale perpessus sit facilè dignoscere licet. Siquidem si audieris gracilem corpore, siccum, oculis inflammatis, cauda demissa, spumante ore, lingua exerta, eáque bilis colore infecta, obuium quemq; insiliisse, citráque rationem cucurrisse, deinde rursus subitò volentem cõsistere, furore quodam insano percitum, momordisse non sibi antea præuisos: hæc, inquam, si in eo sic habere intellexeris, statim rabidum esse canem intelliges. [2] Quare vulnus ab ipso illatum longè vastius efficies, carne multo interuallo orbiculatim præcisa, ne facilè ad cicatricem perueniat: [3] sed foramen diu, quadraginta vt minimùm diebus, patescat, vt per ipsum canis virus emanet. Cauteriis igitur admodum candentibus locum solemus adurere, & aliis vti medicamentis, quæ extrahendi vim obtinent. [4] Ego verò antidotum ipsam rosaceo mistam aliquando in vulnus indidi, vt cucurbitulæ instar exugeret, ab altóque vi-

1 Canis rabidi notæ.

2 Morsus à rabido cane contracti curatio.

3 Morsum rabidi canis esse cõseruandũ apertũ, vt minimùm quadraginta dies.

4 Theriacen etiam admotam vulneri, auxiliari canis rabidi morsui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

rus ipsum extraheret: vt quæ nō modò epota, sed etiam admota extrinsecus rabidorum morsibus præsentaneum remedium existat. [1] *Sed neq; ad pestilentem luem (quæ & ipsa veluti fera quædam existens, ab aëris putredine exorta, per inspirationes insiliens, haud vnum aut alterum hominem, sed plures quoque ciuitates depascit, vastat, & populatur) reperire est aliud efficacius remediū.* [2] *Nam quemadmodum constat Diuum illum Hippocratem per solam alterationem aëris discußisse olim ab Athenis pestilētem eius constitutionē, nimirū per totam vrbē ex aromaticis lignis, & suauißimis floribus varijs pyris extructis, vt aërem purum hoc modo redditum inspirarent homines in mali subsidiū: simili ratione theriace,* [3] *ceu ipsa quoque ignis quidā purgatorius existat, præsumentes quidē ipsam in pestilenti aëris statu, neutiquàm malo corripi sinit: correptis autem mederi potest, malitiam inspirati aëris inalterans, nec ipsam amplius grassari permittens. Quare in prospera quoq; valetudine, vt crebrò vtaris hac antidoto, consulo, sed præcipuè dum per horridam hyemē iter facturus es. Iam verò antidotus hæc sensus omnes confirmat, acuit mentem, adéoque ob varietatem miscellæ ab iniurijs corpus securū facit, vt ne à deleterijs quidem euinci poßit:* [4] *vt fertur de Mithridate, qui nō theriace (vt quæ nondum erat) sed alia antidoto, quam Mithri*

1 Pestilentē luem esse veluti ferā quandam, ab aëris putredine exortam, eiq; nihil esse efficacius theriace.

2 Pestilentiam ab Athenis abegit Hippo. per totā vrbem varias pyras ex materia aromatica extruens.

3 Theriaca, ceu ignis purgatori9 existit.

4 Mithridates præmunitus antidoto, vinci à veneno nō potuit, ac proinde opus medicamēti per fecit ferro.

thridation appellauit suo nomine, præmunitus, non potuit veneno interire. Quũ enim à Pompeio victus, in extremis cogeretur sibi sano per venenum mortem conciscere, medicamento copioso epoto, ipse quidem ob præsumptam antidotum, defungi vita non potuit: filiæ autem, quæ ob eximium erga patrem amorem oppetere cum eo mortem volentes, idem medicamentum hauserunt, subitò animam exhalarunt. Quod Mithidates sentiens, † Pysto suo familiari iniunxit, vt ipsum iugularet: qui pharmaci opus absoluens ferro, eum mori violenter coegit. [1] *At verò theriace vtendum est post absolutam coctionem,* [2] *interdum quidem instar Aegyptiæ fabæ, cum binis aquæ cyathis, vbi exiguum ad cõcoctionem ipsius interuallũ erit: interim verò auellanæ nucis magnitudine, ex tribus aquæ cyathis, quum plus temporis ad pharmaci distributionem es habiturus.* [3] *Cæterùm per æstatem neutiquàm id pharmacum capere consuluerim. Similiter ætate florentibus, calidissimisque naturis, nec multum, nec sæpe id exhibendum censeo: ijs verò qui iam inclinant, & plurimum, & crebrò, non ex aqua, sed ex vino vt propinetur suadeo.* [4] *In pueris omnino vitandum id medicamen est: vt quod facilè corpora eorum dissoluat. Memini siquidem aliquando puellum ex intempestiuo vsu antidoti dissolutum fuisse.*

† Bistoco.

1 Theriace vtendũ esse post absolutam coctionem.

2 Theriaces propinandæ quãtitas.

3 Theriaces vsus quibus ætatibus & tẽporibus cõgruat, & quibus minimé.

4 Theriace corpora puerorum dissoluit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

De salibus theriacis.

Sales theriaci ad prædictos etiam affectus faciunt, modicè tamen ac longo tempore. Neque enim euanescit ipsorum facultas, tametsi ex combustis viperis conficiantur. Multa siquidem euadunt ignis commercio meliora, aut latentem naturam edunt.[1] *Aurum quippe iudicamus per ignem, adulteratúmque igne coarguitur: at flamma exactè purgatum esse probũ apparet.*[2] *Ferrum igne mollescit, flexúmq; nobis ad multos vitæ vsus est aptum. Nunquid etiam plurima quæ ingeruntur in corpus, nutriendis nobis ignis beneficio idonea redduntur? Etenim (vt alia prætersam) vinum statim ab vuis pressum, est crudũ: à Solis autẽ igne cõcoctũ, suauißimũ & maximè potabile redditur. Chalcitis etiã cruda quidem corpora exurit: cocta verò cicatricem inducit corporibus. Lapis Phrygius crudus acerrimus est: ignitus & cum alijs quibusdam tritus, fit oculorum præsentaneum remedium. Spongiæ combustæ cinis sanguinis fluxionẽ potenter inhibet.*[3] *Viperæ itaque simul omnes integræque combustæ, insitam prauitatem deponunt: ab ignéque salutares redduntur. Peculiariter autem*[4] *sales medentur maximè affectibus per summam cutem obortis, leucis dico, lepræ, atque agresti impetigini: abigúntq; pedunculos, propriè ex corruptione enascẽtes. Præterea dentes optimè abster*

1 Aurũ iudicari per ignem.

2 Ferrum igne mollescere.

3 Viperas combustas, salutares ab igne reddi.

4 Sales theriaci quib9 auxiliẽtur affectibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſtergunt, erodíq; ipſos non permittunt, ac flaccidas gingiuas condenſant, earúmque fluorem atque putrilaginem reprimunt. [1] Præparatio autem eorum eſt talis: Viperæ prædictis ſimiles, & eodem tempore captæ, numero quatuor, non amplius biduo poſt venationẽ ſumuntur. Præſtiterit tamen ſi eodem die, quo ſunt captæ, ijs vtaris. Dein ſalis ammoniaci, vel communis, colore albi, & leniter ſplendentis, modius Italicus. Cum quo tunduntur minutatim gentianæ Creticæ, lib. I. ſ. ariſtolochiæ rotundæ tantundem, centaurij tenuis comæ, lib. 2. cardamomi, Armeniaci praſij, ſing. vnc. 6. ſcordij montani, ſelini, chamædryos Creticæ, ſing. lib. I. rutæ ſatiuæ ſeminis tantundẽ. Melle attico hæc vniũtur, † & ſelibra ipſorũ in ollam fictilem vacuã conijcitur. Poſtea quatuor ſerpentes viuæ, mox ſcillæ teneræ admodúmq; recentes, quinq; numero conciduntur minutim: ita reliqua aliorũ pars dimidia adijcitur: atque vbi cooperueris ollam, lutóque diligenter obleueris, quatuor foraminibus ipſam pertundes, vt per eam vapor coctionis menſuram indicet. Nam primùm fumus copioſus, obſcurus, turbidúſque expirare videbitur, notans ignem iam inuaſiſſe beſtias: quem quidem ne inſpires ipſe, tibi ſummè cauendum eſt. Poſtea vbi vapor ceſſauerit, & tenuem quandam flammam per foramina exilire conſpexeris, tunc ipſa exquiſitè eſſe cocta

[1] Sales theriacos præparandi ratio.

† In vetuſt. Gale. cod. ſic legitur, καὶ ἥμισυ μέρος αὐτῶν. hoc eſt dimidia eorũ pars.

cen

censeto: atque ita ollam ab igne tollito, tota eam die ac nocte refrigerans. Deinde exemptos carbones, diligenter eos tundito, & cum his quæ subdam, incernito. Rutæ agrestis seminis, hyssopi Cretici, sing. vnc. 9. agrestis fœniculi seminis, nardi Celticæ, stachyos Scythicæ, sing. vnc. 6 petroselini Macedonici vnc. 4. amomi vuæ vnc. 3. origani heracleotici summitatū vnc. 9. ormini seminis torrefacti vnc. 3. thymi Attici summitatum vnc. 9. Malabathri Indici fol. vnc. 4. baccarum iuniperi Laconicæ carnis lib. 2. coriandri satiui sem. vnc. 6. piperis albi & nigri, sing. vnc. 2. silphij rad. vnc. 10. Zingiberis lib. 2. satyrij sem. vel rad. pulegij montani, seselis Massaliotici rufi, tordylij montani seminis, menthæ, sing. vnc. 6. casiæ optimæ vnc. 2. cinnamomi vnc. 1. Rursus omnia contundito, concernitóq; & reponito in vitreis vasis: neque vtaris ipsis, nisi post dies ferè denos. Porrò ego sales ipsos aliàs præparaui, non viperas, sed earum loco, tantundem theriacorum pastillorum, vnà cum alijs medicamētis comburens: qua industria ipsos longè præstantissimos feci.

FINIS.

Quæ habentur in libello de theriaca ad Pamphilianum, ea ōmnia huic qui ad Pisonem inscribitur insunt longè cumulatiora. Quare illum ex industria reliquimus.

GAL

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI DE ANTIDOTIS,

LIBER PRIMUS.



EDICAMENTA,[1] *quæ non extrinsecus corpori imposita, sed intra ipsum assumpta, affectibus auxiliãtur, antidotos Medici appellant.*[2] *Tres autem in vniuersum differentiæ ipsarũ existũt. Nonnullæ siquidem letalium medicamentorum gratia offeruntur: quædam contra virulentas feras opitulantur: aliæ affectibus ex praua victus ratione obortis succurrunt. Sunt quæ tres hosce polliceantur vsus, vt theriace ab Andromacho præparata,*[3] *quæ Mithridation dictam ab vsu hominum relegauit. Siquidem quum theriace haud exiguam viperarum carnem contineat, hoc nomine ad viperarum morsus præstantior quàm Mithridatios existit. Ad alia verò Mithridatios nihilo minus valet: imò est etiam in quibus præstantius se exhibeat. At non easdem vires obtinent ipsæ antidoti & post noxia medicamenta, & ante eadẽ assumptæ.*[4] *Nam quæ ipsarũ quantitas, quũ præsumũtur, sufficit vt hominẽ illæsum custodiat, ea*

1 Antidoti quæ dicantur.

2 Antidotorum tres differẽtiæ.

3 Theriace Mithridation ab vsu expulit.

4 Antidotos dũ post venenũ dãtur liberalius esse exhibendas, quã si præsumerẽtur.

qua

quadruplo, aut quincuplo aucta, quum post venenum datur, auxilio est: idque non semel quotidie, sed bis. Quòd si quis etiam singulis diebus, quemadmodum nostro seculo Imperator Aurelius Antoninus, vel vt ipse Mithridates, medicamentum capiat omnino à deleterijs venenis erit securus: [1] vt Mithridatem ferũt, quũ exitiali hausto medicamento, potius mortem oppetere, quàm subijci Romano Imperio, elegisset, nihil reperisse, quod perimere ipsum potuerit. [2] Porrò Antoninus summo studio singulis diebus ex ipsa theriace instar fabæ Aegyptiæ deglutiebat citra vllum liquorem: à qua postea, quũ in quotidianis actionibus premeretur sopore, detraxit papaueris succũ. Rursus autem quum cruciaretur vigilijs, coactus fuit ex theriace inueterata, cæterùm ex opio confecta, aliquantulum addere. [3] Quippe eiusmodi medicamenta, si vetustiora sint, ipsam papaueris lacrymam longè mitiorem obtinent. Danda autem maximè opera est, vt medicamenta ex quibus huiuscemodi antidoti præparantur, quàm exploratissima sint: quandoquidem passim solent adulterari. [4] Quæ quidem vt exquisitissima haberem, ipse inuisi aliàs tũ Cyprum, tum Palæstinam Syriæ, nauigauíque in Lemnum. [5] Porrò in quo singula medicamenta alijs gustu, aut odore præstant, in illo sanè, id quod validum est, principem inter simi-

lia

1 Mithridates cõmunitus antidoto, perimere se veneno non potuit.

2 Antoninus Impe. singulis diebus vtebatur theriace, instar Aegyptiæ fabæ.

3 Antidoti vetustiores papaueris lacrymam longè mitiorẽ possident.

4 Galenũ medicamẽtorum conquirẽdorũ gratia, varias perlustrasse regiones.

5 Medicamenta explorãdi ratio.

lia specie sibi vendicat locum. [1] *Sic enim mel dicimus præstantißimum esse, quod dulcißimum & acerrimum inter omnia alia fuerit: quódque colore pallidum, media sit consistentiam, defluénsq; sensim suam continuitatem tueatur. Danda autem opera est, vt quod vinum hisce medicamentis miscetur, validum atque firmißimum sit, ita vt non immutetur amplius. Etenim imbecillima & aquatißima vina, aut vehementer austera, maximéque omnium vinorum acescentia (hæc enim sunt alba & tenuia) vbi præuenerint primis annis acescere, reliquo tempore permanent. Hæc autem vt caput minimè feriunt, sic nec corpus manifestè calfaciunt, nec concoctioni in ventriculo & venis quicquam perspicuè conferũt, nec alendo corpori subministrant:* [2] *quamuis inter omnia vina celerrimè inueterentur, hoc est, promptè in veterascentium qualitatem mutentur:* [3] *quæ qualitas acrimonia est cum perspicuo calore, postea verò amaror, in quem acrimonia mutatur. Cæterùm vt vina ipsa vel acorem vel amaritudinem contrahant, locus in quo asseruantur reposita, confert.* [4] *Qui quidem optimus initio est frigidus, postea verò calidus: aut econtrario calidus per initia.* [5] *Nam tepidus facilè ipsa in acorem vertit. Nonnulla autem sunt adeò imbecilla & aquosa, vt ne initio quidem frigus tolerent.* [6] *Ac*

1 Mel optimum quàlénam esse debeat.

2 Vina, quę celerrime omniũ inueterẽtur.

3 Veterascentiũ vinorũ qualitas est acrimonia cũ perspicuo calore, cui postea succedit amaritudo.

4 Vina reponendi ratio.

5 Tepidus locus vina in acorem vertit.

6 Stœben conducere ad celerem concoctionem vinorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

talium custodiẽdorum gratia pater meus stæbe copiosa calidáq; in calidißimam domũ coniecta, vasa repleta occultabat: qua industria vsus, nunquam habuit acidum vinum, sed celerrimè omnia veterascentia. Quò autẽ nunquam ab scopo aberraret, vasis infundebat vinum non nouis, sed ex quibus aliquod iam vetus vacuasset: curabátq; vt furni, focíq; in propinquo ipsi thecæ vinariæ essent: qua ratione etiam in multis Italiæ locis vinum calfieri intellexi. [1] Verùm quæ in hunc modum parãtur vina, vt firma durabiliáq; sunt, sic capitis dolorem conciliant, propter fumi qualitatẽ quam contraxerunt. Itaq; eiusmodi omnia vina in medicamentis componendis, quæ intra corpus sumenda sunt, euitabis. [2] In emplastris verò, & alijs quæ extrinsecus imponuntur medicamentis, etiam talibus vti, si meliora desint, nihil prohibet. Ad antidotos ergo Falernum vinum, quod nondum præ vetustate amaricet, optimum est. Præstat autem ad theriacen deligere id, quod dulcius fuerit, gratia gustus gratioris: cuius solicitudo in medicamentis quæ deglutiuntur, habenda est. [3] Iam verò mel omne vetustum redditur ex coctione amarum: neque id mirum est, quum vel citra cocturam tempore amarius ex dulciori reddatur. Quare quod fuerit inueteratum, fugiendum ad antidotos est. In vniuersum autem, Medicum debere

1 Vina quę maturuerunt præsidio ignis, capitis dolorem conciliant.

2 Vina antidotis emplastrísq; commoda, qualia esse debeant.

3 Mel vetustum ex coctiõe amaricat, id qđ tẽpore vel citra coctuꝛam perpetitur.

bere esse peritum omnium stirpium, aut plurimarum, oportet. [1] *Siquidem compositorũ medicaminum virtus vires simplicium sequitur, exigua quadam in ipsa compositurae ratione differentia obueniente.* [2] *Differentiae autem stirpium sunt arbores, frutices, herbae, spinae, virgulta. Porrò theriaces compositio, quã descripsit carmine Andromachus, habet in hunc modum.*

1 Compositorum virtus vires simpliciũ sequitur.

2 Stirpium differentię quae sint.

Hîc recitat Galenus carmina Andromachi, ac deinceps rationem conficiendae Theriaces explicat, quae omnia consultò reliquimus, quòd sint prorsus eadem, quae habentur in commentario ad Pisonem. Itaq; ea tantùm annotabimus impraesentiarum, quorum in illo non meminit.

GALENVS.

QVod [3] *pertinet ad viperarum capturas, neq; iuxta marina loca, aut aquas salsuginosas venandae sunt. Quippe antidotũ ex huiuscemodi compositum viperis, sitim conciliat. A` foetis etiam est abstinendũ. Iam verò, dum coquuntur, salis inijci debet, si quidẽ conuenienti tempore viperas ceperis, modicum: sin autem aestate, nihil.* [4] *Panis ad conficiendos artiscos soleo miscere ipse vipereis carnibus quartam aut quintam partem. Qui nisi probè sit tostus, verendum est, ne pharmacum ipsum*

3 Viperas venandi ratio.

4 Artiscos theriacos conficiẽdi ratio.

acescat. Satius autem est, vt multò citius siccentur, aridum panem cum ipsis carnibus accuratißimè læuigare, ac sic tenues orbiculos fingere, quàm si etiam ius viperarũ affundas. Reponi autem debent, vbi aßiccati fuerint, in vase stanneo, vitreóve, aut aureo. 1 Cæterùm vitreum quidem & aureum, nullum dolũ admittit: stanneum verò adulteratur plumbi mistura. Tale igitur vitare conuenit in vniuersis antidotis: veluti & quod argento non purgato confectum est. Celerrimè nanque & huic ærugo oboritur. Durat vigor ipsorum orbiculorum, si curiosè sint resiccati & repositi, tribus & quatuor annis. 2 At scillini trochisci, ex tribus scillæ optimè tostæ partibus, & duabus tenuißimæ farinæ erui, similiter conficiuntur.

1 Vasa vitrea vel aurea nullum dolũ admittere, stãnea autẽ adulterari plũbi mistura ac proinde ableganda ab antidotis.

2 Scillinorum trochiscorũ confectio.

Post hæc subdit Gale. descriptionem magmatis hedychroi, quam habes in commentario de theriaca ad Pisonem.

GALENVS.

EX medicamentis quæ theriacen constituunt, longum piper solet adulterari. 3 Cæterùm adulteratum quidem affusa aqua soluitur: quod verò adulterio caret, insolubile permanet. 4 Contrà autem verum sagapenum statim aqua rigatũ soluitur: quod non tale est, eliquescit minimè. Sciendũ autẽ est, 5 chalbani partem in sagapenum degenerare. 6 Similiter

3 Piper lõgum adulteratũ affusa aqua soluitur.

4 Sagapenum aqua rigatũ soluitur.

5 Chalbani pars trãsit in sagapenum.

6 Casia in cinnamomum conuertitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

liter etiã optima casia in cinnamomũ transit. Nec secus in optima myrrha opocarpason reperitur, ab ipsa myrrha diuersum. [1] At opocarpason est letale: multísque ob inscitiam myrrhæ, quæ opocarpason continebat, conciliauit exitium. Nam de industria nonnulli antidotum præparantium, ipsam vt laudatißimam iniecerunt, quòd collyrijs inditam optimũ esse medicamentum viderent. Quemadmodum igitur in pueris gemellis inuicem similibus, qui quidem non eis assueuerunt, alterum ab altero nequeunt discernere: ijs autem qui vnà vixerunt, facillima est ipsorum dignotio: ita qui inter singula medicamenta est versatus, facilè vel minimas eorum differentias cognoscit, quæ latent illos, qui ipsa semel tantùm, aut bis conspexerint. Rosæ ad theriacen eligendæ sunt alijs omnibus rubentiores, atque odoratæ magis. [2] Vnumquodq; siquidem præstantißimum est, quod proprium generis sui oderem valentißimum poßidet. Præstant etiam in quolibet genere, non rugosa, neq; exilia, sed quæ probè nutritam, solidámq; consistentiam sortiuntur. [3] Scordium optimum ex Creta nobis aduehitur, quod quidem cadauera supra ipsum iacentia, diutißimè tueri à putredine proditur. Opobalsamum adulteratur plurimis modis, quos premo, ne quis fortè doctrina mea abutatur. [4] Quare neq; eos probo, qui scripturas leta-

1 Opocarpasum est letale, reperiturq; in myrrha.

2 Præstantissimum esse medicamentum, quod propriũ generis sui odorem valentissimum possidet.

3 Scordium cadauera incorrupta tuetur.

4 Letaliũ medicamẽtorũ doctrinam inuulgandã non esse.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Cinnamomi optimi notæ.

lium medicamentorum inuulgant. [1] Porrò cinnamomum optimum debet odoratißimum esse, gustanti calidum, colore autem tale, vt si quis lactis colorem fusco admiscuerit, cum cærulei pauxillo. [2] At agaricum (quod sanè adulterium nullum admittit) laudatißimũ est, quod leuißimum: vt densum, graue, & lignosum, deterrimum. [3] Crocus optimus est, qui flauißimus odoratißimúsq; existens, longo tempore in vigore perdurat. Iam verò in cinnamomi penuria, duplicata casiæ portio inijcienda est. [4] Carpesio etiam sæpe loco phu vtimur. Est enim similis genere cum eo facultatis, sed valentioris: nonnihilque odoratum refert. Sunt enim tenues festucæ, surculis cinnamomi persimiles. [5] Nardus Indica, quæ radix quidem est (licet ob similitudinem formæ quam cum spicis habet, spica nardi vocetur) non est emẽda elota. Vnguentarij quippe, coquentes prius eam, vt ad alia ipsius decocto vtantur, postea inutilem vendunt. [6] Rheon quoque ipsum adulteratur. Quandoquidem statim in regionibus vbi gignitur, recens nonnulli capientes ipsum, decoquunt, donec totum cremorem reddat: quem postea cremorem, vbi accuratius percoxerint, ceu purum, atque ab aquæ mistura alienum ad nos transmittunt: sicuti & rheon ipsum siccatum, tanquam neq; id prius cocturam fuerit expertum. Cognoscetur tamen facilè

2 Agarici optimi notæ.

3 Croci optimi notæ.

4 Carpesij facultas.

5 Spicanardi radix est, sed ob similitudinem, quam cum spicis habet, sic appellatur

6 Rheon adulterandi modus.

facilè dolus: nam eiusmodi rheon nec densam compactámve substantiam poßidet, vt quod integrum est, sed rarius apparet, adstrictionémq; aut obscuram, aut planè nullam gustanti exhibet: [1] *quam tamen rheon vigens validißimam poßidet.*

[1] Rheon esse vehemẽter adstringens gustui.

DEINCEPS Galenus modum præparandæ Theriaces tradit: qui quidem iam expositus est, in commentario ad Pisonem. Subiungit etiam compositiones eiusdem antidoti, à Damocrate, atque etiam Critone proditas, quas quidem (quia descriptionem Andromachi vnicè cõmendat Galenus, eiq; esse inhærendum censet) studiosi breuitatis omittimus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENI PERGAMENI, de antidotis,

LIBER SECVNDVS.



QVANDOQVIDEM *de theriace toto priore libro tractauimus, in præſenti de cæteris antidotis diſſeramus, ab ijs quæ Andromachus deſcripſit, exorſi.* [1] *Antidotus Mithridatia, ad letalia peculiariter efficax, ad omnéſq; internos affectus. Dulcis radiculæ, drach. 7. ß. obolos. 4. opij drach. 4. obol. 2. caſtorei, drach. 6. polij drach. 5. obol. 2. coſti tantundem. ſpicæ nardi drach. 6. obol. 2. caſiæ drach. 5. obol. 2. thuris drach. 6. ſeſeleos drach. 5. obol. 2. hypociſtidis ſucci, drac. 6. acori drach. 2. ſcordij drach. 6. obol. 2. folij drach. 4. ſalis drach. 6. cypheos. drach. 6. obol. 2. myrrhæ drach. 6. croci drach. 7. obol. 2. cinnamomi tantundem, ſtyracis drachm. 5. obol. 4. dauci ſeminis drachm. 6. obol. 3. zingiberis drach. 6. obol. 2. phu Pontici drach. 2. petroſelini drach. 4. obol. 3. nardi Gallicæ, fœniculi ſeminis, nardi Indicæ, ſingul. drach. 4. hyperici, acaciæ, vtriuſque drachm. 2. gentianæ drach. 4. aniſi drach. 3. Thlaſpeos drachm. 6. obol.*

1 Antidoti Mithridatiæ deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

obol.4.meu athamantici drach.4.rosarum siccarum, cardamomi, singul.drachm. 4.gummi drach.2.iunci odorati rotundi.drach.6.obol. 2. opopanacis tantundem, opobalsami drachm. 6. obol.4.chalbani drach.7.scinci drach. 2.obol. 2. resinæ terebinthinæ drachm. 6.obol. 2.vini Chij quod sit satis, mellis Attici cocti quantum sat esse videatur. Conficito.

[1] *Antidotus Aelij Gaij*, ad letalia & virulenta omnia: quæ si inspergatur, vbi frequẽtant serpentes, eos fugat. Facit ad omnem oculorum fluxum, & reliquarum partium. Discutit omnes molestias animi: febrésq; longas & circuitu repetentes persanat. Ad hæc, menses, fœtúsque absque difficultate educit, auxiliatúrq; phthisicis, auellanæ nucis instar epota, cum aquæ cyathis quaternis. Ad vipereos tamen morsus, ex vino exhibetur. Myrrhæ drachmas 12. croci, nardi, vtriusque drachm. 12. iunci odorati rotundi drachm. 12. cinnamomi drach.2.amomi drachm.4.chalbani drach. 9. resinæ terebinthinæ drach.5.piperis albi drach. 10.longi drach.32. costi drach. 8.thuris drac. 12.lacrymæ papaueris tantundẽ, scordij drach. 50. polij drach.4. hypocistidis succi drachmas 12. petroselini drachmas 8. seselis drachmas 14. dauci seminis drachm.16.opobalsami drachmas 12.opopanacis tantundem, castorei drachmas 8.mellis Attici sextar. 2.Conficito.

1 Antidotus Aelij, fugans serpentes, ad cõpluresq; affect9 perutilis.

1 Antidotus ex sanguinibus, à Damocrate scripta.

[1] *Damocratis Antidotus ex sanguinibus ad venena. Sanguinis anserini, & marinæ testudinis, & anatis, & hædini, siccorum omniũ, singul. drach. 2. myrrhæ stillatitiæ, spicæ nardi, singul. drach. 10. cinnamomi drach. 6. rosæ fol. sic. drach. 8. iunci rotundi, thuris, costi, sing. drach. 1. amomi, piperis albi, vtriusq; drach. 3. piperis longi drachm. 1 ß. croci drach. 12. casiæ drach. 8. trifolij radicis, drach. 5. polij tantundem, opobalsami drach. 3. petroselini, drachm. 4. baccarum iuniperi, acori, rheu Pontici, meu, dictamni, phu, ammoniaci thymiamatis, fœniculi, sing. drach. 2. agarici drach. 2. ß. saxatilis rutæ, drach. 3. dauci drach. 2. anisi, asari, ameos, cumini, sing. drachm. 1. ß. sem. napi syluestris drach. 3. scordij Cretensis drachm. 5. mellis optimi duplum omnium. Detrita omnia, coctóq; melle excepta, vasis indito.*

2 Rosaceorum pastillorum confectio ex Damocrate.

[2] *Rosacei pastilli cõfectio ex Damocrate. Rosæ virẽtis foliorum lib. 3. iunci rotũdi drach. 20. myrrhæ drach. 12. croci drach. 8. Contusis rosis atq; per setaceum transmissis, addantur reliqua cõminuta: ac postea rursus simul tundantur, redigantúrque in prægrandes orbiculos.*

3 Crocomagmatis præparatio.

[3] *Crocomagmatis præparatio. Croci Cilicij drachmas 100. myrrhæ pinguis, rosarum siccarum, amyli, gummi singul. drachmas 50. Omnia vino odorato, marinæ aquæ experte, excipiantur & læuigentur, ac deniq; in trochiscos*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſcos fingantur. [1] Antidotus præſagiens nomine, qua ebibita, venenum cum cibo ſumptum, prorſus reddetur vomitu. Lemniæ terræ drach. 1. obol. 2. baccarum iuniperi drach. 2. læuigentur exactè cū olei dulcis pauxillo. Propinatur ex mulſa, nucis Ponticæ magnitudo. — 1 Antidotus, quam præſagientem nominant.

[2] Aſclepiadis ad eos qui letalia biberūt remedia. Papaueris lacryma epota, confert mouere vomitum ex hydrelæo calente, vel ex oxycrato calido, aluúmq; clyſmis ſubducere. Opio epoto, merum copioſius, ſtatim bibitum iuuat, aut piper cum vino. Cōducit etiam lac aſininū hauſtum, atq; clyſmi mitiores. Sumpto aconito, iuuat manipulum rutæ læuigatum vino meraciori ebibere. Si altercum nocuit, lac aſininum, vel quoduis aliud, cum mulſa calida opitulatur. Si viride coriandrum, auxiliatur vinum meracum potū, & pingue ius gallinarū. Lepore marino aſſumpto, prodeſt lac aſininum bibere: ſin minus, vaccinum, aut caprillū. Si toxicum potū ſit, vinum dulce adiuuat, oleū roſaceum, ſanguis caprillus, ſeménq; napi contritū ex vino. Quibus fungi obſunt, dari debēt rhaphani crudi quàmplurimi, item vinum meracum, & cineris ſarmentariĳ lixiuium: præterea nitrū aceto dilutum, aut fæx vini cōbuſta, tritáq; cū aqua: aut abſinthiū ex aceto: aut deniq; ruta ex aceto trita exhibetur. Si ixia fuerit ingeſta, ſuccurrit abſinthiū potū cum vino, ca- — 2 Remedia ab Aſclepiade ſcripta ad eos qui letalia biberunt.

ſtorio.

ſtorio, & ruta. Proderit & oxymeli potare, & vomitiones ciere. Bupreſti aſſũpto, paſſi plurimi potus, ac dein vomitus opitulatur: necnõ lac calidũ bibitum, decoctũmq; ficuum in potu datum. Si cãtharides hauſtæ ſint, conducit paſſum ex oleo bibere, plurimúmque etiam lactis haurire, & plures nucleos pini eſſe: aut cantharidũ alas pedéſque cum melle detritos linctu aſſumere. Pſilothro hauſto, prodeſt calentis olei potio, & vomitio excitata: necnon lac caprillum, & maluæ coctæ ſuccus ſi cum oleo hauriatur. Spuma argenti pota, auxiliatur piper, apium, myrrha, cum vino læuigata, bibitáque.

Gypſo ingeſto, dari debet potui, cineris ſarmẽtarij lixiuium, & thymus ex aqua tritus. Lacte in grumos coacto, iuuat aceti potio: item coagulum ex aqua fontana bibitum: vel ſulphuris, ſylphiíq; æqualis portio, læuigata ex poſca, bibitáq;. Hirudinẽ deuoratã alij muriæ, alij niuis, alij aceti potu expellere tẽtãt. Aſclepiades ſpõgiam teneram frigida imbutam faucibus immittere iubet, vt hirudo ſpongiæ infixa extrahatur. Qui ceruſſam hauſerint, ijs confert olei calidi potus, vomitúſque: necnon lactis aſinini hauſtus. Quum autem ignoratur ſpecies deleteriorum quæ aut comeſta, aut bibita ſunt, aquam affatim calidam cum oleo propinare conuenit, ad vomitúmque incitare. Vtile etiam fuerit, & circuncidere ſomnum, ſubſcriptíſque

con

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cõfectionibus vti. [1] Apollonij pharmacum præseruatiuum veneni. Rutæ folia 20. nuces iuglandes 2. salis grumus vnus, caricæ duæ. Offerantur simul ieiuno stomacho: noxam quippe à letalibus prohibent. Aliud: Baccharum iuniperi drach. 2. Lemnij sigilli drac. 2. & obol. 2. trita exceptáque oleo reponito. Porrigitur ex hydromelite instar auellanæ nucis. Hac antidoto Nicomedes Rex vtebatur, si quando eorum qui * inuitassent ipsum, habebat fidem suspectam. [2] Antidotus Mithridatis, Athanasia dicta, ad letalia medicamenta, & cuiuslibet virulenti ictum. Auxiliatur etiam ventriculo, in quo cibus acescit: necnon sanguinem spuentibus, diuturna tussi infestatis, ac breuiter iecorarijs & lienosis, vesicæque & vteri affectibus. Piperis albi grana 40. costi, meu, asari, acori, dauci Cretici seminis, petroselini, nardi Indicæ, lapidis Nestoritis, sing. drach. 4. croci, mirrhæ singul. drach. 8. Cinnamomi, cassiæ, singul. drach. 12. mellis Attici cocti, quod sit satis. Datur nucis auellanæ magnitudine, ex mulso temperato. [3] Antidotus Zopyria vocata, ad prædicta omnia, ad alióśque affectus efficacissima. Opobalsami drach. 3. nardi Indicæ, myrrhæ Troglodyticæ, iunci rotundi floris, cinnamomi, characij, costi recentis, piperis longi, hypocistidis, polij, piperis pereatici, scordij, meu Cretici, cardamomi, sing. drach. 4. Thuris

1 Antidotus Apollonij, à veneno præseruans.

2 Athanasia Mithridatis.

3 Antidotus Zopyria.

mas

masculi, carpobasami, dictamni, singul. drach. 6. petroselini, caßiæ rubentis, sing. drach. 7. croci Corycij drach. 8. mellis Attici quod sit satis. ¶ *Datur nucis auellanæ instar, si febris abest, ex vino: febrientibus, ex hydromelite.*

[1] Mithridatis regis theriace, qua premunitus, quũ postea veneno extingui nõ posset, sese gladio peremit.[1]

[1] *Mithridatis Theriace, qua Rex Mithridates vtebatur perpetuò, vt se à letali veneno assereret. Quum itaque à Romanis captus esset nec bis epoto veneno mori posset gladio sibi, ipsi mortem intulit. Confectio ipsius secundum Andromachum habet in hunc modum: Pastillorum scillinorum drach. 48. pastillorum theriacorum, piperis nigri, hedychroi magmatis, lacrymæ papaueris nigri, singul. drach. 24. rosarum siccarum, iunci rotundi odorati floris, polij, scordij, seminis napi, iridis Illyricæ, agarici, cinnamomi, dulcis radiculæ succi, opobalsami, singul. drach. 12. roris marini drach. 8. myrrhæ, croci, zingiberis, rheu Pontici, quinque folij radicis, nepitæ montanæ, marrubij, petroselini, stœchados, costi, piperis albi, thuris, singul. drach. 1. obol. 2. caßiæ nigræ drach. 4. piperis nigri, drach. 1. longi tantundem, meu, asari, acori, dauci seminis, anserini sanguinis sicci, anatis sanguinis, singul. drach. 3. Excipiantur melle Attico, & cocto.*

[2] Theriace Aelij.

[2] *Theriaca Aelij admodum efficax. Bryoniæ radicis drac. 16. trifolij seminis, opopanacis singul. drachm. 8. Aristolochiæ tenuis drachmas 12. roris marin*

rini radicis, iridis Illyricæ, Zingiberis, opij singul. drach. 8. rutæ syluestris seminis drach. 12. cumini Aethiopici drachm. 16. myrrhæ, casiæ, castorij, seselis, eryngij radicis, serpilli, lacrymæ Cyrenaicæ, singul. drach. 6. Medicæ, drach. 12. sagapeni drach. 6. croci drach. 5. erui farinæ drach. 24. Finguntur pastilli ex aqua triobolares, dantúrque cum vino.

[1] Theriaca Euclidis, ad internos dolores, aspidum morsus, pleuritidesque, & quartanam febrem, si post vomitum, instar auellanæ nucis sumatur. Castorij drach. 6. opopanacis, sagapeni, seselis, cachryos, chamædryos, chamæpytios, marrubij, singul. drach. 16. styracis, bituminis Iudaici, mirrhæ, singul. drach. 7. lacrymæ papaueris drach. 8. mellis lib. 1. Conficito. Alia ad febres omnes repetentes per circuitus, Harpalo autore. Myrrhæ drach. 4. piperis longi vel albi, opij, singul. drach. 2. Castorij obol. 3. S. cardamomi drach. 4. sagapeni drach. 2. Trita cum aqua in pastillos coguntur, qui obolos duos pendant. Propinentur singuli cum cyathis duobus Adriani vini, & aquæ fontanæ coctæ quaternis. Si febris vrgeat, cum hydromelite. [1] Potio Cratippi ad morsus rabidi canis. Cancrorum vstorum drach. 20. myrrhæ. drach. 2. croci drach. 1. S. gentianæ drach. 1. piperis albi grana. 10. vini quod ad excipienda sit satis. Datur drachma. 1. cũ vini cyathis tribus

1 Theriace Euclidis.

2 Morsui rabidi canis potio Cratippi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

1 Candidũ Baphulli.

tribus temperati. [1] Album emplastrum Baphulli, quod rabidorum morsibus commodissimè extrinsecus admouetur: datúrque etiam catapotium ex eo nucis auellanæ instar, ad dies 40. Est autem alternis diebus amouendum à vulnere, ac rursus, vbi elueris sordes, imponendum. Ceræ Ponticæ. lib. 2. spumæ argenti, cerussæ, sing. lib. 1. olei veteris sextarium, myrrhæ, medullæ ceruinæ, vtriusque drach. 2. thuris drachma 1. Argenti spuma oleo coquitur, & quũ mutata fuerit, cerussa inspergitur, ac cera miscetur. Vbi tam spissum euaserit, vt manus non inficiat, ab igne sublato, medullam, myrrham, & thus inijcito. Diophanti medicamentum ad scorpionum ictus, & phalangiorum morsus.

2 Diophãti medicamentũ ad scorpionũ & phalangiorum ictus.

[2] Aristolochiæ drach. 4. piperis drach. 2. opij drach. 1. pyrethri drach. 4. Fingantur pastilli fabæ Aegyptiæ magnitudine: dentúrque duo deglutiendi, & vini meraci cyathi duo.

Aliud ad periculosos scorpionũ & phalangiorum ictus. Rutæ syluestris seminis, erucæ seminis, pyrethri, styracis, sulphuris viui, singul. drach. 6. castorij drach. 2. Excipito testudinis sanguine, ac ternos obolos ex meraco vino exhibeto.

3 Parturiẽtibus ægrè, medicamẽ conueniẽs.

[3] Aliud ad eadem optimũ, conferens etiam parturientibus ægré. Myrrhæ, castorij, styracis, singulæ drachmæ, Opij drach. 2. chalbani drach. 4. Apij seminis acetabulum, anisi tantundem, piperis grana 30. Fingitur ex vino, datúr

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

datúrq; drachma vna, ex vini hemina. *Epithema ad phalangiorum ictus, & omnis serpentis: quod etiã in potu auxiliatur.* Sulphuris viui, chalbani, vtriusque denarij 4. liquoris Libyci, nucum auellanarũ purgatarum, sing. drach. 2. vino dissoluta, & melle excepta imponuntur. [1] *Ad viperarum morsus optimum pharmacum ab Apollodoro compositum.* Cumini syluestris seminis acetabulum, testudinis marinæ sanguinis drach. 4. coaguli hinnuli, vel leporini drach. 3 hædini sanguinis drach. 4. Omnia mista, vinóque optimo excepta, reponito: atque oliuæ magnitudinem ex vini optimi cyatho dimidio, dum vsus postulabit, porrigito.

1 Viperarum morsibus vtile Apollodori pharmacum.

Heræ antidotus, qua Marcus Cathegetes est vsus. Trifolij bituminosi seminis, aristolochiæ rotũdæ, rutæ syluestris, erui insolati, sin. drach. 6. Vino excipiuntur, fiúntque pastilli drach. 4. datúrq; vnus ex vino & oleo. *Alia ad letalia, iecinorosos, inflationes ventris, & incipientes aquæ subter cutem suffusiones efficacissima.*

Myrrhæ drach. 5. nardi Syriacæ drach. 5. S. iunci rotundi floris. drach. 2. S. casiæ drach. 4. cinnamomi drach. 3. piperis albi sesquidrach. thuris drachma & obolus, costi drachma. Excipiuntur Attico melle, finguntúrque nucis auellanæ instar: ac dantur ex mulso vel aqua.

FINIS.

XXX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Complura alia ad eosdem affectus, ex diuersis autoribus congerit Galenus remedia. Nos verò ex omnibus ea in tuam gratiam, Candide lector, elegimus, quæ & præstantissima videbantur, & facilius parari possunt. Habes itaque omnes Commentarios Galeni, in compendium enchiridiónque redactos, excepto fortè vno vel altero, ex quibus nihil succi exprimi potuit. Nam quod pertinet ad commentaria in Hippocratem, quicquid in eis continetur cremoris (nisi fatalia decreta consilium nostrum hoc intercipiant) hoc est, vniuersas sententias, instar indicis atque alphabeti digestas, breui in lucem edemus. Tuum igitur est, illis bene precari, qui in hoc sunt toti, vt tuis commodis seruiant, rectéque tuis studiis consulant.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



AD ORNATISsimum uirum, D. D. Gasparem de la Hoz, Canonicum Secobiensem, Scriptorem Apostolicum, ac bonarum literarum cultorem maximum, Andreæ Lacunæ Secobiensis, Militis Sancti Petri, de ponderibus & mensuris medicinalibus Cõmẽtarius.



VETVS prouerbium, & quàm verissimum est, mi Gaspar, vir ornatissime, optimam esse mẽsuram in rebus omnibus: quum nimirum omnia, quæ in vita & sunt & geruntur, ab ea suam absolutionẽ, suam lucem, suúmque ornamentum sortiantur: nihílque iustum, rectum, aut inculpabile sit, quod mensura (quæ sola virtus inest omnibus rebus) destituatur. Quamobrem, si exquisitè expendamus singula, quæ cœlesti illa machina ambiuntur, quæque supra cœlos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

consistunt, omnia certè inueniemus exactam quandam mensuram, comoderationéq; à suo cõditore accepisse: quã perpetuò tuētur, dũ naturæ leges nõ trãsgrediuntur. Quippe vniformes illæ orbium cœlestiũ lationes, perennes astrorũ cursus, ordinatæ vicissitudines temporum, conspirationes elementorum, generationes denique omniũ quæ supra terram & subter illam fiũt, nõ aliũde quàm à symmetria quadã, quæ in accurata partium mẽsura cõsistit, proficiscuntur. Iã verò, quòd sanitas quidẽ corporũ, aliud sit nihil, quàm debita & absoluta mensura eorũ ex quibus conflãtur, morbus autẽ ab hac symmetria recessus quidã & lapsus, quis ambigit? Nemini etiã est dubiũ, decreta & leges Reip. mensuras quasdam existere, quæ singulis suũ ius dispensant. Vt autem ipsius mensuræ summam efficaciam & vim exemplo familiarissimo exponam, poëmata optimis documentis & sententiis exculta, si metro claudicent, hoc est, mensura non constent, cõfestim stomachum mouent, nauseámq; & fastidium gignunt. Contra verò, quæ symmetra existunt, etiam si pudicitiam offendant, moréſque iuuentutis corrumpãt, magnificè ab omnibus celebrãtur, tãtũ autoritatis vẽdicare sibi videtur emmetron

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tron. Cæterùm quũ in alijs omnibus humanis actionibus, si rectè perfici debeant, mensura quædam exquisita desyderetur, tum vel maximè in arte Medica ea ipsa requiritur, vt in qua vel minima à pondere ac mensura aberratio, soleat semper ægris perniciosa & piacularis existere. Nam quũ generatio nostra incolumitásque miscellæ quatuor elementorũ debeatur, certa quadam mensura confluentium & conspirantium in vnam eandémque temperiem: sanè siquando rhythmus huius soluatur, necessum est ad recuperandũ habitum pristinum, reducamur eò, iusta etiam exploratissimáque mensura eius, quod lapsum corrigere posit, administrata. Qua neglecta, si quispiam admoliatur præsidia corpori, morbi seminarium augebit, aut affectum aliũ maligniorem inducet: ita vt nõ minus cauendum à tali medico sit, quàm à morbo ipso. Quũ igitur inter alia Galeni opera, redegissem nuper in succinctã Periochen commentarios illos de compositione medicamentorũ κατὰ γένη καὶ κατὰ τόπους, ditissimos naturæ humanę thesauros, persuasumq; haberem, neutiquàm ex eorũ lectione percepturos aliquid frugis, qui in ratione ponderum & mensurarum nõ essent adamussim exercitati: sed potius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

occasionẽ capturos, qua sibi ignominiæ notã, ægris cõciliarẽt summã internitionẽ: pretiũ operæ me facturũ existimaui, si quæ veteribus, ac præcipuè Galeno, circa põdera & mẽsuras medicinales cõscripta sunt, aggerans, ea omnia paucis exposita, sub præfatione nominis tui in publicã studiosorũ cõmoditatẽ ederẽ: vt vel ex hoc argumẽto amicitia nostra & nũquã peritura necessitudo omnibus innotesceret: tibi autẽ, si quis hinc fructus ab aliquo hauriẽdus esset, prorsus acceptus ferretur. Nec verò collectanea hæc de mensuris cuiquam aptius quàm tibi nũcupari potuissent, qui (vt cæteras ingenuissimas tui animi dotes impręsentiarum subticeam) diu noctúque astronomicis studiis indulgens, in eísq; felices tuas horulas haud oscitanter collocans, non modò plagas has inferiores, sed cœlos etiã ipsos metiris, mentéq; supra illos eueheris, contrà quàm faciũt plerique alij, qui vbi semel quæ pertinẽt ad cutẽ curandã sunt nacti, adeò ingenuarũ artium bonorũq; omnium institutorum infelices obliuiscũtur, vt ne inesse quidem sibi animã recordentur: ac proinde obrupti, demersíq; cœno suarum cupiditatũ, corporísq; mole depressi, eã quocũq; tãdẽ irruat, sequãtur: tãtũ abest vt exẽplo tui cœlũ vn-
quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quam suspectét: aut in meditatione rerum pulcherrimarũ asininas suas cogitationes exerceant. Hi tamen mancipia vmbilici sunt: à quorum ingenio tam abes ipse, quàm qui longissimè. Quippe ita vteris fortunæ bonis, quæ tuo Marte acquisita tibi quàm largissimè suppetunt, vt eorum quidem quæ ex vsu sunt, nihil desit corpusculo, amicisque omnia communia fiant: animus autem ipse minimè ab eis præpediatur, sed ad altiora adspirãs, excolatur atque locupletetur aliis ornamentis & opibus, quæ tantò illis splendidiores & augustiores sunt, quantò mens nostra corpori dignitate antecellit. Quo sanè tam admirabili amore sapientiæ accensus, etsi fluctibus negotiorum nunquã non obruaris, quæ maxima cum dexteritate administras: semper tamen Philosophiæ studiis incumbis, in eisque tam feliciter promoues, vt diuinum istud ingeniũ tuum sæpenumero admirari compellar. Ne autem huic nostro cõmentariolo contingat, quod patriæ vtriusque nostrum cõmuni Secobiæ accidit, cuius quidem suburbia sunt ciuitate ipsa ampliora, non agam hîc tecum pluribus: quum tempestiuũ iam sit, vt promissis satisfaciamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


ORVM quæ metiri homines solent, quædam solida, corpulẽta, grauia & sibi cõtinua sunt, vt lapis, cera, lignum, & ferrũ: quædam solida quidẽ & sicca, sed dissoluta & minutula, qualia accumulare consueuimus: vt hordeum, oryza, & triticum: quædam demum in liquidis fluidísque consistunt: è quorum numero est oleum, vinum, & mel. Quæ igitur sub prima differentia compræhenduntur, grauitate dijudicantur: cui negotio statera est inuenta. Quæ verò humidã consistẽtiam poßident, vasculi cauitate expenduntur. At ea quæ quum sint arida, aggerari in cumulũ possunt, medio genere ambigunt: modò quippe ipsa librare, modò vasculis mensurare consueuimus, quemadmodum liquores fluentes. Quanquàm hi quoque sæpenumero reuocantur ad stateram. Liquida quippe omnia, quæ corpori administrantur, vniuersi ferè iam ponderant, si Hispanos pharmacopolas excipias. Hi nanque nõ pondere, quemadmodum in Italia, Gallia, Germania, & Anglia mos est, sed vasculi cauitate liquida medicamenta metiũtur: id quod equidem probare vllo modo nõ possum. Nam quum ex liquoribus hi quidem grauiores sint, illi autem leuiores, atque tenuium partiũ: certè necessum est, dum eos omnes ex æquo pari vasculi cauitate dispensant, grauißimè inter

terdum hallucinentur, capitalíque errore labantur. Nemini siquidem in ambiguo est, quæ crassarum sunt partium, ea contracta & exigua mole plurimum continere substantiæ, vt pauxillum sub tumore laxiori, quæ raram consistentiam sortiuntur. Etenim si accipias vnā heminam olei, vini aliam, ac tertiam denique mellis: comperies planè, oleū quidem ipsum vncias 9. pendere, vinum autem 10. mel tredecim cum dimidia: ita vt hoc ad vinum sit sesquiplū. Quòd verò aiunt, se non vna eadémque mensura oleum, mel, atque vinum metiri, sed eorū liquorum singulis habere suam destinatam: id illos non reddit à culpa immunes. Nam quum in generibus singulis non paruum discrimen sit penes grauitatem & leuitatem (omphacinum enim oleum, exempli gratia, quod oliuæ immaturæ fuderunt, hyoscyaminúmue, tenuitate partium & leuitate multis numeris ab irino relinquitur) contingit sanè, vt dum cuiusque indiuidui vnciam vnam sese administrare arbitrantur, alterius quidem plus, alterius autem longè minus exhibeant, ac sic artis præcepta euertant. Deberent itaque aut liquores vniuersos librare, aut singulis eorū speciebus mensuram peculiarem præscribere: quam quidem inuestigare esset nimis operosi negotij.

Porrò mensura olei erat Galeni tempore apud Romanos cornea, pellucidáque, & lineis

quibuſdam orbicularibus, quibus vnciæ diſcernerentur, inciſa. Sunt autem innumera ponderum ac menſurarum genera, ſecundum varietates regionum ac morum. Quamobrem ea deſcribemus impræſentiarum duntaxat, quæ vrbi Romæ, antiquiſsimæ totius orbis Metropoli, ſemper fuerunt familiariſsima: quũ præſertim Galenus vniuerſas ferè pharmacorum compoſitiones, ad menſuras Romanorum ponderáque reduxerit: cum quibus, vbi expoſita fuerint, facillimum cuique erit, quæ apud alias ciuitates in vſu habentur, conferre.

De ponderibus.

NOmina ponderum medicinalium, in quæ medicis paſsim incidũt, ſunt mina, libra, vncia drachma, ſcriptulus, obolus, ſiliqua, & granũ. Romana igitur mina continet libras 20. Nam Aegyptia, & Attica 16. tantùm cõſtant. Librã autẽ. 12. vnciæ conſtituunt, quarũ ſingulæ ex drachmis octo conflantur. Porrò drachmam Galenus idem eſſe vult cum Romano denario: quàmuis contendãt aliqui, eam eſſe partem ſeptimam vnciæ. Conſtat autem drachma ſcriptulis tribus, que à Græcis γϱάμματα, ſcrupuli à neotericis corrupta voce appellantur. Quorum quiſque duos obolos continet: vt horũ ſinguli ſiliquas tres, quæ & ceratia dicuntur. At verò vnaquæq; ſiliqua, grana quaterna pendet. Reperiuntur etiam creberrimè

mè inter nomenclaturas ponderum, faba Græca & Aegyptia: ac præterea nux iuglans, & Pontica. E quibus Græca quidem faba, duos obolos pendit: Aegyptia autem drach. I. S. At iuglans nux, siliquas 72. vt Pontica. 18. Quæ omnia ordine resolutorio explicata, facilè ex hac tabella discernes.

Mina Aegyptia	vnc. 16.
Mina Romana	vnc. 20.
Libra Romana	vnc. 12.
Vncia	drach. 8.
Drachma, siue denarius, siue holca,	script. 3.
Scriptulus, siue scrupulus	obolos. 2.
Obolus	siliquas. 3.
Siliqua	grana. 4.
Faba Græca	obol. 2.
Faba Aegyptia	drach. I. S.
Nux iuglans	siliquas. 72
Nux Pontica	siliquas. 18

Si igitur vbiq; locorum & gentium, libræ, vnciæ, & drachmæ essent inter se eædem, liceret profectò nobis iuxta Galeni dogmata in quauis orbis plaga & regione, medicamenta citra discrimē præscribere. Quum autem euarient paßim ea pondera, certè nisi quis omnia illa ad tabellam præscriptam reuocet, singuláque adamußim expendat, priusquam alicui phar

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pharmacũ catharticum porrigat, fieri vllo modo non potest, quin ab scopo aberret; videlicet aut plus quàm sit ex vsu, propinans, aut minus quàm morbus postulet. Equidem experientia didici Hispanicam vnciam Romana esse obolis duobus maiorem. Parisiensem ferè integra drachma, Coloniensis, Bruxellensis, atq; Antuerpiensis vnciæ sunt similes: quarum singulæ Romanam tribus obolis superant. Ab hac vncia Veneta (quam experiundi gratia nuper in officina quadam libraui) propemodum sesquidrachma relinquitur. Siquidem Veneta libra medicinalis Romanæ libræ vncias 10. cũ dimidia, plus minus, pendit. Pro ratione itaque harum differentiarum possem ipse iam in singulis horum locorum, numerum drachmarum intrepidè & augere, & detrahere: id quod mihi non perinde liceret absque summa ægrotantiũ clade, si proportionem ponderum quã habent inter se mutuò, accuratè prius non explorassem. Quam quũ haberem perspectam, cuidam adolescenti, quem in ædibus Illustrißimi D. D. Ioannis à Mendozza, Cæsarei apud Venetos Oratoris splendidiss. suscepi curandum, vnciam vnam soluentis pharmaci exhibui, cuius in vrbe Roma propinare drach. 7. ausus non fuissem.

De notis ponderum, quibus Medici in officinis vtuntur.

VT autem Græcorum characteres, quibus pondera exprimunt, in præsentiarũ prætercam, ceu nihil ad nos pertinentes, Medici recentiores pro vncia hanc notam ℥. vsurpant: quemadmodum hanc ʒ. pro drachma: similitérque illam ℈. pro scriptulo: subdentes postea numerum, quem expedire arbitrantur. Vt si ori ventriculi confirmando huiuscemodi vnguen institueriмus: Recipe olei absinthij, & cydoniorum, ana. ℥. 2. nardini vnc. S. ceræ elotæ drach. 5. pulu. corallij, & mentæ, ana ℈. 1. perinde sonant, ac si scribamus: Olei absinthij & cydoniorum, singulorum vnc. 2. nardini vnciam dimidiam, ceræ elotæ drach. 5. pulueris corallij & mentæ, singulorum scriptulũ vnum, &c. Quippe vox, ana, quæ aliquando etiam in Galeni commentarijs occurrit, cuiusque partes æquas significat. Præstaret autem medicamenta ipsa, quæ in se humani generis vitam, necémque gerunt, minimè quidem notis aut numeris, sed literis extensis exprimere. Quandoquidem iota vnum sublatum aut additum, imò verò etiam apiculus vnus, sæpe ægros ipsos in exitium atq; internicionem adegit. Porrò vt flores solent dispensari pugillis, sic manipulis herbæ. Communiter autem volunt esse pugillum, quantùm tribus digitis apprehendi poßit: manipulum verò,

quan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quantum tota manu. Ac pugillum quidem hac nota P. manipulum autem hac M. nostri Medici exprimunt.

Græcæ liquidorum mensuræ (quæ maximè sunt in vsu etiã apud Latinos Medicos) partim ex Galeno, partim ex cõmentariis Iacobi Syluij, Medici hac nostra ætate clarissimi, excerptæ.

Cadus, siue Ceraunium, capit choas, hoc est; Romanos congios 12. vel libras mensurales 108.

Chora, siue Congius, sextarios sex capit, seu Atticas cotylas 12. seu libras 9.

Sextarius cotylas 2. seu libram vnam & dimidiam, seu cyathos 12. continet.

Cotyla, quam nonnulli heminam appellant, quartarios 2. seu vncias mensurales 9.

Semicotyla recipit acetabula 2. vel vncias. 4. cum dimidia, existens quarta sextarij pars.

Acetabulũ (Græci ὀξύβαφον vocant) sesquicyathum; seu vncias 2. & drach. 2. pendet.

Cyathus conchas 2. seu mystra 4. seu chemas 5. seu cochlearia 10. seu sescunciam.

Concha mystra 2. seu chemas 2. cum dimidia, seu drac. 6.

Mystrum chemen vnam, & quartam eius partem, seu cochlearia 2. cum dimidio, seu drach. 3.

Cheme cochlearia 2. seu drach. 2. script. 1. &

gra

grana 4. & quatuor quintas grani.

Cochlearium, drachmam 1. scriptulum dimidium, grana 2. & duas quintas grani.

Porrò vinum nona parte pondus olei excedit. Mellis autem ad vinũ proportio est sesquipla: hoc est, tertia parte mel ipso vino est grauius, vt liquet ex tabella subdita.

Cerauniũ Italicum habet	Olei lib. 90.	Vini lib. 100.	Mellis lib. 150.
Congius	lib. 7. & semissem	lib. 8. vnc. 4.	lib. 12. & semissem.
Sextarius	vnc. 15.	vnc. 16. drach. 5. script. 1.	lib. 2. vncia. 1.
Cotyla	vnc. 7. drac. 4.	vnc. 8. drach. 2. script. 2.	libra. 1. drach. 4.
Oxybaphum	sescũciã drach. 3.	vncias. 2. script. 2.	vnc. 3. drach. 1.
Cyathus	drac. 10.	vncia. 1. drach. 3. siliquas 4.	vnc. 2. script. 2.

Mensuræ aridorum, quibus Medici maximè vtuntur.

Medimnus capit chœnicas 48.

Chœnix, cotylas 3. vel sesquisextarium, seu libras 2. & quadrantem 1. & vnc. 3.

Sex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sextarius, cotylas 2. seu vnc. 13.

Cotyle, oxybapha 4. seu vnc. 9.

Oxybaphum, sesquicyathum, seu vnc. 2. & drach. 2.

Cyathus, cochlearia 10. seu sescunciam.

Cochlearium, drach. 1. script. S. grana 2. & duas quintas grani.

Crebrò autem vsurpat Galenus hanc vocem Bessem: quæ quotiescunque occurrerit, pro vnciis octo accipiatur.

Hæc sunt itaque, Vir ornatissime, quæ sub tuo nomine volui vt omnibus fierent communia studiosis: quare pro tua feceris dignitate, si ea contra vitilitigatorũ morsus defenderis. Vale feliciter, plurimúmque saluta meo nomine communes vtriusque nostrûm amicos, atque integerrimos viros, D. Berrocalem, Scriptorem Apostolicum, necnon D. Falconæum à Gueuara, Iuris prudentiæ Licentiatum absolutissimum.

Venetiis III. idus Aprilis.

M. D. XLVIII.

*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



SECTIONIS quartæ index.

*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

te

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Adst

Anch

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Arm

Assa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Colis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

qui

dum,

Dolores

corp

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Faue

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hep

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Matu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

buty

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Semen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

refrige

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Theria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Tripo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Viridia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Vng

FINIS.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

2580
86191 B

ANNOTATIONES

IN GALENI

INTERPRETES: QVIbus uarij loci, in quos hactenus impegerunt lectores, & explicantur, & summa fide restituuntur:

Andrea Lacuna Secobiensi, Doctore Medico, Milite Sancti Petri, autore.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub Scuto Veneto.

1553.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



ILLVSTRISSIMO ET SAPIENTISsimo uiro, ac D. D. Didaco Furtado à Mendozza, apud Paul. III. P. M. Oratori Cæsareo, longè uigilantißimo, Andreas Lacuna Secobien. Doct. Med. Miles Sancti Petri. S. P. D.



QVOD non perinde nostros lapsus cernamus, ac errata aliorũ perspicimus, in causa est quidẽ, ἡ φιλαυτία, vir Illustriss. Nã quũ vnusquisq; cæcutiat erga eã rem, quã amat (vt sensisse Diuinus ille Plato videtur) cuncti autem se omnium maximè diligant, optima ratione contingit, vt de se nemo rectè iudicium ferat. Idcirco pulchrè, mea quidẽ sententia, dictum est illud, gestare nos duplicẽ manticam è collo suspẽsam: vnam quidẽ antè, alienorũ: alterã

verò post,nostrorum errorum plenam: ac proinde nos, peccatis propriis relictis, ad aliena,quę obiecta semper oculis sunt,examinanda inclinari. Quanquam sanè qui studio veritatis inuestigandæ, non autem lædendi quempiam,id faciunt, adhibitáq; omni moderatione, ij certè non venia modò,sed summa etiam laude sunt digni. Nō desunt tamen nonnulli malè feriati, qui ex alienis contumeliis gloriam sibi aucupantes,in viros eruditos & cādidos, quiq; nihil vnquā tam habuerūt in votis, quàm vt Reipubl.literariæ prodessent, veluti in proditores patrię,in contemptores Diuorum, communésque humani generis hostes,acerbè simul & impudenter, vel leuissima ex occasione,inuehātur: quum deberent potius illis bene precari, ob egregiè in cōmunem vsum nauatam operam. Inhumanum quippe,maximeq; ferinum est, eos qui vt cōmunia studia iuuarēt,sese obiecerunt sycophantarū calūniis, ob multa quidē ac varia, quæ ex Græca in Latinam linguā fidelissimè transtulerunt,nō cumulare suis iustis laudibus: ob paucula verò, in quibus sunt lapsi humanitus,probris & conuiciis opprimere. Vt autē reliquos oēs præthereā, qui sua industria artem Apollineam locupletarunt, certè Ioannes Guin-

terius Andernacus, in quẽ plurimi præter meritũ debacchãtur, vnus ex primis fuit, qui Galenũ introduxerunt nobis Latinè, purè, atq; ornatè loquentẽ. Quòd ſi ex iis, quæ iampridẽ vertit, nõnulla offendãt aures delicatiores, id cuiquã mirũ eſſe nõ debet: quandoquidẽ ſuperioribus annis, quũ Lutetiæ Parrhiſiorũ politiores diſciplinæ inciperent iam renaſci & floreſcere, primumq́; ipſe ad trãsferenda Græca ſe accingeret, tum vt tyronũ votis obſecundaret, qui ſitiẽtiſsimi Galenianæ doctrinæ, quẽadmodum famelici pueri, qui ſemicrudas carnes deuorant, prius quàm accuratè coquantur, incõfectos cõmẽtarios illi extorquebamus è manibus: tum vt ſatisfaceret importunis typographorum precibus, coactus fuit tantũ ſingulis diebus vertere (id quod ipſe teſtari poſſum) quãtũ premi duplici torculari poterat: atq; ita ſuas tralationes, nondũ integrè elaboratas, præcipitare. Quare (vt idem repetã) perperã mihi vidẽtur facere, qui virũ in vtraq; literatura abſolutũ, exquiſitiſsimumq́; Medicũ & Philoſophũ (cuius ſtudiis omnes debemus plurimũ) tam inſolẽter infeſtant: quũ nullus extiterit hactenus adeò fidus Galeni interpres, qui interdũ hallucinatus nõ fuerit: ac proinde ad veritatẽ ipſam inueſti-

gandam, præſertim in rebus arduis & maximis, cuiuſmodi Ars Medica exiſtit, neceſſariò ingenia pluriũ deſyderentur, vt videlicet quę hunc fugiũt, ille cernat exactius. Sunt enim difficilia ſemper, quę optima. Quũ igitur ſuperioribus diebus vniuerſa Galeni opera in methodũ lõgè breuiorẽ, ac faciliorem cõtrahens, obiter reperiſſem cõplura, hactenus animaduerſa à nemine, in quæ lector facilè impingere poterat: rẽ haud inutilẽ me facturũ exiſtimaui, ſi omnia loca pręcipua, quæ, iudicio meo, aliã requirebant expoſitionẽ, pauculis annotarem, arbitriumq; ſtudioſis relinquerẽ aut ſequendi verſionẽ noſtram, aut conſulẽdi Gręca exemplaria. Neq; enim tantũ mihi ipſi tribuo, vt velim illis ita meã ſentẽtiam probari, ac ſi Lycurgi, aut Solonis decretũ eſſet. Nam & inſitam mihi fragilitatem agnoſco, & iudico omni ex parte difficile, vt qui homo ſit: paſsim non decipiatur: id quod Gale. ſecũdo li. de Cõpoſitione pharmacorũ ſecundũ partes, non minus verè, quàm elegãter, cõfirmat, dicẽs: Χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δ᾽ ἀμελέστερον γράψαντα: quẽadmodũ certè aliquando mihi accidiſſe fateor, q̃ iuuenili pruriẽs olim ſcribẽdi libidine,

nonnul

nõnulla paulò maturius edidi, quæ optarẽ nunquã prodiisse in lucẽ. Quãquã animus hauddubiè est, vbi otiũ fuerim⁹ nacti, quęcũq; à nobis cõscripta citra pfectũ iudiciũ sunt, ea oĩa recoquere, reuocareq́; ad limã accuratiorẽ: idq́; patrũ grauissimorũ exẽplo, q vel in sacris literis, in quib⁹ maiori cũ periculo erratur, retractare propria scripta nõ dubitarũt. Quòd si quis interim vir doctus iuxtà & syncerus, vel in hisce nostris Annotationibus, vel in aliis oĩbus, quæ aliàs à nobis sunt exarata, meliora in mediũ pduxerit, ego primus oĩm illa amplexabor, eiq́; immortales gratias habebo, nec minores, quàm si mihi laborãti graui ophthalmia oculorũ aciem restituisset, modò eo vtatur cãdore & modestia, quę viros Philos. decet, veritatisq́; amãtissimos. Semp nãq; à moribus Erasistrateorũ abhorrui, qui adeò pertinaciter suã tuebãtur hæresim, vt cẽserẽt patriã potius prodẽdã esse, quàm propriũ dogma. Quòd verò hic præsens labor mihi institutus nõ fuerit, vt ostẽtarẽ ingeniũ, aut vigiliis hoĩm doctis. detraherẽ, sed vt publicæ vtilitati cõsulerẽ, rationẽq́; redderẽ diligẽtiæ pręstitæ in cõdẽda Galeni Epitome, nouit quidẽ ille, qui animorũ est scrutator, Deus Opt. M. Porrò vt idipsum, qcqd est, lucubrationũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſub ſplendore nominis tui publicarē, me occaſiones variæ impulerūt, Vir Clariſsime: vna & potiſsima, vt amor ille ardētiſſimus, qui inter Excellentiā tuam, & Illuſtriſsimum atq; Reuerend. D. D. Franciſcū à Bouadilla & Mendozza, Cardinalē Caurien. patronumq́; meū non vulgarē, indies magis magisq́; cōſolideſcit, ex hoc argumento innoteſceret cūctis: ſimulq́; obſeruātia mea in vtrunq;. Secūda, vt vitilitigatorum calūniis ianuā detrectandi obſerarem, tutumq́; à rabidorū me canū morſibus redderē. Quippe veriſimile eſt, quæ tibi ſemel ſunt cōſecrata, tuæq́; protectioni ſe crediderūt, ea veluti in aſylo quodā intemerato iam eſſe: quum nemo futurus ſit adeò temerarius aut impudēs, vt iſtā amplitudinem tuā, autoritatemq́; ſummā, nō reuereatur. Tertia quę me illexit, cauſa eſt qua ducti ſtudioſi omnes, te vnicū protectorem Muſarū, doctorū hominū patrē, promotoremq́; ingenuarū omniū diſciplinarū, nūquā nō cōſitentur, nēpe multiiuga iſta eruditio tua, feruētiſsimusq́; ſapiētiæ amor, claritudini generis, prudētiæ, humanitatiq́; cōiunctus: vt interim ſingularē ad omnia ingenij tui promptitudinē, admirādamq́; in agēdis rebus dexteritatē prætereā. Quas inſignes virtutes (quæ rarò in

vnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

vnũ cõſpirant) in te cumulatas ſentiẽs Carol. V. Cæſar, indies cõcredit tibi maxima molimina rerũ: quæ adeò feliciter cõſilio & ſapiẽtia tua illi cõfecta & expedita reddis, vt diuino planè ingenio præditus eſſe videaris: id quod etiãnum prædicare de te Illuſtriſſ. hic Venetorũ Senatus nõ deſinit: qui & lugeret hodie receſſum tuũ, niſi Illuſtriſ. vir D. D. Ioãnes à Mẽdozza, aureum quoddam tuarũ virtutũ exẽplar, dolorem ipſum foueret, leniret, ac mitigaret. Siquidem in eo præſente (cui eadẽ mẽs, idẽ candor, prudẽtia eadẽ, vt cognomẽtũ idẽ) deſyderiũ tui abſentis exatiãt: in eo ſuos oculos paſcũt: qui tãta cũ grauitate, ſapiẽtia, fide, ſtudio, atq; ſedulitate fungitur Oratoris munere, vt minimè iã ipſe hinc abeſſe videaris. Ne igitur diutius, quàm par eſt, ſuſpẽſam tuã amplitudinẽ teneã, en offerimus tibi, vir Illuſtr. in Galeni interpretes hasce noſtras Annotationes. Quas quidẽ ſi tuo patrocinio dignatus fueris, ipſę quidẽ omnes inſultus atq; incurſiones reſpuent: ego verò tuã ſemper Excellentiã ſuſpiciã: quã in multos annos Chriſtus nobis ſeruet incolumẽ. Venetiis ex ædibus Illuſtr. viri, D. D. Ioannis Furtadi à Mendozza, apud Venetos Cæſarei Oratoris ſplendidiſsimi. Decimo Cal. Decemb. 1548.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



AD LECTOREM.



Duertas candide Lector, numerum illum qui paßim occurret tibi in nostris Annotationibus, referre paginas eorũ Galeni Commentariorum, qui in octo classes digesti, repurgatíque ab innumeris mẽdis, anno 1541 sub formula octaua fuerunt Venetÿs excusi, ídque industria clarißimi & eruditißimi viri, Victoris Trincauelÿ, Doct. Med. necnon diligentia Augustini Ricci, Medici etiam absolutißsimi.



ANNOTATIONES IN GALENI INTERPRETES, Andrea Lacuna Secobiensi, Doct. Med. Milite Sancti Petri, autore.

*

SECTIONIS PRIMAE, PARTE PRIMA, Pagina prima.

*



STATIM IN AVSPICIJS libelli de Exhortatione ad artium liberalium studia, sic habet dictio Galeni: Εἰ μὲν μηδόλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἄδηλόν ἐστι. Ἴσως γὰρ, εἰ καὶ τοῦ μὴ κατὰ τὴν φωνὴν, ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τοῦγε τὴν ψυχὴν, ὃν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον. Quæ sanè sic vertit Erasm. Roterod. An animantia

quæ dicuntur bruta, prorſus expertia ſint rationis, nondum ſatis liquet. Fortaßis enim, tametſi non habent eam rationem, quæ iuxta vocem intelligitur, nobiſcum communem, quam vocant enuntiatiuam, certè eam quæ ſecundum animam accipitur, quam rationem appellant affectuum capacem, habent nobiſcum communem omnia, licet alia magis, alia minus, &c. Conſtat itaq; τ̓ ἐνδιάθετον λόγον, ab Eraſmo verti, rationem affectuum capacem: quum potius internã, ſiue intus deliteſcentem, vertendũ fuiſſet. Siquidem eo in loco Galenus, tam brutis, quàm ipſis hominibus, rationem videtur tribuere, hoc interiecto diſcrimine, quòd illorum quidem ratio ſit muta, reconditáq;, (id quod eſt ἐνδιάθετος λόγος) noſtra autem explicetur ſermone. Cuius opinionis videtur etiã fuiſſe Fabius Quintilianus, qui ſecundo ſuarũ Inſtitutionum libro ſic diſſerit: Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatórq; mundi, nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidẽ mortalia eſſent, animalibus, quàm dicendi facultate. Et paulò pòſt: Sed ipſa ratio, nec tam nos iuuaret, nec tam eſſet manifeſta in nobis, niſi quæ concepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus: quod magis deeſſe cæteris animalibus, quàm ntellectu m & cogitationem quandam, videmus. Nam &

moliri

moliri cubilia,& nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quinetiam reponere alimenta in hyemem, opera quædam nobis inimitibilia, qualia ſunt cerarũ, ac mellis, efficere, nonnullius fortè rationis eſt. Sed quia carent, ſermone, quę id faciũt, muta atque irrationalia vocantur. Deniq; homines, quibus negata vox eſt, quantulũ adiuuat animus ille cæleſtis? Quare ſi nihil à Diis oratiõe melius accepimus, quid tam dignũ eſſe cultu, ac labore ducamus, aut in quo malimus præſtare hominibus, quàm quo ipſi homines cæteris animalibus præſtant? *Hæc Fabius. Non deſuerunt tamen qui rationem illam enuntiatiuam etiam brutis tribuerent. Quippe inter Græcos Porphyrius libro περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, duplicem, vt Galenus & ipſe, rationem exprimit. Quarũ vnam quidem vocat προφορικὸν λόγον, hoc eſt, rationem vocalem: alteram verò, ἐνδιάθετον, quod eſt, reconditam, ſiue, vt nos vertimus, intus deliteſcentem. Ac ſanè illius rationis primo loco aſsignatæ, participes etiam eſſe feras pronuntiat. Neq; enim mirandum eſſe, ſi earũ ſermonem minimè percipiamus, quũ nec Perſarũ, nec Scytharum idioma vllus Græcus intelligat. Huic ſententiæ ſubſcribere videtur palàm etiã Lactãtius Firmianus, libro de Ira Dei, ſic diſſerens:* Nam cætera, quæ videntur hominis

eſſe

esse propria, etsi non sint talia in mutis, tamen similia videri possunt. Proprius homini sermo est: tamen & in illis quædã similitudo sermonis. Nã & dignoscunt inuicem se vocibus: & quũ irascuntur, edunt sonum iurgio similem: & quum se ex interuallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur incõditæ, sicuti & illis fortasse nostræ: sed ipsis, qui se intelligũt, verba sunt: deniq; in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis ostendant. *Et paulò pòst*: Quid tam homini proprium, quàm ratio, & prouidentia futuri? Atqui sunt animalia quæ latibulis suis diuersos & plures exitus pandant, vt si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis. Quod non facerent, nisi inesset illis intelligentia & cogitatio. *Ac postea subdit*: Quòd si horũ omniũ, quæ adscribi homini solẽt, in mutis quoq; deprehẽditur similitudo, apparet solã esse religionẽ, cuius in mutis nec vestigiũ aliquod, nec vlla suspicio inueniri solet. *Huc pertinẽt, quæ Pli. li. x. cap. xxviij. Naturalis historiæ ait de luscinijs*: Certant inter se: palámq; animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditãtur aliæ iuniores, versúsq; quos imitẽtur, accipiunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

piunt. Audit discipula intentione magna, & reddit: vicibúsque reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædã repræhensio. &c. *Recedere tamen hæc iam ab instituto videntur: cuius prorsus eram oblitus, nimirum delinitus historiæ naturalis dulcedine, perinde ac si loton arborem, suauißimã quidem illam, gustassem. Galenus itaq;* τὸν ἐνδιάθετον λόγον *quodammodo opponit* τῷ προφορικῷ: *ita vt illa quidem, quæ sola inest brutis, sit ratio occulta, reconditáq;: hæc autem, qua nos ipsi, veluti auctario quodam, præditi sumus, illustretur sermone. Quòd autẽ hæc ita habeant, non alium testem, sed Galenum producamus in medium, qui se ipsum interpretatur, cõmentario primo in librum Hippocra.* κατ' ἰητρεῖον, *sic differens:* Τῶν αἰσθήσεων ἁπάσαις τὴν γνώμην ἐφεξῆς ἔταξεν, ὅπερ ἐστὶν, τὴν διάνοιαν, ἥν τε καὶ νοῦν, καὶ φρένα κοινῶς οἱ ἄνθρωποι καλοῦσιν. ἐπειδὴ καὶ ὁ κατὰ φωνήν ἐστί τις λόγος. ἀφορίζοντες οὖν τοῦτον τοῦ προειρημένου λόγον οἱ φιλόσοφοι, καλοῦσιν ἐνδιάθετον, ᾧ λόγῳ τά τε ἀκόλουθα, καὶ τὰ μαχόμενα γιγνωσκομένοις ἐμπεριέχεται, καὶ διαίρεσις, καὶ σύνθεσις, καὶ ἀνάλυσις, καὶ ἀπόδειξις, ὅσα τἄλλα τοιαῦτα. *Quæ omnia fideliter simul & eleganter à Victore Trincauelio, viro citra cõtrouersiam doctißimo, sic sunt in sermonem Latium conuersa: Post omnes sensus statim intelligentiam col*

loc

locauit, hoc est, cogitationem, seu rationẽ, quam homines communiter mentem & intellectum nominare consueuerunt. At verò quoniam & in voce quædam ratio reperitur, ideo Philosophi, vt hanc ab illa discernerent, interiorem hanc appellarunt, qua & consequentia, & repugnantia cognoscimus: quibus diuisio, compositio, resolutio, ac demonstratio, cæteráq; id genus cõpræhenduntur. Atq; hactenus circa hãc primam annotationem: quam pertractaui, minimè quidem vt suggillarem Erasmũ, qui tam illustrauit bonas artes & disciplinas, quàm qui maximè, sed vt Galeni mentem exactè illius studiosis exponerem: id quod videor abundè iam præstitisse.

Libro de optima secta. Pag. 57.

IVnius Paulus vertit: Et ægrotantes nõ multo in conficiendis cibis labore indigere. Græcè habetur, Καὶ ὅτι οἱ νοσοῦντες δέονται τῶν μὴ πολλῆς ἐκτεργασίας δεομένων τροφῶν. Hoc est, Et quòd ægri egeãt cibis, qui non admodũ difficulter coquantur: vel qui longam elaborationem non postulent.

Pag. 58.

IVnius Paulus. Ab huiusmodi præceptũ nascitur, liquidi cibi omnes, febricitantibus bene faciunt. Græcè legimus, ἐπὶ τούτοις γίγνεται τὸ θεώρημα τοῦτο. αἱ ὑγραὶ διαίται πᾶσι τοῖσι πυρέσσουσι ξυμφέρουσι. Quod est, Ex his tale

oritur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

oritur theorema, Cibi humidi omnibus febrientibus conferunt.

Pag. 61.

IVnius Paulus. Aiunt enim, antequàm adhibendorum remediorum vires quis didicerit, nihil aliud vtile ab experientia prouenire. Græce legitur, φᾶσι γὰρ πλὴν τὸ τὰς δυνάμεις τῶν προσφερομένων ἐκμαθεῖν ἕτερον οὐδὲν χρήσιμον ἐκ τῆς πείρας παραγίνεσθαι. Quod est, Aiunt enim, præter hoc quòd facultates exhibendorũ per eam cognoſcuntur, nihil aliud vtile ab ipſa experientia accedere. &c. Fefellit autem interpretem, vocularum πλὴν, καὶ πρὶν, affinitas atque ſimilitudo.

Pagina 86.

IVnius Paulus. Quandoquidem non ab effectis, ſed ab efficientibus (quemadmodum & ipſi profitentur) indicationes accipiendæ ſunt. Græcè legitur, οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀποτελούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀποτελουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, χρὴ τὰς ἐνδείξεις γίγνεσθαι. Quæ cõtrario modo vertenda erant, ſic ſcilicet. Non enim ab efficientibus, ſed ab effectis (quemadmodum & ipſi fatentur) indicationes ſumendæ ſunt.

Pagina 95.

IVnius Paulus, τὰς κοινότητας ſemper communia vertit, non communitates, vt ſanè vertẽdum eſt, ſi velimus veram Galeni phraſim atque ſententiam exprimere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. de constitutione artis Mědicæ, ad calcem libri.

BArptolemæus Syluianus vertit, Quod labefactatur. Aldinus codex habet ὅτι διαφθείρεται, hoc est, quia corrumpitur. Basiliensis autem, ὅτι διαφορεῖται. & rectè quidem: quod vertendum est, quia digeritur & resoluitur.

Lib. I. de Elementis.
Pag. 190.

LEonicenus. Vel secundum substantiã, quibus contigit esse elementa. Cui versioni suffragantur cæteri interpretes. Græcè tamen legitur, ἢ κατὰ τὰς οὐσίας, αἷς συμβέβηκεν αὐτοῖς εἶναι στοιχείοις. Hoc est, An secundum substantias, quarum ratione contigit ipsis esse elementis. Cæterùm loco αἷς crediderim esse legendum ἃς: nisi quis fortè dicat, Galenum vti Latina phrasi, vtpote diu in vrbe Roma versatum.

Lib. III. Pag. 285.

LInacer. Vt si carnosi quis iuuenis in frigida lauatione corpus eius ex accidenti, nõ ex propria potestate calfacere dicat. Græcè, οἷον εἰ τὴν ψυχρολουσίαν ἐπ' εὐσάρκου νέου θερμαίνειν τὶς φαίη τὸ σῶμα κατὰ συμβεβηκὸς, οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει. Quod sonat, Vt si quis dicat frigidam lauationem calfacere corpus carnosi iuuenis, ex accidenti, non facultate propria.

Lib.

Lib. de inæquali intemperie.

Pag. 314.

L*Inacer. Calſit quidem ſanguis aliquando vniuerſus, quicunque non naturalē illum calorem, qui ex humoris putredine eſt obortus, recepit. Græcè legitur.* ἐκθερμαίνεται μὲν ἐνίοτε σύμπαν ἤδη τὸ αἷμα, καὶ δέχεται τὴν παρὰ φύσιν ἐκείνην θερμασίαν, τὴν ἐκ τῆς σηπεδόνος τῶν χυμῶν ὁρμηθεῖσαν. *Quod vertimus, Calſit quidem ſanguis quandoque vniuerſus, recipítque illum calorem præter naturam, qui ab humorum putredine proficiſcitur.*

Pag. 318.

L*Inacer. In qua alterum ſit compræhēſum. Græcè habetur.* ἐν ᾧ θάτερον οὐχ ὑπάρχει. *hoc eſt, in quo etiam non adſit alterum.*

Lib. de Animæ morum, & corporeæ temperaturæ mutua conſequutione.

CAP. III.

B*Arptolemæus Syluianus. At incorporeæ ſubſtātiæ, quum per ſeipſa eſſe poßit, neq; qualitas aut ſpecies corporis ſit, differētiā nullā intelligo. Cui verſioni alij ſubſcribūt interpret. Græcus tamē codex habet in hūc modū:* ἀσωμάτου δ' οὐσίας, αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν εἶναι δυναμένης, οὐκ οὔσης ἢ ποιότητος ἢ εἴδους σώματος, οὐδεμίαν νοῶ διαφοράν. *Qđ ſic ſanè vertendū eſt: Incorporeæ verò ſubſtantiæ, quæ ipſa quidē per ſe conſiſtere valeat, nec corporis qualitas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

aut ſpecies ſit. equidem nullam differentiam inuenio. &c. Quibus nimirum verbis conuellens opinionem Platonis, qui animam constituebat incorpoream quandam ſubſtantiam, & quæ poſſet per ſe ſubſiſtere, conatur Galenus oſtendere, illam eſſe aut qualitatem, aut aliquam ſpeciem corporis: quum alioqui, ſi eſſet quid alienum & abſtractum à corpore, neutiquam illam diuiſionem admitteret, qua in tres ſpecies, ſeu differentias, vel à Platone ipſo diſtinguitur.

Lib. III. De Naturalibus facultatibus.

Pagina 444.

L*Inacer. Siquidem interna arteriæ tunica. Græcè legitur,* ὁ γὰρ ἔνδον χιτὼν τῆς γαστρός. *Quod eſt, Etenim interna ventriculi tunica.*

Lib. I. de Motu muſculorum.

Pagina 504.

C*Odices Latini ſunt deprauati: in quibus habetur, At reliquũ, & quartũ, & motũ tranſgreſſi, cõſyderemus &c. Græcè nanq; habetur,* ἐπὶ τὴν λοιπὴν καὶ τετάρτην μεταβάντες κίνησιν, ἐπισκεψώμεθα καὶ τὸν ταύτης τρόπον. *Hoc eſt, Ad reliquum autem & quartũ motum tranſgreſſi, modum ipſius expendamus.*

Libro ſecundo. Pag. 521.

L*Eonicenus. In quacunque autem talium conſtituens membrum, muſculis*

circa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

circa ipſum tonicè agentibus commiſeris, figuram ſic ſeruant, adeò vt ſedentes quidam dormiuerint. &c. Græcè legimus, ἐν ᾧ γὰρ αὐτῶν τοιούτων καταστήσας τὸ κῶλον, τοῖς τονικῶς ἐνεργοῦσιν ἀμφ' αὐτὸ μυσὶν ἐπιτρέψῃς τὴν φυλακὴν τοῦ σχήματος, ᾧ δὴ φυλάττουσιν, ὥστε καὶ καθήμενοι πολλάκις, ἐκοιμήθησάν τινες. Quod ſic vertimus. In quacunque enim talium conſtituens membrum, ſi muſculis circa ipſum tonicè agentibus commiſeris figuræ cuſtodiam, adeò illam tuentur, vt ſedentes ſæpe quidam dormiuerint.

Pag. 522.

LEonicenus. Itaq; & ſupinum iacêre, & hiare, ſtertoris, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſunt ſigna. Græcè, καὶ τὸ χάσκειν οὐκ ἄνευ τοῦ ῥέγχειν. Quod eſt, Et hiare cum ſtertore.

Pag. 524.

LEonicenus. At (dicet fortè quiſpiam) non aſſequimur mente ea fieri: nam nec palbrarum motum ſemper. &c. Quo in loco Galenus reſpondet ad obiectionem tacitam. Ac proinde ita debemus legere. At (dicet fortè quiſpiam) non aſſequimur mente ea fieri. Neque etiam (ſupple, dicemus nos) palpebrarum motui ſemper adhibes mentem: &c. Ac ſic ſanè ſententia illa euadit perſpicua. Tu interim conſule Græcum exemplar.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib.primo de ſemine. Pag. 557.

IAnus Cornarius. Attractoriam quidem familiariũ per quã attracturũ, & alteraturũ, alimentúmq; ſibi facturũ erat: expulſoriã autem alienorũ & ſuperfluorũ. Sic autẽ habet habet Græcus vetuſtus codex: nam impreßi ſunt deprauati. ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων· ἣν ᾗ καθέξειν τε καὶ ἀλλοιώσειν ἔμελλε. καὶ ἣν τροφὴν ἑαυτῷ ποιήσασθαι, τῶν ἀλλοτρίων ᾗ καὶ περιττῶν ἀποκριτικήν. *Quod eſt vertendũ, Attractricẽ quidem, familiariũ, & qua etiã retenturum erat, quáq; alteraturũ, & ſibi nutrimentũ facturũ: ac deniq; alienorũ ſuperfluorũq; excretricẽ. Galenus ſiquidẽ impræſentiarũ quatuor illas facultates, maximè inter ſe diſtinctas, adſcribit ſemini: nec vult ipſum per attractricẽ, aut alterare, aut ſibi alimentum cõficere: id quod dictu eſſet planè ridiculum: quum nimirũ ſingulis earum facultatum ſit ſuum munus proprium, nulláque alterius operationem vſurpet. Attractricis quippe eſt attrahere: retentricis retinere & conſtringere: alteratricis alterare & concoquere: expultricis denique aliena & ſuperuacanea expellere: id quod ſatis ſupérq; à Galeno demonſtratum videtur, cùm in aliis locis, tum vel maximè in Commentariis de Naturalibus facultatibus.* Pag. 567.

COrnarius (cui cæteri interpretes ſuffragãtur) vertit in hunc modum: Et ob id ſan-

guini facillimum est carnem fieri: difficillimum verò membranæ, & neruo, & venæ, & arteriæ, & tunicæ. Græcè legitur, καὶ διὰ τοῦτο τῷ αἵματι ῥᾷστον μὲν γίνεται σαρκὶ, χαλεπώτερον δ' ὑμένι, καὶ νεύρῳ καὶ φλεβὶ, καὶ ἀρτηρίᾳ, καὶ χιτῶνι. Quod est vertendum, Idcirco facillimum quidem est sanguini fieri carnem: difficilius autem membranam, & neruum, & venã, & arteriam, & tunicam. Docet quippe eo in loco Gal. ipsas particulas solidas vix posse confici ex sanguine: carnem autem facillimè: quum nimirum illæ quidem, à semine: hæc autem à sanguine, originem nanciscantur.

Pag. 582.

COr. Continetur autem in testibus seminarius humor. Et paulò pòst. Trahũt igitur etiam testes seminarium humorem. Vtrobique autem Græca exemplaria habent ὀῤῥῶδες ὑγρὸν hoc est, humor serosus: qualis certè genitura ipsa existit, & præcipuè quæ in sinistrum descendit testem: quum videlicet sinistrum vas seminarium oriatur ab emulgẽte vena, quæ serosissimum sanguinem vehit ad renem sinistrum, vt illic expurgetur.

Lib. II. de Semine. Pag. 590.

COrn. Posse autẽ Hipp. etiam opinatus est, ex vtrisque permistis vnum perfectum semen fieri: etiam si hoc ita esse impoßibile sit. Græcè legimus, δύναται δὲ καὶ ὡς ἱπποκράτης

ὑπελάμβανεν, δὲ ἀμφοῖν κεραννυμένων ἓν τέλειον γίγνεσθαι σπέρμα. Καί τίν' ἂν δυνατὰ, εἰ μὴ ταῦτα? *Quod nos vertimus, Potest autem (quemadmodum existimauit Hippocrates) ex ambobus mistis, etiam vnum semen perfectū fieri. Et quæ obsecro poßibilia essent, si hæc talia non forent? Itaq; non refellit opinionem Hippocratis, sed illā potius (quod solet semper) ceu Dei oraculum, & recipit, & amplexatur.*

Pag. 602.

C*Ornarius. Non tamen impoßibile est animo concipere tale temperamentū animalis corporis, vt perfectū animal generet, absque alterius commistione. Græcè autem legitur,* ὡς γεννῆσαι ἀτέλειον, *hoc est, vt imperfectum generet. Quam lectionem probandam esse indicat sequens dictio, quæ ita habet. Animal tamē perfectum in seipso concipere, verè difficile est. Aduertat item candidus lector, paßim in commentariјs de semine, Cornarium* τὸ θῆλυ, *quod est in Græco, quódque fœmineū significat, vertere nobis, muliebre.*

Pag. 620.

C*Ornar. Apparet ex his quatuor vasis, quæ appellatum vmbilicum, simúlq; meatum iuxta vrachon, constituunt. &c. Græcè legimus,* φαίνεται γὰρ τῶν εἰρημένων τεττάρων ἀγγείων, ἃ κατὰ τὸν ὀνομαζόμενον ὀμφαλὸν, ἅμα τῷ κατὰ τὸν οὐραχὸν πόρῳ συνίστησιν, &c. *Quæ*

son

ſonant. Apparet enim ex his quatuor vaſis, quæ iuxta appellatum vmbilicum, vnà cum meatu, qui ad vrinaculum eſt, coëunt.

Libro de inſtrumento odoratus.

Pag. 654.

L*Vdouicus Belliſarius. Eáq; quæ de foraminibus dixit aperiri ſolitis, quamquàm non intelligentiã fugiunt, &c. Græcus codex habet.* ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ περὶ τῶν ἀνακαλυπτομένων πόρων, ἀδύνατον μὲν οὐκ ἐστὶ. *Quæ ita vertenda ſunt. Cæterùm quod ab eo dictum eſt, de reſeratione meatuum, impoßibile quidem non eſt.*

Sectionis primæ parte ſecunda.

Lib. II. de Anatomicis adminiſtrationibus. Pag. 64.

A*Ndernacus. Quòd vngues igitur ex prædictis omnibus coaleſcant. Græcè,* ὅτι μὲν οὖν συμπεφύκασιν τοῖς εἰρημένοις ἅπασιν οἱ ὄνυχες. *Hoc eſt, Quod igitur prædictis omnibus ipſi vngues accreſcant.*

Lib. III. Pag. 76.

A*Ndernacus. Amplæ magnitudinis porrigi neruos diximus. Græcè,* ἡ φορὰ τῶν μεγάλων ἐστὶ νεύρων, *hoc eſt. Magni feruntur nerui.*

Pap. 78.

A*Ndernacus. Detectis enim plurimis iam brachij partibus, reliquos duos neruos,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

propter internam ipſius regionem, conſpicis, in quam etiã prædicti tres paulò inferius, quàm tertius neruus eſt, inſeruntur. Græcè legitur, γεγυμνωμένων γάρ σοι τῶν πλείστων μερῶν ἤδη τοῦ βραχίονος, ἐπισκέπτου λοιπὰ δύο νεῦρα κατὰ τὴν ἔνδον αὐτοῦ χώραν (ἐν ᾗ καὶ τὰ προειρημένα τρία τὴν ἐπίβασιν ἔχειν) ὀλίγῳ τινὶ κατωτέρω τοῦ τρίτου νεύρου. Quod eſt, Nudatis enim iam plurimis brachij partibus, reliquos duos neruos iuxta ipſius regionem internam (in quam etiam prædicti tres inſeruntur) expende, paulò inferiores, quàm ſitus ſit tertius neruus.

Pag. 90.

A*Ndernacus. Manu autẽ immiſſa intercipienda eſt. Græcè, καθίεσθαι δὲ τὴν χεῖρα, καὶ διαλαμβάνεσθαι. Hoc eſt Demitti autem manũ, intercipíque: éſtque ſubaudiendum oportet. Vult ſiquidem, vt manum liberè demittamus, ac ſi pendulam excipiamus vinculo, ad hoc vt venæ exactè promineant: id quod hodie etiam in quotidiano eſt vſu.*

Pag. 102.

O*Mnia Latina exẽplaria ob typographorum inaduertentiã ſunt deprauata. Habent enim, Mox alia penitus grandis: quum, Penitius, legendum ſit: quandoquidem Græcè legitur διὰ βάθους μᾶλλον.*

Lib. VI. Pag. 175.

A*Ndernacus. Quam poßibile eſt ſolius periton*

ritonæi facere. Græcè, ἣν οἷόν τε τῷ περιτοναίῳ μόνῳ ποιεῖσθαι. Quod equidem verterem: Quã poßibile est à solo peritonæo fieri. Constat nanque eam suturam abdominis à nerueis illis peritonæi filamentis conflari.

Pag. 185.

ANdernacus. Gulosis verò & timidis inest magnum iecur & multifidum, aliter quidem affectis. Græcus codex excusus habet, τοῖς μὲν τοι λίχνοις, καὶ δειλοῖς μέγα τ' ἐστὶ, καὶ πολυσχιδὲς ἧπαρ, ἕντερον πρὸς δὲ τοῖς ἐναντίοις. &c. Sed in quodã antiquißimo legimus, ἑτεροῖον δὲ τοῖς ἐναντίοις. Hoc est. Diuersum autem contrarijs. Atq; ita legendum esse nemo tam obtuso ingenio est, vt non videat.

Pag. 187.

ANder. Hoc autem sub tenui tunica aperiri euidenter apparet. Græcè, ἐναργῶς δὲ ὁρᾶται τοῦτο διανοούμενον ὑπὸ λεπτῷ τῷ χιτῶνι. Quæ sic verterem, Perspicuè autem hoc sub tenui comprehensum tunica apparet.

Lib. VII. Pag. 197.

ANder. Non tamen ipsi cordis corpori pericardios hæc tunica connexa est, verùm in alijs omnibus haud parua quædam regio intermedia est, motui cordis accommodata, ad basim ipsius, quæ, vt est expositum, orbicularis est, prodeuntibus ex ea vasis connexa. Græcè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

legimus, οὐ μὴν αὐτῷ γε τῷ σώματι τῆς καρδίας ὁ περικάρδιος οὗτος χιτὼν συμπέφυκεν, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐ μικρά τίς ἐστιν ἡ μεταξὺ χώρα, τῆς καρδίας ἀνακειμένη κινήσει. κατὰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ βάσιν, ἥ τις (ὡς ἐῤῥέθη) κύκλος ἐστι, τοῖς ἐκφυομένοις αὐτῆς ἀγγείοις συμπέφυκεν. *Id quod vertimus, Non tamen ipſi cordis corpori pericardios hæc tunica connexa eſt: verùm circa alias quidē omnes illius partes, haud parua quædam regio intermedia eſt, motui cordis accommodata: ad baſim verò ſui ipſius, quæ ſanè (vt iā expoſuimus) eſt circulus, exortis ab illo vaſis annectitur.*

Libro octauo. Pag. 232.

A*Ndernacus. Quemadmodum etiam ſi in contractione thoracis per ſectiones inaniti aëre extrinſecus illapſo, eas obturaueris, reſpirabit confeſtim animal. Græcè.* ὥσπερ γε καὶ ἐὰν ἐν τῇ συστολῇ τοῦ θώρακος ἐκκενωθέντος, διὰ τῶν τομῶν τοῦ παρεμπιπτωκότος ἔξωθεν ἀέρος, φράξῃς αὐτὰς, ἀναπνεύσει τε καὶ φωνήσει παραχρῆμα τὸ ζῶον. *Quod ſic clarius vertitur, Quemadmodum ſi in contractione thoracis inaniti aëre per ſectiones elapſo, obſtruxeris ipſas ſectiones reſpirabit, vocémque edet confeſtim animal.*

Pag. 241.

A*Ndernacus. Nam intercoſtalibus muſculis vehementer hoc tempore protenſis.*

Græ

Græcè autem legitur προστελλομένων:*hoc eſt, contractis, aut concidentibus.*

Pag. 248.

ANdernacus. *Quæ manifeſtam ſui inſpectionem efficit. Græcè legitur,* σαφῆ τὴν δι' αὐτοῦ θέαν ἐργαζόμενος. *Hoc eſt, Manifeſtam per ſe inſpectionē faciens. Quibus verbis Galenus ſignificat, vbi per anatomē coſtas ſuccingens membrana, ſola & ſimplex relicta fuerit, nempe liberata à coſtis & muſculis, facilè nos per ipſam, ceu per cornu quoddam, aut vitrum, inſpecturos interna viſcera.*

Ibidem.

ANdernacus. *At manifeſtior adhuc ſpeculatio fit, cum in diaphragmate nudato peritonæi vertex auellitur. Græcè,* σαφέστερα δ' ἔτι τοῦδε γίγνεται θέα κατὰ τὸ διάφραγμα γυμνωθὲν, ἀποδερομένης τῆς κορυφῆς τοῦ περιτοναίου. *Nempe, Manifeſtior autem adhuc fit ſpeculatio per diaphragma nudatum, vbi peritonæi vertex auulſus fuerit.*

Lib. IX. Pag. 251.

ANdernacus. *Dum igitur membranæ cerebri plexus oſsibus quæ ambiunt detegis, ſubinde quippiam abrumpitur. Græcus codex habet,* ἐν αὐτῷ μὲν οὖν τῷ γυμνοῦσθαι τῶν περικειμένων ὀστῶν τὰς διπλοὰς τὰς μήνιγγος, πολλάκις ἀποῤῥήγνυταί τι καὶ διασπᾶται. *Quod eſt, Interim enim dum exuuntur à circum*

cumiectis oßibus ipsius meningis plexus, sæpenumero quippiam abrumpitur, diuellitúrque.

Pag. 253.

A*Ndern. Atque ipsius vsum simul inspiciendo nudabis. Græcè legitur,* καὶ τὰ χρείας αὐτοῦ ἅμα τῇ θέᾳ γυμνωθείσης: *qui locus est deprauatus: planéque constat, non* γυμνωθείσης, *sed* γνωθείσης, *legendum esse: vt reddatur ita Galeni sententia: atque ipsius vsum simul inspiciundo exploraueris.*

Lib. IIII. de vsu particularum.

Pag. 404.

N*Icolaus Regius. Cum autẽ nulla iam supersit. Græcè,* οὐδεμία δ' οὐδεμία ἔτι. *Quod est, Nulla autem iam supersit. Quam lectionem si non recipias, tota Galeni sententia abrumpitur, víxque intelligi poterit.*

Pag. 414.

N*Icolaus Reg. Ad ilia. Græcè legitur,* κατὰ τὰς λαγόνας: *quod est, per iliũ regionem.*

Pag. 428.

N*Icolaus Reg. Et paulò minus alba. Græcè habetur,* καὶ μικροῦ δεῖν, λευκή. *Hoc est, Et parum abest, quin alba.*

Pag. 403.

N*Icolaus Regius. Quum tamen neque intestinorũ quoduis coquendi alimenti, neque venæ sanguinis gignendi gratia extiterint. Græcè legimus,* γέγονε δ' οὔτε τῶν ἐντέρων οὐδὲν

ἕνεκα

ἕνεκα πέψεως, οὔτε φλέβες αἱματώσεως. *Quod est vertendum, Neque verò vllum intestinorũ gratia concoctionis est conditum, neque gratia sanguificationis, vlla venarum.*

Pag. 434.

N*Icolaus Regius. In transuersos & rotundos villos dissoluendam. Vbi Græcè legitur* ἀναλυόμενον. *Hoc est, resolutam.*

Lib. v. Pag. 447.

O*Mnes Latini codices sunt mendosi: in quibus legitur. ne quod inferiorum intestino externo aliquando indigeret auxilio. Est siquidem legendum, intestinorum.*

Lib. VII. Pag. 477.

N*Icolaus Reg. Quod verò deinceps est, simul cum particulis, quæ ipso thorace cõtinentur, agemus satius esse scribere arbitrati, in hunc librum distulimus. Græcè legitur,* τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, τῇ τῶν ἐν θώρακι μορίων ἐξηγήσει συναναγράφειν ἄμεινον εἶναι νομίζοντες, εἰς τόνδε τὸν λόγον ἀνεβαλόμεθα. *Quod sic sanè vertendum est, Quod verò reliquum erat, satius esse putantes, si id inter eas partes conscriberetur, quæ in thorace ambiuntur, ipsum in præsentem commentarium distulimus.*

Pag. 479.

N*Icolaus Regius. Concentum esse respirationis. Græcè habetur,* τὸν αὐτὸν ῥυθμόν. *hoc est, eundem concentum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pagina 481.

NIcolaus Reg. *Molles enim quum sint hi, ac tenues, longóq; interuallo secundũ rectitudinẽ tendantur, maximámq; præterea particulã à se ipsis pendentẽ, ventriculum scilicet, habeant, quem cibo compleri subinde oportebat, ab ipsius tum mole, tum pondere tendi aßiduè, facilè disrũperẽtur.* Græcè habetur, μαλακὰ γὰρ ὄντα ταῦτα, καὶ λεπτὰ, καὶ διὰ μακροῦ κατ᾽ εὐθὺ τεταμένα, καὶ μέγιστον μόριον ἐξηρ-μένον αὐτῶν ἔχοντα, τὴν γαστέρα πληρώσει σιτίων ἀνακείμενον, ὑπὸ τοῦ ταύτης ὄγκου τε καὶ βάρους ἀεὶ κατατεινόμενα, ῥαδίως ἂν ἀποῤῥήγνυτο. Quæ sic nobis transferenda vidẽtur, *Hi enim molles ac tenues quum sint, si etiã longo interuallo secundum rectitudinẽ tenderentur, maximam præterea particulã à seipsis pendentem habẽtes, ventriculũ scilicet, quẽ subinde cõpleri cibo oportebat, certè ab ipsius tum mole, tum pondere aßiduè tensi, facilè disrũperentur. &c.* Nã quòd ij nerui minimè secundũ rectitudinẽ producantur, indicat sermo superior, vbi Gal. sic ait: *Adde huc, quòd neruis qui à cerebro in ventriculũ iuxta stomachum deferuntur, obliqua via tutior multò erat futura, quàm recta.*

Pagina 492.

NIcolaus R. *Quem sanguinem appellant.* Græcè habetur, ἣν αἱματικὴν ὀνομάζουσιν, hoc est, *quem sanguificum vocant.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 511.

NIcolaus Reg. *Post autem id ipsum.* Græcè ἐκάπερ τ' ἀυτὸ. Cæterùm quum τὸ ἀυτὸ nihil aliud quàm spiritum referat, nos certè, *Quem posteæ*, vertimus.

Pag. 532.

NIcolaus Regim. *Per anastomesin applicuisset.* Græcè legitur ἀναστομώσασα. hoc est, *aperuisset.*

Lib. VII. Pag. 545.

NIcolaus Reg. *Si omni natura cartilago fuisset nudata.* Græcè habetur, εἰ φύσεως γυμνὸς ἦν ὁ χόνδρος. Sed legendum est φυσικῶς, vt vertamus. *Si cartilago naturaliter esset nudata.*

Lib. IX. Pag. 635.

NIcol. Reg. *Quæque in ea est, membranam pericranion* Græcè, καὶ τὸν κατ' ἀυτῆς περικράνιον ὑμένα. Quod vtique vertendum erat. *Quæq; ex ea oritur pericranion mēbranam.* Nemo siquidem nescit ex crasso cerebri inuolucro, per cranij suturas elapso, pericranium ducere originem.

Pag. 637.

NIcolaus Reg. *Atque ita rursus superiori parte diuisis vnitionis ipsorum.* Græcè, καὶ οὕτω πάλιν σχιζομένων, ἐξόπισθεν ἀυτῶν τῆς ἑνώσεως. Quod nos vertimus, *atque ita rursus diuisis post eā, ante vnitionem quidē ipso-*

rum, &c. Galeni quippe sentẽtia est, neruos illos visificos, prius quàm crassa meninge excidant, conspirare in vnum: diuaricari autẽ, vbi illam fuerint elapsi: præterea, ante coitionem ipsorum, peluim quendam consistere.

Pag. 647.

NIcolaus Reg. In omnibus animalibus primi hi neruorũ omnium sunt iam durißimi. Græcè legimus, διὰ παντὸς ταῦτα πρῶτα τῶν νεύρων, ἀκριβῶς ἐστὶν ἤδη σκληρά. Hoc est, in vniuersum autem ex neruis ipsis hi existunt primi, qui iam exquisitè sunt duri, &c. Nam dicere neruos septimæ coniugationis esse neruorum omnium durißimos, hominis planè est in anatome minimè exercitati: quum liquidò constet neruos omneis, qui ab spinali oriuntur medulla, eis longè duriores existere.

Pag. 650.

NIcolaus Reg. Neque perforatum. Græcè καὶ ἀκατάτρητον. Sed ἀκατάτριπτον est legendum, vertendúmq;, Et quod comminui non poßit.

Pag. 653.

NIcolaus R. Qui verò ad ossa maxillæ inferioris, magnos dentes scilicet penetrant, &c. Græcè habetur, ὅσον δ' εἰς τὰ τῆς κάτω γένυος ὀστᾶ παρερχόμενον τοὺς ὀδόντας τοὺς μεγάλους. Quæ sonant, Quantum verò ex ipsis ad ossa maxillæ inferioris magnos prætergrediuntur dentes. Quæ lectio ex sententia subdita etiam colligi poterit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ibidem.

NIcolaus Reg. Propagines recipiunt per eã quidem viam, quæ per genam fert, quam paulò antè indicauimus: molæ conspicuas & magnas: gingiuarúmq; aliæ quidem maiores, aliæ verò minores: omnes tamen tenues ac vix conspicuas accipiunt, velut & longi dẽtes. Græcus codex habet: ἀποσχίσεις λαμβάνουσι, κατὰ μὲν τὴν διὰ τῆς γένυος ὁδὸν, ἣν ἐδηλώσαμεν ὀλίγῳ πρόσθεν, αἵ γε μύλαι σαφεῖς καὶ μεγάλας. καὶ τῶν οὔλων, τὰ μὲν ἧττον, τὰ δὲ μᾶλλον. ἅπαντα δ' οὖν λεπτάς τε καὶ δυσθεωρήτους, τά τ' οὖλα καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ὀδόντων. Hoc est. Recipiunt propagines per genæ regionem, quã paulò ante indicauimus: cæterùm molæ quidẽ, cõspicuas & magnas: ex gingiuis autẽ, hæ quidẽ, minus: hæ verò, magis cõspicuas: omnes tamen tenues, obscuráſq;, tum gingiuæ, tũ reliqui dentes.

Pag. 658.

NIcolaus Reg. Tres enim sunt omnino capitum figuræ. Græcè, τρία μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι τὰ πάντα σχήματα. Quod est, ipsorum autem vniuersæ figuræ sunt tres, &c. Agebat autem de capitibus fastigiatis, quorum figuras ait esse tres: nempe vnam, vbi vtraq; eminentia, anterior videlicet & posterior abest: secunda, vbi anterior tantùm: tertia denique, vbi posterior duntaxat est exoluta. Quòd si de vniuersis capitis figuris Galenus impræsen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tiarum egisset, præter has tres, annumerasset etiam naturalem figuram, atque adeò complures alias se præter naturam habentes.

Lib. x. Pag. 664.

NIcolaus Reg. Quo circa medius is vehitur ad ipsum Crystallinum. Græcè habetur. ὥστε διὰ τοῦτο μέσον ὀχεῖται κατ' αὐτὸ, τὸ κρυσταλλοειδές. Quod nos vertimus, ac proinde medius in ipso vehitur crystallinus humor &c. Ait itaque non vitreum humorem in crystallino, sed crystallinum in vitreo, veluti semisectã sphærã in aqua (hac enim vtitur Galenus analogia) natare: id quod licet videre manifestissimé. Siquidem Crystallinus humor instar glaciei est compactus: vitreus autem humidior est, ipsamq; aquam refert. Ob idque in eo crystallinus vehitur, veluti globus semisectus in aqua.

Ibidem.

NIcolaus Reg. Atque etiam ophthalmia laborantes lux quidẽ offendit, eósque deprehendit. Græcè, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμιῶντας ἐξελέγχει μὲν καὶ βλάπτει τὸ φῶς. Quod clarius vertitur, Quin & lippitudine laborantes redarguit quidem splendor, ac lædit.

Pag. 671.

NIcolaus Reg. Quum igitur opifex nostri prouidere vellet, vt quà est foramen hoc, tunica cornea humorem crystallinum aliquando non contingeret. Græcè legitur: ὅπως οὖν

μηδὲ

μηδὲ κατὰ τοῦτο τὸ τρῆμα ψαύσῃ ποθ' ὁ κερατοειδὴς χιτὼν τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, προνοήσας ἡμῶν ὁ δημιουργός. *Quod eſt vertendũ. Vt igitur nec per hoc foramẽ cornea tunica aliquando cryſtallinum humorem tangeret, quũ proſpexiſſet conditor noſter, &c. Non proſpexit ſiquidem vt aliquando non tangeret, ſed vt nunquàm cryſtallinum cornea contingeret, quemadmodum re vera non tangit, niſi dum ipſius oculi fabrica omnino labefactatur.*

Pag. 679.

N*Icolaus Reg. Aceruati hi omnes ſuis aponeuroſibus. Græcè* ἀπονευρούμενοι δὲ πάντες. *Quod eſt, Diſſoluti autem omnes in filamenta neruoſa.*

Libro XI. Pag. 713.

N*Icolaus Reg. Quòd ſi magni ſint. Græcè,* ὅτι μεγάλοι. *Hoc eſt, Quoniam magni exiſtunt.*

Pag. 724.

O*Mnia Latina exemplaria habent, Ad palatum columnam. Græcè legitur,* κατά τε τὴν ὑπερῴαν καὶ τὸν κίονα. *Quod eſt iuxta palatum atque columnam.*

Pag. 743.

N*Icola⁹ Reg. Qui igitur hic quoq; natura cõtraria vniri inter ſe poſſe deſperauit? Græcè,* πῶς οὖν ἡ φύσις κἀνταῦθα, τὸ μὲν ἑνοῦν ἀλλήλοις τὰ ἐναντία κατέγνω. *Quod*

ego sanè verterē, Quo pacto igitur hic quoq; natura contraria inter se mutuò vnire cōstituit?

Pag. 746.

N*Icolaus Reg. Tum quòd ex basi capitis est, quæ dura esse oportet. Græcè,* ὅτι τε γὰρ τῶν ἐκ τῆς βάσεώς ἐστι τῆς κεφαλῆς, σκληρῶν εἶναι δεομένων. *Quæ sonant, Quódq; ex ijs sit, quæ basi capitis insunt, quéque dura esse expediebat.*

Pag. 747.

N*Icolaus Reg. Ante hos verò tertium. Vbi legendum est, Ante hæc verò tertium: quum ille articulus referat duo nasi ossa. Similiter paululò inferius, vbi vertit Nicolaus Regius, Supra quos alij sunt duo: legendum est, Supra quæ alia sunt duo: quum nimirū etiam illi articuli manifestè referantur ad ossa.*

Libro XII. Pag. 767.

N*Icolaus Reg. Ob ídq; erat necesse quosdā ei parte anteriore apponere. Græcus codex habet,* καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ἦν ἀντιτάξαί τινας αὐτοῖς ἔμπροσθεν μῦς. *Quod vertimus, Ac proinde necessum erat quosdam ipsis parte anteriori opponere musculos.*

Pag. 773.

N*Icolaus Reg. Motus enim & sensus omnium partium infernarū læduntur læso spondylo. Græcè clarius habetur,* κίνησις τε γὰρ καὶ αἴσθησις ἁπάντων βλάπτεται τῶν κάτω τοῦ

πεπον

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

πεπονθότος σπονδύλου μορίων. Hoc est, Motus enim & sensus omnium particularum, quæ sub læso spondylo consistunt, vitiantur.

Pag. 778.

NIcolaus Reg. Via autem omnis, quæ est inter primam productionē, & finem vltimæ. Græcè habetur. ἡ δὲ μεταξὺ τῆς τε πρώτης ἐκφύσεως, καὶ τῆς ἐσχάτης τελευτῆς ὁδός. Quod nos vertimus, Via autem quæ est inter primam productionem, & insertionem vltimam, &c. Quandoquidem eo in loco Galenus summā viæ securitatem commendat, quæ ducit neruos à prima productione ipsorum, quæ fit ab spinali medulla, vsq; ad particulas, in quas inseruntur.

Ibidem.

NIcolaus Reg. Ad posteriores siquidē partes spinæ os attinet: quo loco cartilago quàm plurima ei circumiacet. Græcè legitur, ἄχρι μὲν δὴ τῶν ὀπίσω περάτων ὀστῶν ἐστὶ ἡ ἄκανθα, κατὰ ταῦτα δ' αὐτῇ χόνδρος περίκειται πάμπολυς. Quod sic potius verterem, Quatenus autem ad posteriores fines vergit os, quod acantham vocant, eatenus ei cartilago plurima circunducitur.

Pag. 782.

NIcolaus Reg. Nisi quod in thorace quū costæ nō solū eis sint, &c. Græcè, ἢ ὅτι κατὰ μὲν τὸν θώρακα τῶν πλευρῶν οὐ μόνον διαρθρουμένων αὐταῖς. Quod est, An quòd in thorace,

quum coſtæ nõ ſolùm eis eſſent articulatæ, &c.

Lib. XIII. Pag. 795.

NIcolaus Reg. Apparet enim perſpicuè, quòd non præſtiterit ab vtroque ipſius fine neruos quoſuis producere, ob id fuiſſe pertuſum, Græcè habetur, φαίνεται γοῦν ἐναργῶς, ὅτι καθ' ἑκάτερον αὐτοῦ τῶν περάτων. οὐκ ἦν ἄμεινον ἐκφύναι τινα νεῦρα. καὶ διὰ τοῦτο τρηθεὶς αὐτός. *Quæ ſonant, Apparet enim perſpicuè, quòd non præſtiterit per vtrunque ipſius finem aliquem neruum producere: ob ídque ipſum fuiſſe pertuſum.*

Pag. 797.

NIcolaus Reg. Quemadmodum & alijs omnibus eius loci ſpondylis propagines quaſdam exiguas mittit, quomodo & reliquis coniugationibus neruorum qui ſunt in collo. Græcè, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς τῇδε σπονδύλοις, ἀποφύσεις τινας πέμπει σμικρὰς, ὁμοίως ταῖς ἄλλαις συζυγίαις τῶν νεύρων τῶν κατὰ τὸν τράχηλον. *Quod eſt vertendũ, Quemadmodum & alijs omnibus eius loci ſpondylis propagines quaſdam exiguas mittit, quo modo & reliquæ coniugationes neruorum qui ſunt in collo.*

Pag. 800.

NIcolaus Reg. Quas à ſpinali medulla neruos recipere præſtiterat. Græcè legimus, οἷς βέλτιον ἦν ἐκ τοῦ κατὰ τράχηλον νωτιαίου

τὰ

τὰ νεῦρα λαμβάνειν. hoc est. Quas à spinali medulla colli præstiterat neruos recipere.

Pag. 813.

NIcolaus Reg. Porrò à scapulæ processibus superna quidē, quæ est ad summitatē humeri (quam quidē à coruini rostri forma κορακοειδῆ nominant) interna verò, &c. Codex quidā vetustus habet, ὑπὸ δὲ τῆ ὑποφύσεων τῆ ὠμοπλάτης ἄνωθεν, τῆ κατὰ τὸ ἀκρώμιον, ἣν ἐν κεῖνοι κορακοειδῆ προσαγορεύουσιν, ἔξωθεν δὲ, &c. Quæ sonant, Porrò ab scapulæ processibus superioribus, eo quidē, qui est ad summitatē humeri (quē illi coruiformē appellāt) externo verò &c.

Pag. 814.

NIcol. R. Qui ortus maxima ex parte costæ imæ scapulæ. Græcè, ἐμπεφυκὼς τοῦ πλείστου μέρους τῆ ταπεινῆς ἐν ὠμοπλάτῃ πλευρᾶς. Quod nos vertimus, Qui ortus à maxima parte inferioris, quod in scapula est, lateris.

Ibidem paulò inferius.

NIcolaus Reg. Qui ex inferiore fine costæ imæ scapulæ proficiscitur. Græcè, ὁ τοῦ κάτω πέρατος ἐμπεφυκὼς τῆ ταπεινῆς ἐν ὠμοπλάτῃ πλευρᾶς. Quod est vertendum, Qui ex inferiori ora lateris humilioris, quod in scapula est, proficiscitur.

Pag. 816.

NIcol. Reg. fertur ad humerum, Græcè legitur, νῶτον. hoc est, dorsum. Et paulò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

inferius Nicolaus Regius vertit: Hoc quidem maximè trahit: quum vertendum fuisset, Hunc, scilicet humerum, maximè trahit.

Lib. XIIII. Pag. 821.

N*Icolaus Reg. Quæ propter corporis imbecillitatem, aut vitam omnino breuißimam. Græcè legitur,* ὅσα διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν ἤτοι βραχυχρόνια τελέως. *Sed legendum non* ἤτοι, *sed* εἰσὶ: *vt vertamus, Quæ ob corporis imbecillitatem vitam exquisitè breuem sortiuntur. Quippe sententia Galeni est, quæ ob corporis imbecillitatem, admodum breuis vitæ futura erant, aut præda etiam fortioribus, iis animalibus remedium aßidui interitus excogitasse naturam, nempe fœcunditatem generationis.*

Pag. 828.

N*Icolaus Reg. Verùm (quod nuper diximus) fœmina in motu est imperfectior: mas verò perfectior. Græcè,* ἀλλ' (ὡς εἴρηται νῦν) τὸ μὲν ἀτελέστερον ἐν τῇ κινήσει, θῆλυ, τὸ δὲ τελεότερον ἄῤῥεν γίνεται. *Quod est, Cæterùm (quemadmodum est nuper dictum) quod imperfectius mouetur semen, fit fœmina: quod verò perfectius, mas.*

Pag. 832.

N*Icolaus Reg. Habet enim is dextro plures flexus variciformes. Græcus codex antiquus,* καὶ γὰρ οὖν καὶ ψυχρότερος ὁ ἀριστερὸς τοῦ δεξιοῦ. *Quod est, Etenim sinister dextro*

est

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

est frigidior.

Pag. 833.

NIcolaus Reg. Siquidem fieri potest, vt etiam si initium à fœmina sit profectũ. Græcè, προϊούσης γὰρ δὴ τῆς ἀπὸ τοῦ θήλεος ἀρχῆς, ἐνδέχεταί ποτε, *&c. Hoc est, Procedente enim principio à fœmina, fieri aliquando potest, &c.*

Pag. 836.

NIcolaus Reg. Propagines quædam ad matricem rectà ferantur. Græcè, πρὸς τὴν κατ' ἰθὺ μήτραν. *Hoc est, ad matricem quæ è directo est sita.*

Pag. 838.

NIcolaus Reg. Fieri non potuit, quin natura artẽ admiretur. Græcè, ἀδύνατον ἂν τὸ μὴ θαυμάσαι τὴν τέχνην τῆς φύσεως. *Hoc est, Impoßibile est, quin ibidem artem natura admiretur.*

Pag. 842.

NIcolaus Reg. Insunt autẽ matrici & corpora musculosa. Græcè, ἔστι δὲ αὐτῷ τὰ μυώδη σώματα. *Quod est vertendũ. Insunt autem ei vasi musculosa corpora. Quandoquidem articulus ille, non matricem, sed spermaticum vas, de quo nimirum Galenus agebat, refert.*

Lib. xv. Pag. 857.

NIcolaus Reg. Hæc mẽbrana omnibus matricis partibus, quæ sunt intra orificia,

subij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſubijcitur. Græcè, καὶ τοῖς μεταξὺ τῶν στομάτων ἅπασι μέρεσι τῆς ὑστέρας διπλοῦς ὑποτέτακται. Quod eſt, Atq; omnibus matricis partibus, quæ inter orificia conſiſtunt, duplex ſubijcitur.

Eadem pagina.

N*Icolaus Reg. Eæ verò paululum progreſſæ. Græcè, προελθόντα δ' ὀλίγον. Quod eſt, progreſſa autem parum: vt ſenſus ſit, matricis vaſa (non radices arboris, quemadmodum arbitratur interpres) paululum progredientia, per coniugationem coaleſcere.*

Pag. 868.

N*Icolaus Reg. Ac ſi ter aut quater nõ concinnè excidens nõ ſuffocaretur, eo certè modo accideret ex quadringentis, verbi gratia, fœtibus centum impediri. Græcè legitur, ἀλλ' εἰ μὲν ἤτοι τρὶς, ἢ τετράκις οὐκ ἐπιτηδείως ἐκπίπτον παρ' ἐκωλύετο, συνέβαινεν ἂν οὕτω γε σβεννύειν τετρακοσίων ἐμβρύων, εἰ τύχοι, ἑκατὸν ἐμποδίζεσθαι. Quæ dictio videtur eſſe corrupta. Ego verò ſic illam verterem: Cæterùm ſi ex tribus, aut quatuor non commodè excidentibus fœtibus, vnus impediretur, contingeret vtique ſic, ex quadringentis, verbi gratia, centũ prorſus extingui.*

Lib. XVI. Pag. 879.

N*Icolaus Regius. Adfuſa autem ſiccis corporibus ac tenuibus, vt ipſa perpetuò pinguedine natiua humectet, quæ celeriter in diu-*

tur

turnis inediis, ac vehemētibus laboribus, & ca loribus immodicis exiccatū, atq; indurescit &c. Quo in loco interpres id pinguitudini tribuit, quod de corporibus tenuibus & siccis intelligendum est. Ait nanque Galenus, quandoquidem talia corpora facilè per labores & exiccantur & indurescūt (id quod verba illa ξηραινομένα καὶ σκληραινομένα planè nobis declarant) naturam illis ceu remedium quoddam, pinguitudinem adiunxisse.

Pag. 904.

NIcolaus Reg. Quocirca & arteriæ productio quæ in dextrum renem prorumpit, producitur ab arteria superiore ea, quæ ad sinistrum it. Græcè habetur, καὶ ἡ εἰς τὸν δεξιὸν ἐμβάλλουσα νεφρὸν ἀπονέμησις τῆς ἀρτηρίας, ἀνωτέραν τὴν ἔκφυσιν ἔχει, τῆς εἰς τὸν ἀριστερὸν ἰούσης. Quod verti debet: Atque arteriæ productio, quæ in dextrum renem fertur, superiorem habet exortum, quàm illa quæ ad sinistrum tendit.

Pag. 912.

NIcolaus Reg. Tum à parte posteriore in anteriorem Græcè, καὶ πρόσθεν ὀπίσω. Hoc est ab anteriore ad posteriora.

Lib. XVII. Pag. 918.

NIcolaus Reg. Quòd si ipsum primum mouens (quod est princeps animæ facultas) respexeris, musculi rationem instrumenti habeb

bebunt: sin ad os quod ab ipsis mouetur, non, sed hanc effectoris habebunt rationem. Græca dictio accuratius mentem Galeni exprimit, πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον κινοῦν (ὅπερ ἐστὶ ἡγεμονικὸν) ὀργάνου λόγον οἱ μύες ἔχουσι: πρὸς δὲ τὸ κινούμενον ὀστοῦν ὑφ' ἑαυτῶν, καὶ τοῦτον μὲν, ἀλλὰ καὶ τὸν δημιουργοῦ. Hoc est, Ad primum igitur mouens (quæ princeps animæ facultas existit) musculi comparati, instrumenti rationem obtinent: ad os autem, quod ab ipsis mouetur, & illam, & rationem etiam opificis.

Pagina 919.

NIcolaus Reg. Quoniam autem nonnulli corporum elementa ea substantijs omnino posuerunt, vt naturæ artificio coniungi nequeant. Græcè habetur, ἐπεὶ δ' ἔφθασαν ἔνιοι στοιχεῖα τῶν σωμάτων ὑποθέσθαι τὰ τοιαῦτα ταῖς οὐσίαις, ὡς συναφθῆναι μὴ δύνασθαι τέχνῃ φύσεως. Quæ sonant, Quandoquidem nonnulli elementa corporum talia substantijs initio constituerunt, vt coalescere naturæ artificio non possent.

Pag. 924.

NIcolaus R. Licet autem ipsam perspicias naturam vel ex ipsis hominibus, Græcè, ἰδεῖν δέ ἐστι νῦν φύσιν λογικὴν καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους. Quod est, Cernere autem nunc licet quandam ratiocinatricem naturam, vel in ipsis etiam hominibus.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pagina 925.

NIcolaus R. Neq; (quod dixi) contraria de ipsius vniuersi elementis opinio, quam temerè quidã posuerũt, inhæseris. Quæ oratio aures Grãmaticorũ offendit. Græcè autẽ legimus, πλὴν εἰ (καθάπερ εἶπον) ἀντέπεσέ τις δόξα περὶ τῶ στοιχείων τοῦ παντὸς, &c. Hoc est. Nisi (quemadmodũ dixi) refragetur aliqua opinio, de elementis vniuersi concepta. &c. ἀντιπίπτειν siquidem est resistere, refragari, reluctaríque.

Eadem pagina.

NIcolaus R. Nõ igitur soli Medico opus de Vsu partium est vtile, sed multò certè magis Medico philosopho, qui totius naturæ scientiã studeat sibi cõparare, eúmq; oportet his sacris initiari. Græcè legitur, καὶ κατ' αὐτὴν χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελευτήν. Quod nos vertimus, Iuxta cuius indagationem nos cõsenescere oportet. Licet etiam ad verbum reddere, In cuius quidem indagine oportet nos diem vltimã claudere.

Pagina 928.

OMnia Latina exẽplaria habent, Vel iaculis infixæ: fortè ob inaduertentiam typographi. Legendúmque est, infixis.

Lib. III. de placitis Hippocratis & Platonis. Pag. 970.

ANdernacus: Cõmuniter reliqui huc ferrĩ videntur. Felicianus: Plerique omnes

verò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

verò in hanc sententiam propendêre ac ferri mihi videntur. Græci codices impreßi habent, κοινῇ δέ μοι δοκοῦσι οἱ λοιποὶ φέρεσθαι ἐπὶ τοῦτο. Cæterùm vetus quidam habet non λοιποὶ, sed ἄνθρωποι. Hoc est, Communiter autẽ mihi videntur homines. Atq; ita legendum esse, in primis docet illa Gale. præcedens dictio. κοινὴν ἐνταῦθα φορὰν ὁ Χρύσιππος εἴρηκε, τὸ κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις δοκοῦν. Hoc est, Communẽ impræsentiarum inclinationẽ appellauit Chrysippus, communem hominum opinionem.

Pagina 977.

ANdernacus: Nisi clarè Homerus in his percenset. Felicianus: Nisi his carminibus Homerus exprimit. Græcè, εἰ μὴ σαφῶς ἐν τούτοις Ὅμηρος ἐνδείκνυται. Sed corruptè legitur, εἰ μὴ, ἀντὶ τοῦ οἶμαι. Itaq; vertendũ est, Clarè Homerus (vt arbitror) in his percenset.

Lib. VI. Pag. 1090.

ANdernacus: Sed temporis spatio animal offenditur, iecore in totius corporis tabem (quam atrophiam vocant) & pallorem elanguescente. Felicianus: Iecore enim debilitato, sensim animal, moráque temporis, læsionem in alimento & colore contrahit. Græcè, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ βλάπτεται τὸ ζῶον εἰς ἀτροφίαν τε καὶ ἄχροιαν, ἥπατος ἀτονήσαντος. Quæ nos vertimus, Sed temporis spatio animal læditur, nutrimentíque vsu non promouetur, ac pal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

pallidum contrahit colorem, iecore malè affecto.

Pagina 1099.

A*Ndernacus. Maxima autem fides, iecur nullum humorem in animalis particularum nutritionem cordi præparare, sed ipsum vniuersam eius speciem absoluere, quòd vna sit vena quæ ex iecore aut corde procedat, altera verò non item contrà enascatur ex alia ipsorũ parte, quæ elaboratũ humorẽ in totum corpus deducat.* Felicianus: *Iecur verò nullũ humorem in alimentum membrorũ animalis cordi præparare, sed ipsum totam humoris formam perficere, inde argumentum maximum habere possumus, quòd vna tantùm vena cernitur à iecore seu à corde exoriri: neq; alia quæpiam ex alia parte seu iecoris seu cordis exeat, quæ humorem ipsum & succum iam concoctum in totum corpus semel traducat. Vterque autem ipsorum coactus est cum mendoso codice hallucinari. Legitur autem in vetustissimo quodam,* τὸ μίαν εἶναι φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς τὴν καρδίαν ἐκφυομένην, ἑτέραν δὲ μηκέτι ἀντεκφύεσθαι κατ' ἄλλο μέρος αὐτοῦ εἰς ὅλον ἅπαξ φέρουσαν τὸ σῶμα. &c. *Quæ nos conuertimus, Quòd quum vna sit vena quæ ex iecore in cor procedit, nulla alia enascatur ab altera ipsius cordis parte, quæ elaboratum humorem in totum corpus deducat.*

Lib. VII. Pag. 1136.

ANdernacus: Meritò igitur generatur hic spiritus in cerebri ventriculo. Felicianus: Verisimilius igitur est spiritum hunc in cerebri vẽtriculis oriri. Græcè legitur, εὔλογον οὖν γεννᾶσθαι μὲν τοῦτο τὸ πνεῦμα κατὰ τὰς κοιλίας τοῦ ἐγκεφάλου. Hoc est, Rationi autem est consonum, hunc spiritum gigni iuxta ventriculos cerebri. &c. Etenim animalis spiritus nõ in vẽtriculis cerebri, sed in plexu retiformi, qui iuxta illos est, gignitur: vnde in vẽtriculos eructatur: vt illinc, veluti ex quibusdã fonticulis emanans per neruos, vniuersis animalis particulis motum atque sensum largiatur.

Pagina 1146.

ANdernacus: Quemadmodum gustus humores. Felicianus, Sicuti succos gustatus. Græcè legitur, καθάπερ ἡ γεῦσις τῶν χυμῶν. Hoc est, Quemadmodum gustus sapores. Ait enim, visum colores sentire, perinde vt gustus sapores percipit.

Ibidem.

ANdernacus: At coloratum corpus simul cum eo cognoscit, quemadmodum gustus quod humores obtinet. Felicianus: Cum illis verò postea coloratũ corpus, sicut gustus, id quod succos in se habet. Græcè, καθάπερ ἡ γεῦσις τὸ τοὺς χυμοὺς ἔχον. Quod est, Quemadmodum gustus id quod sapores continet. χυμὸς siquidẽ, non

non modò humorem, sed saporem etiam crebrò significat.

Pagina 1151.

ANdernacus: *Quēadmodū & tactilis sensus instrumenta sensus renixu.* Felicianus: *Quēadmodū verò sensus tactus sensilia per concursum.* Græcè, ὥσπερ δὲ τὰ τῆς ἁπτικῆς αἰσθήσεως αἰσθητὰ δι' ἀντιβάσεως. *Quod est, Quēadmodū tāgēdi sensus sensilia, per renixū.*

Ibidem,

ANdernacus: *Humorum dignotio corrumpitur.* Felicianus: *Succorum dignotio etiam interit.* Græcè, διαφθείρεται τῶν χυμῶν ἡ διάγνωσις. *Quod est, Corrumpitur saporum dignotio.*

Pagina 1166.

ANdernacus: *Qui clarius manifestiúsque sanè, quemadmodum & alij complures, quasi nō habita illius duntaxat ratione, qui à me illum accepturus erat sed tanquàm ad aliorū quoq; imperitiorū illo manus esset peruēturus, à me esset scriptus.* Cui etiā suffragatur Feliciani tralatio. *At Græcus codex habet in hūc modum.* ὃ σαφέστερον μὲν ἂν ἐγέγραπτο, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλά, μὴ πρὸς μόνον ἀποβλέποντα τὸν λαμβάνοντά μου τὸ βιβλίον, ἀλλ' ὡς καὶ τῶν ἀμαθεστέρων ἐκείνου μελλόντων ὁμιλήσειν αὐτῷ. *Quæ perspicuè magis cōuerti possūt, in hunc modum, Qui manifestius sanè mihi*

conſcriptus eſt, quemadmodum alij plures, idq́; non habita eius tantùm ratione, qui à me illum accepturus erat, ſed aliorum etiam imperitiorũ eo, quibus debebat item communicari.

Lib. IX. Pag. 1238.

ANdernacus: Itaque ſcopi ſecundũ quos ſingula hæc rectè aliquis aggrediatur, omnino pauci ſunt: nempe in ipſis exercitatio, quæ non parum temporis requirit. Felicianus: Fines igitur quibus ſingula hæc rectè aliquis tractare poſſet, prorſus pauci ſunt: exercitatio ſcilicet, quæ tamen non paruo tempore videtur indigere. Græcè legimus, οἱ μὲν οὖν σκοποὶ καθ' οὓς ἕκαστα τούτων ὀρθῶς ἄν τις μεταχειρίζοιτο, παντάπασιν ὀλίγοι. τὸ δὲ κατ' αὐτοὺς γυμνάσιον, οὐκ ὀλίγου χρόνου δεόμενον. *Quod ſic verterem, Scopi igitur ſecundum quos ſingula horum rectè tractare quis poßit, omnino ſunt pauci. In ipſis autem exercitatio, haud exiguum tempus deſyderat.*

SECTIONE SECVNDA.

Libro num ars tuendæ ſanitatis ad medicinalem artem ſpectet. Pag. 4.

IVnius Paulus: Ad neruorum ſutorem. Græcè: τῷ νευροράφου. *Hoc eſt, ad illum qui neruis conſuit.*

Pag. 32.

IVnius Paulus ſic vertit, aut peruertit potius carmen Homeri,

Dict

Dictior est cunctis medicus mortalibus vnus.

In aliјs tamen exemplaribus legitur, Doctior. Vtrobique autem ſententia Poëtæ eſt corrupta. Græcè ſiquidem legitur.

Ἰητρὸς δ' ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων,

Cuius ſententia eſt,

Vnicus existens, ritè tamen omnia callens,

Pag. 44.

I*Vnius Paulus: Duabúſq; artibus præpoſitis hæ ſingulæ deſeruiunt, Græcus antiquus habet,* καὶ διτταῖς ὑπηρετεῖ τέχναις ἀφεστώσαις ἑκάστη τῶν τοιούτων. *Hoc eſt, Duabúſque artibus ſeparatis harum ſingulæ inſeruiunt.*

Lib. I. de Alimentorum facultatibus,

Pag. 59.

M*Artinus Gregorius: Deinde affigentes. Græcè* κἄπειτα περιπλάττοντες. *Hoc eſt, Ac deinde circunlinentes. Monet ſiquidē illic Galenus, vt poſtea quàm cauitatē cydoniј mali repleuerimus ſcammonio, malum ipſum obducamus, atque circunlinamus, luto videlicet, aut fermento, ac dein aſſemus. Qui modus obſeruatur hodie in præparando ſcammonio.*

Pag. 63.

M*Artinus Gregorius: Et omnium maximè per aluum ſubſidet. Græcè,* καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπέρχεται κατὰ γαστέρα. *Quod verterem, Inter cæteróſque maximè per aluum deſcendit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. II. cap. de fugacibus fructibus.

Pagina 102.

MArtinus Gregorius: Viũtur autẽ omnes ipsa (cucurbita scilicet) magis quàm alio quouis fructuũ esculẽtorũ: quòd cæteris fructibus sint aridiores ac sicciores. Hoc tamen nõ reperitur in Græco exemplari: nec videtur etiã rationi consonũ: quum cucurbitæ nulli aut certè paucis, aliorum fructuum humiditate cedant.

Pagina 128.

MArtinus Gregorius: Læditur autem maximè ab ipsorum esu, quòd aut inflammetur, aut scirrho obsideatur. Græcè βλάπτεται ἢ καὶ φλεγμαῖνον, καὶ σκιρρούμενον ἐσχάτως ὑπὸ τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν. Quod est, Extremè autem ab ipsarum (palmularum videlicet) esu læditur, si obsessum phlegmone, aut scirrho fuerit. Neque enim tam perniciosum ait esse fructum palmarum Galenus, vt ex solo ipsarum esu poßit hepar, aut inflammationem, aut scirrhum contrahere: at iam inflammatum, aut scirrho induratum hepar, ab vsu phœnicum maximè oblædi pronuntiat.

Libro III. Pag. 169.

MArtinus Gregorius. Quoniam non temere in ventriculo cuiusquam coagulatur. Græcè. Διὸ καὶ σπανίως ἐτυρώθη τινὶ κατὰ τὴν γαστέρα. Quod est, Ac proinde raròalicui fuit coagulatum in ventre.

Lib.

Lib. de Euchymia & cacochymia.

Pag. 207.

FErdinandus Balamius: Haud ſanè exquiſitis admodum cibis vtatur. Græcè, οὐδὲ τῇ ἀκριβοῦς πάνυ διαίτης ἐδέηθη. Hoc eſt, Nec cibis admodum exquiſitis indiguit.

Lib. de cognoſcendis curandíſque animi affectibus.

Pag. 275.

BErnardinus Donatus: Nec tamen illud dixerim melius eſſe. &c. Eſt tamen codex corruptus, qui ſic inſtaurari debet, εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν ἄμεινόν ἐστι. &c. Quod nos vertimus, Niſi fortè melius eſſe videatur, initio, &c.

Pag. 281.

BErnardinus Donatus: Magnum quippe fuerit, credo, ſi nullus eorum moderatior in cibo & potu ſumendo ſit viſus. Quòd ſi te ipſum hoc honore afficere decreuiſti. &c. Græcè habetur, μέγα γὰρ οὐδὲν ἐκείνων ἐσθίειν τε καὶ πίνειν ἐγκρατέστερον. εἰ δέ περ οὕτως σαυτὸν ἔγνωκας τιμᾶν. &c. Quod eſt, Magnum quippe non fuerit ſi in cibo & potu illis temperantior videaris, Sed ſi te hoc honore afficere decreuiſti, &c. Vult nanque eo in loco Galenus (id quod paulò pòſt ſubdit) vt non cæteros modò, ſed nos etiam ipſos vincamus, modeſtius nempe, & continentius viuentes hodie, quàm heri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 293.

BErnardinus Donatus: *Ac per hoc ipſum præceptum ſingulis diebus in ſingulis huiuſce operis partibus, nos ipſos exerceamus. Quod quidem quum cæteris ex puerili diſciplina contingat, aliȷs illis, quibus in hoc fortuna non fauerit, ſerò tandem ea ratione, quam expoſui, continget.* Græcè habetur, Τὴν δ᾽ ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἔργων ἄσκησιν ἑκάστης ἡμέρας ποιουμένην ἐπὶ τοῖσδε τοῖς δόγμασι, ἥπερ ἐκ τῆς πρώτης παιδείας ἑτέροις ὑπῆρξε, τοῦτο τοῖς ἀτυχήσασιν ἐκείνοις ὕστερόν ποθ᾽ ὑπάρξει, δι᾽ ἧς εἶπον ὁδοῦ. Quod eſt vertendũ, *Cæterùm ſi operibus particularibus circa hæc præcepta ſingulis diebus ſe exerceant, quod quidem ex prima educatione cõtingit cæteris, id infelicibus illis poſtea tandem continget, ea, quam expoſui, ratione.*

Pag. 296.

BErn. *Etenim ex ȷs in quibus ipſa ſe exercuerit, multò exſtit generoſior.* Quo in loco reddendo interpres eſt Græcam phraſim ſequutus, quæ habet, ἐξ ὧν ἐγυμνάσατο: id quod præſtiterit vertere. *Eò quòd ſe exercuerit.*

Lib. I. de Sanitate tuenda. Pag. 345.

LInacer: *Nempe per nares genáſq́;.* Græcè, κατά τε τὴν ῥῖνα, καὶ κατὰ βλέφαρα. Hoc eſt, *Iuxta nares & palpebras.* Ait nanque Galenus, oculũ explodere quicquid in eo excrementi gignitur, non per nares, ſed per foramen

quoddam, quod in angulo interiori oculi, iuxta nares, intra palpebrásq; cōsistit: id quod in oculorū anatome satis superq; iam demōstrauerat.

Lib. II. Pag. 355.

LInacer: At procedente tempore, vbi iam adoleuit. Græcè, ὅταν ἤδη μειράκιον ἡμῖν γίγνεται. Quod est, Vbi iam adolescit.

Pag. 441.

LInacer: Frigidi nanque succi marcorem. Græcè, ἐπάγουσι γὰρ τοῖς ψυχροῖς τάτε κώματα, καὶ οἱ μακρότεροι τῶν ὕπνων. Hoc est, Frigidi enim sopores, ac prolixiores somnos inducunt.

Lib. V. Pag. 476.

LInacer: Hæc facies, vbi naturalem planè habitum crura receperunt. Græcè, ὅταν δέ σοι ταῦτα πράξαντι, κατὰ φύσιν ἀκριβῶς ἔχῃ τὰ σκέλη. Hoc est, Hæc tibi perficienti, si exactè secundum naturam se habent crura.

Lib. I. de simpl. Medic. facult. Pag. 282.

THeodoricus Gerardus: Verùm ei, qui eodē sensu communicat, licet suggerere. Græcè, ἀναμνῆσαι μέντοι τὸν δι' αὐτῆς αἰσθήσεως κεκοινωνηκότα. Hoc est, Recordari autem eū, cui talis sensus fuerit communicatus, poßibile est. Galenus itaq; ait, impoßibile quidē esse, vt exactè quis interpretetur differentias adstringentis, austeri, atq; acerbi saporis: fieri autē posse, vt recordetur illorum, vbi talia semel gustarit.

Lib. III. Pag. 658.

THeod. *Quod si ad id nonnihil faciat ipsius raritas. Græcè,* συντελεῖ μὲν οὖν εἰς τοῦτο καὶ ἡ μανότης αὐτῆς. *Hoc est, Conducit itaque ad hoc etiam ipsius raritas.*

Lib. IIII. Pag. 698.

THeod. *Diuersis tamen hactenus viribus omphacis acetique succus constant. Græcè habetur,* διενήνοχε μέντοι τὴν δύναμιν κατὰ τοσόνδε ὄμφακος χυλὸς ὄξους. *Quod est, Eatenus autem facultate differt ab aceto omphacium.* Pag. 699.

THeod. *Etenim ad hypochondria ardentia præstātior est succus omphacis, quàm aceti. Græcè,* ὄξους αὐτοῦ. *Hoc est, Præstantior est ipso aceto. Nā aceti succus non datur, præter ipsum acetū. Exprimitur autem ex vua immatura, cuius cremor appellatur omphacium.*

Pag. 704.

THeod. *Ac partim in hac coniugatione. Græcè,* καὶ τὰ μὲν ἐν τῇδε τῇ συζυγίᾳ τῆς κράσεως. *Hoc est, Atque hæc quidem in hac temperamenti coniugatione.*

Pag. 711.

THeod. *Omnia saltem cuti nostræ imposita Græcè,* πάντα δ' οὖν. *Quod est, Omnia igitur. &c.* Lib. V. Pag. 732.

THeod. *Tantóq; siccius, quanto vincit siccitas. Græcè habetur,* ἐπὶ τοσοῦτον δ' ὑγρότερον,

τερον, ἐφ' ὅσον ἡ ξηρότης &c. Quod est, Eatenus autem humidius, quatenus siccitas superat.

Pag. 734.

THeod. Ex familiari animătis natura fiat alteratio. Græcè, ἐξ οἰκείας ὕλης τῷ ζώῳ τὴν ἀλλοίωσιν γίγνεσθαι. Quæ sonant, Ex propria animali materia ipsam alterationem fieri.

Pag. 754.

THeod. Alia verò ex putrescente arescenteq́; generationĕ sortita. Græcè, ἡ δ' εἰς σηπεδόνος ὀξυνούσης ἔχει τὴν γένεσιν. Quod est, Hæc autem à putredine exasperante ducit originem.

Lib. VI. Pag. 793.

THeod. Idcirco mihi videntur veteres coronis ex eo plexis vti solere. Græcè additur, παρὰ τὰ συμπόσια. Hoc est, in conuiuijs.

Pag. 807.

THeod. Equidem vidi puellum, quandoque octo totis mensibus morbo comitiali liberum. In Græco exemplari additur, ἐξ ὅτου τὴν ῥίζης ἐφόρει. Hoc est, Ex quo tempore, vel quamdiu radicem ipsam gestauit.

Pag. 819.

THeod. Cæterùm licet zingiber & piper albũ. Græcè legitur, καὶ τὸ μακροπέπερι. Hoc est, Et piper longum.

Pag. 820.

The

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

THeod. Cui accedit & ea quæ ex salis est farinæ natura. Græcè, καὶ προσέτι τὰ ἀπὸ τῶν ἁλῶν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀλεύρου κατὰ φύσιν. Hoc est, Et ea quæ ex salis est, & ea quæ ex farinæ natura. Pag. 834.

THeod. Sicuti sanè etiam coitus semen pudendo circunlita. Græcè legitur, κατὰ συνουσίαν. Hoc est, Coitus tempore.

Pag. 843.

THeod. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adsunt opera. Græcè, ἀλλ' ὅσα πικροτάτῳ ἔργα πρόσεστι πινομένῳ φαρμάκῳ. Hoc est, Sed quæcunque amarißimo pharmaco, dum bibitur, adsunt opera. &c.

Pag. 850.

THeod. Quinque partibus succi plus erat. Græcè, πενταπλάσιος δ' ἦν ὁ χυλὸς ἑκατέρου. Quod magis appositè vertitur, Ad vtrũque autem succi portio erat quincupla.

Pag. 866.

THeod. In semine quidem vincentem habens qualitatem acidam. Græcè habetur, κατὰ μὲν τὸ σπέρμα. Hoc est, iuxta semen, vel circum semen. Ait quippe Galenus id quod res est: nempe quicquid in malo Medico, siue citrio, iuxta semen adhæret, & vnde exprimitur succus, cum acore quodam siccare. Quãdoquidem semen citrij minimè talem facultatem sortiri, vel ex gustu intelligi poterit.

Lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. VIII. Pag. 873.

THeod. Pyri quidem ſylueſtris prorſum atque abſolutè amarus eſt: ſcilicet fructus. Græcè habetur, στρυφνὸς, hoc eſt, acerbus.

Pag. 875.

THeod. Veluti & chartæ combuſtæ cinis, niſi quatenus infirmior eſt, quàm papyri. Græcè, πλὴν ὅσον ἀσθενέστερα ἐστὶν ἡ τοῦ παπύρου. Quod eſt, Niſi quatenus cinis papyri eſt infirmior. Cui lectioni ſuffragatur Paulus: cuius verba ſunt hæc. Ad ſingula tamen papyri cinis multò inferior eſt.

Pag. 884.

THeod. Non tamen nec reſiccare, nec refrigerare manifeſtò poteſt. Græcè, οὐ μὴν οὔτε ξηραίνειν, οὐθ᾽ ὑγραίνειν ἐπιφανῶς πέφυκεν. Quæ ſonant. Cæterùm nec reſiccare, nec humectare manifeſtò poteſt.

Pag. 887.

THeod. Caries lignorum, & maximè quæ particeps eſt adſtrictionis. Græcè, Σαπρότης ξύλων, καὶ μάλιστα, ὅσα μετέχει στύψεως. Hoc eſt, Caries lignorum, eorum maximè, quæ adſtrictione ſunt prædita.

Pag. 889.

THeod. Nonnullam item amaram qualitatem obtinet. Græcè, τινὸς καὶ δριμείας ποιότητος. Quod eſt, Nonnullam item acrem qualitatem.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 891.

THeod. *Sion quantum gustu odoratum est. Græcè, Σίον εἰς ὅσον ἀρωματίζει πῶς κατὰ τὴν γεῦσιν. Quæ sonant, Sion quatenus gustui vtcunque aromaticum est &c. Nihil siquidem est odoratum gustui, sed ipsi tantum olfactui. At quæ aromatica sunt, ea simul mouent olfactum & gustum.*

Pag. 905.

THeod. *Et nimiũ habet humiditatis. Græcè habetur oppositum, καὶ ἥκιστα μετέχων ὑγρότητος. Hoc est, Et minimum habens humiditatis.*

Pag. 906.

THeod. *Phorbij semine ad leucomata cum melle applicant. Græcè legitur χρῶνται. hoc est, vtuntur.*

Pag. 936.

THeod. *Ceterùm vtriusque in medio est spuma litri, Græcè habetur, ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι ὁ τοῦ λίτρου. Hoc est, In medio autem amborum est nitri sapor. Nam quum paulò superius disputasset de sapore tum aphronitri, tum salis, postea subdidit, inter illos medium nitri saporem consistere.*

Pag. 938.

THeod. *Dictũ tamẽ paulò antè est, aphrolitrum in medio consistentem habere facultatem aphronitri & salis, Corrigi tamen codex*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

dex Græcus mendosus debet, qui habet, ἀφρόλιτρον, quandoquidem esse legendum λίτρον, hoc est, nitrum, ex capite de sale liquidò constat.

Pag. 942.

THeod. Quæ in editioribus domorũ, in quibus fornaces extructæ sunt, partibus colligitur. Græcè, ἡ ἐν δὲ ὑψηλοτέροις μέρεσι τῶν οἴκων (sed legendũ τειχῶν) ἀθροισομένη κατὰ τὰς καμινείας. Hoc est, Quæ in editioribus partibus parietum ipsius fornacis colligitur.

Pag. 981.

THeod. Quod patientis inguinibus. Græcè legitur, ταῖς λαγόσι, hoc est, Ilibus.

Pag. 1000.

THeod. Capitibus mænidum sale inueteratarum, ad sedis fissuras vtebatur quidam. Græcè additur, καίων τις, hoc est, vstis.

Pag. 1004.

THeod. Noui autem nostratium quosdam ossa potui exhibuisse. Græcè legimus, ἔγνων δέ τινας τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων ὀστᾶ κεκαυμένα ποτίζοντας. Quod est, Noui equidem nostratium quosdam, propinantes humana ossa combusta.

Pag. 1006.

THeod. Porrò si laueris ea, vsserísq;, ignea in aquam natura deposita, ipsam efficiũt cũ tenuitate calefaciẽtem, adeò vt & putrefaciat. Sed nonnunquam reliquum terrenum est,

mor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

morſus expers, id quod maximè implendis, cicatricéque claudendis vlceribus humidis eſt vtile. Græcus codex manuſcriptus habet in hunc modum: εἰ δὲ πλήναι αὐτὰ κεκαυμένα, τὸ μὲν οἷον ἐμπύρευμα πᾶν ἐναποτίθεται τῷ ὕδατι, καὶ τοῦτόγε ἐργάζεται θερμαῖνον λεπτομερῶς, ὡς καὶ σήπειν ἐνίοτε. τὸ δὲ ὑπόλοιπον, ἄδηκτον γίγνεται, γεῶδες, ὃ μάλιστά ἐστιν ἐπὶ τῶν ὑγρῶν ἑλκῶν χρήσιμον. Quæ ſic nos vertimus, Quòd ſi ea, vbi exuſta fuerint, laueris, quicquid habebant igneum, id totum in aqua ponunt. Ac proinde aqua quidem ipſa, excalfaciens cum tenuitate redditur, adeò vt putrefaciat interdum. Reliquum verò terroſum, morſus expers efficitur, maximéque implendis, & cicatrice claudendis vlceribus humidis auxiliatur.

SECTIONE III.

Libro de Cauſis reſpirationis.

Pag. 25.

Cornarius: Sic etiam circa coſtas muſculi quorum in medijs ipſius regionibus duo & viginti numerantur, duo quidem primarũ coſtarum. Græci codices antiquiſsimi habent in hunc modum, οὕτω δὲ καὶ οἱ κατὰ τὰς πλευρὰς μύες, οἱ μὲν ἐν ταῖς μέσαις χώραις αὐτῶν, δύο καὶ εἴκοσιν τυγχάνουσιν: καὶ δύο μὲν οἱ τῶν πρώτων πλευρῶν. &c. Quæ in hunc modũ nos vertimus, Sic etiam coſtarũ muſculi, qui quidem in medijs regionibus ipſarum conſiſtunt,

num

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

numerantur vigintiduo: ac præterea duo alij primarum costarum, &c.

Ibidem.

C*Ornarius: Ex dictis verò circa spinam musculis. Græcè,* Τῶν δ᾽ ὀρθίων τῶν κατὰ τὸν τράχηλον. *Quod est, Ex rectis verò, qui iuxta collum consistunt.*

Ibidem.

C*Ornarius: Qui demum circa superiorem ventrem sunt musculi. Græcè,* οἱ δὲ κατὰ ἐπιγάστριον. *Hoc est, Qui verò in abdomine, siue epigastrio sunt musculi. Etenim superiorem ventrem Galenus semper vocat ventriculum: Epigastrium autem est, tota illa membrana carnosa, quæ molem intestinorum cõtinens, ex cute, pinguitudine, quatuor obliquis, duobus transuersis, totidémq; rectis musculis constat.*

Ibidem.

C*Ornarius: Violentæ verò, tum sima humerorum, tum interna mediarum costarum pars. Græcè legitur,* Βιαίας δὲ ἥ τε κατὰ τὰ σιμὰ τῶν ὠμοπλατῶν, ἥτ᾽ ἐντὸς τῶν μεσοπλευρίων μοῖρα. *Quæ sonant. Violentæ verò, tum sima scapularum, tum musculorum intercostalium interna pars.*

Ibidem.

C*Ornarius: Similiter autem & expirationis, inuiolentæ quidem, musculi circa superiorem ventrem: violentæ verò, externa media-*

rum coſtarum pars. Græcè habetur, ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς ἐκπνοῆς, ἀβιάστου μὲν, οἱ κατὰ ἐπιγάστριον μῦες. βιαίας δὲ, τῶν μεσοπλευρίων ἡ ἐκτὸς μοῖρα. Quod eſt, Similiter etiã & expirationis, inuiolẽtæ quidẽ, muſculi abdominis: violentæ verò, muſculorum intercoſtalium exterior pars.

Lib. I. de Difficili reſpiratione.

Pag. 28.

Cornarius: Iuxta quas, aut veloces, aut tardæ appellantur. Græcè, καθ' ἃς ἤτοι ταχεῖαι, ἢ βραδεῖαι λεχθήσονται. Quod nos vertimus, Iuxta quas, veloces aut tardi dicentur motus. Quippe voces illæ ταχεῖαι καὶ βραδεῖαι, referuntur πρὸς τὰς κινήσεις, hoc eſt, ad motus, de quibus Galenus paulò ſuperius egerat.

Similiter vbi paulò inferius Cornarius vertit.

Secundum quas aut magnas, aut paruas appellant, vertendum erat, Aut magni, aut parui appellantur.

Pag. 33.

Cornarius: Vtilitate multum vrgente. Græcè habetur, ἱκανῶς ἐπειγούσης, quod eſt, ſufficienter vrgente.

Pag. 35.

Cornarius: Sed ſi vtilitas multum ſit exoluta. Græcè, ἀλλ' εἴπερ ἐκλυθείη τὰ τῆς χρείας ἱκανῶς. Quod eſt, Ceterùm ſi quæ ad vſum pertinent, exoluta ſufficienter fuerint.

Ibid

Ibidem.

CORnarius: Eius videlicet, quæ circa expirationem consistit. Græcè, δηλονότι τῶν περὶ τὴν εἰσπνοὴν συνισταμένων. Quod est, Earum videlicet, quæ circa inspirationem consistunt.

Ibidem consequenter.

CORnarius: Quare immodestia. Græcè, ὥσπερ γε καὶ ἡ ἀμετρία. Quæ sonant, Quemadmodum etiam immoderatio.

Ibidem.

CORnarius: Atq; ita sanè esse, ratio ipsa poscit: repugnat autem quippiam eorũ, quæ euidenter apparent. Græcè legitur, ἆρ' οὖν ὁ μὲν λόγος οὕτως ἀξιοῖ, μάχεται δέ τι τῶν ἐναργῶς φαινομένων? Quod est, An igitur sic ratio poscit, repugnat autem quippiam eorum quæ euidenter apparent? Sic autem esse legendum atq; vertendum, indicat oratio subdita, vbi Galenus ait: Ego quidem omnia hæc consentientia reperio.

Pag. 42.

CORnarius: Nulla est autem differentia, quod ad id quod coarctatum est attinet, vt pulmo non poßit, &c. Græcè, διαφέρει δ' οὐδὲν πρός γε τὸ στενοχωρούμενον τὸν πνεύμονα μὴ δύνασθαι. Quæ clarius vertuntur sic, Perinde autem est, ad hoc vt pulmo compressus non poßit, &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 49.

Cornarius: Contractiones itaque thoracis citra horum concitationem nonnunquam magnam inspirationem facere possunt. Græcè habetur, αἱ μὲν χωρὶς τῶν τούτων συντονίας συστολαὶ τοῦ θώρακος οὐκ ἄν ποτε μεγάλην ἐκπνοὴν ἐργάσαιντο. *Quæ sonant, Contractiones sanè thoracis citra horum concitationem, nunquam magnam expirationem facere poßint.*

Pag. 54.

Cornarius: Quanquam & adhuc eximium quiddam ad inæqualitatis erat generationem respiratio habebit præter pulsuum rationem. Græcè, καὶ τοίνυν περιττόν τι εἰς ἀνωμαλίας γένεσιν ἕξει ἡ ἀναπνοὴ πρὸς τοὺς σφυγμούς. *Quod est, Quinetiam abundans quid, ac veluti auctariū ad inæqualitatis generationē respiratio habebit præter pulsuū rationem.*

Pag. 55.

Cornarius: Nimirum quòd & visa aliquando plus, aliquando minus, rationem ab eo quod secundum naturam est, amoueant. Ego verò non Visa, sed cum Græco potius Phātasmata, verterem.

Lib. III. Pag. 105.

Cornarius: Propterea quòd per distantiā organorum respirationis fit motus. Græcè magis perspicua est sententia, διότι κατὰ διάστημα τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων κίνησις.

Quod

Quod vertimus, Quia per distantiam organa respirationis mo..entur.

Pag. 112.

COrnarius: Densus & magnus fit spiritus. Græcè, πυκνὸν καὶ μικρὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. Hoc est, Densus & paruus fit spiritus.

Pag. 122.

COrnarius: Densum autem & magnum eũ, qui inflammationem respiratoriorum organorum indicat, haudquaquam quis dixerit, nisi etiam calidus effletur. Græcè legimus, τὸ δὲ πυκνὸν καὶ μέγα, τὸ διὰ φλογώσεως τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἐνδεικτικὸν, οὐδ' ἂν ὀρθῶς τις λέγοι. &c. Quod vertimus, Densum autẽ & magnum indicare incendium organorũ respirationis, nemo rectè dicere posit, &c.

Libro de vsu pulsuum.

Pag. 141.

LInacer: At quomodo igitur ex pulsu maximè præsagimus. An, inquies, minimè quidem, vt ex causis idgenus, quæ plurimùm momenti habeant: imò vt ex opportunis signis. Græcè, πῶς οὖν ἐκ σφυγμῶν τὸ μέγιστον προγινώσκομεν, οὐχ ὡς ἐξ αἰτίων πολὺ δυναμένων, φήσει τις, ἀλλ' ὡς σημείων ἐπικαίρων. Hoc est, Quomodo igitur ex pulsibus maximè præcognoscimus? Minimè quidem, vt ex causis admodũ efficacibus, aliquis dicere posit, sed veluti ex opportunis signis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 142.

L*inacer: Quo minus mirum eſt, quum exiguum illi cõmodum ex corde ſuggeratur, ſi iugularibus venis vinculo exceptis, exiguum quoq; ſentiat incommodum. Græcè legitur, τῶν καρωτίδων λεγομένων ἀρτηριῶν βρόχοις διαληφθεισῶν. Hoc eſt, Carotidibus vocatis arterijs vinculo exceptis.*

Lib. I. de Differentiis pulſuum.

Pag. 185.

H*Erm. Cruſerius: Atq; inter ſeptendecim hos pulſus, qui ex trinis dimenſionibus conſtant. Græcè legitur, ὄντων δὴ τούτων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σφυγμῶν, τῶν, κατὰ τὸ ποσὸν ἐν ταῖς τρισὶν ἅμα διαστάσεσι συνισταμένων. Quæ nos vertimus: Quum itaq; hi ſeptem & viginti pulſus habeantur, qui ſecundum quantitatem in trina dimenſione conſiſtunt.*

Pag. 190.

H*Erm. Certis Bifariàm, aut triplici proportione. Græcè, ἢ ὡς ἐν πολλαπλασίῳ λόγῳ. Quod eſt, Aut multiplici proportione.*

Pag. 202.

H*Erm. Cuius delapſum à primo diſtentionis termino nulla dirimit manifeſta quies. Græcè legitur, Καὶ τὴν καταφορὰν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ πέρατος τῆς πρώτης διαστολῆς, &c. Quod eſt, Eius autem delapſum à primæ dilatationis fine, &c.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 212.

HErm. *Si iam moueri omnes ſimul cœperint. Græcè,* εἰ μὲν οὖν, *quod eſt, Si igitur.*

Ibidem.

HErmannus: *Non tamen in ſecunda contineatur, ſicut nec ipſum rhythmum. Græcè,* οὐ μὴν ἐν τῇ γε δευτέρᾳ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσα, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ῥυθμὸς αὐτός. *Hoc eſt, Non tamen in ſecunda conſiſtat, ſicuti neque ipſe rhythmus.*

Ibidem.

HErm. *Tempus enim partis, quæ præter cæteros prima motu deficitur, minimum eſt. Græcè habetur,* ὁ μὲν γὰρ τοῦ πρώτου πάντων παυσαμένου τῆς κινήσεως μορίου χρόνος, ἐλάχιστος ἐστι. *Quod eſt vertendum, Tempus enim partis, quæ prima omnium moueri deſinit, minimum erit.*

Ibidem.

HErm. *Et item rhythmus in ſingulis cõmutatur. Græcè,* καὶ οὕτως ὁ ῥυθμὸς, &c. *Quod eſt, Atq; in hunc modum rhythmus, &c.*

Pag. 213.

HErm. *Iam verò, vbi vnà omnes partes moueri cœperint, motéq; æquo ſint tempore, ſi alteræ diſtentionis non idem omnes initiũ partes ordiantur, &c. Græcè tamen magis perſpicua eſt ſentẽtia:* τῆς δευτέρας διαστολῆς μὴ ἅμα πάντα τὰ μόρια τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ποιήσαιτο.

Hoc est, Secundæ autem dilatationis non idem omnes initium partes ordiantur.

Pag. 214.

H*Erm. Non potest esse in vtroq; genere inæqualitas. Græcè,* ἀνάγκη καθ' ἑκάτερον τ̃ γενῶν γενέσθαι τὴν ἀνομαλίαν. *Quod est, Necessariò in vtroq; genere fit inæqualitas.*

Ibidem.

H*Erm. Non sit autem prioris finis distentionis in omnibus æqua. Græcè,* ἡ ᾗ τελευτὴ τῆς προτέρας διαστολῆς, μὴ ἴση πᾶσι γένοιτο. *Quæ sonant, Finis autem prioris dilatationis non sit omnibus æquus.*

Secundo de differentiis pulsuum.

Pag. 232.

H*Erm. Siquidem quantitas vnius dimensionis, non magnitudo, sed longitudo est. Græcè habetur,* τὸ γὰρ κατὰ μίαν διάστασιν ποσόν, *&c. Quod nos sanè maluimus vertere, Etenim quantitas vnius extensionis, &c.*

Pag. 239.

H*Erm. Nã longum quidem pulsum, nisi aliqua coniuncta sit profunditas & latitudo, nõ esse posse, nemo causam dicit. Clarius id Græcè habetur,* ὅτι μὲν οὖν ἄνευ τοῦ πῶς ἔχειν βάθους καὶ πλάτους οὐ δύναται μακρὸς εἶναι σφυγμὸς, οὐδεὶς ἀντιλέγει. *Nempe, Quòd igitur absque aliqua tum altitudine, tũ latitudine pulsus longus nequeat consistere, contradicit nemo.*

Libr. III. de differentiis pulsuum.
Pag. 254.

H*Erm. Quùm in secundo libro inuentorum. Græcè legitur* ἐν τῷ τρίτῳ, *Quod est, In tertio.*

Ibidem.

H*Erm. Etenim non mutatas oportebat nominum significationes. Græcè habetur*, καὶ γὰρ ἔδει μεταλιθέναι τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων. *Hoc est, Etenim retractare oportebat significata nominum.*

Lib. II. de Dignotione pulsuum.
Pag. 375.

H*Erm. Quinetiam caloris qualitatem occursus arteriæ motu excitatus apertius animaduertit, Græcè*, καὶ μὴν δὴ καὶ τὴν τῆς θερμασίας ποιότητα, σαφέστερον ἡ διὰ τῆς κινήσεως προσβολὴ τῆς ἀρτηρίας γνωρίζει. *Quod est, Quinetiam qualitatem caloris, impulsus ille, qui in motione arteriæ cõtingit, apertius indicat.* γνωρίζειν *siquidem non modò cognoscere, sed ostendere, & indicare significat. Vnde* γνωρίσματα *semper accipiũtur pro indicijs et notis. Ad hæc, arteriæ occursus nunquã animaduertit differentiam aliquam pulsus: sed intercedente ipso tactus noster singulas deprehendit.*

Lib. II. De dignotione pulsuum.
Pag. 375.

H*Erm. Etenim si quò videtur arterias maiores habere homo qui cõparatur, hoc ma-*

iorem etiam habeat diſtentionem. Græcè legitur, εἰ μὲν γὰρ ὅσῳ, τοσούτῳ. Hoc eſt, Si enim quantò videtur arterias maiores habere, tantò maiorem etiam, &c. Ibidem.

HErm. *Aut ſit maior. Græcè, ἢ ἔλαττον εἴη. Quod eſt, Aut ſit minor.*

Lib. III. de Dignotione pulſuum.

Pag. 383.

HErm. *Quæ quum ita ſint, optimam rationem dabimus operam vt monſtremus dignoſcendarum ſingularum dimenſionum, ac de prima dicemus longitudine. Græcè habetur, ὁπότ' οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα. πειρατέον ἐνδείξασθαι τὸν τρόπον τῆς ἀρίστης διαγνώσεως ἐν ἑκάστῃ διαστάσει. καὶ περὶ πρώτης τε λεγέσθω τῆς κατὰ τὸ μῆκος. Hoc eſt, Quãdoquidem igitur hæc ita habent, danda opera eſt, vt demonſtremus modum optimæ dignotionis in dimenſionibus ſingulis. Ac primò ſanè de illa dicamus, quæ verſatur circa longitudinem.*

Lib. I. de Cauſis pulſuum.

Pag. 418.

HErm. *Cauſæ, quæ pulſus variant, partim generationis eorum ſunt, partim tantùm alterationis. Græcè habetur, τῶν τοὺς σφυγμοὺς τρεπόντων αἰτίων, τὰ μὲν, τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐστιν αἴτια, τὰ δὲ, τῆς ἀλλοιώσεως μόνον. Quæ ſic multò aptius vertuntur, Cauſarum quæ immutant pulſus, hæ quidem, generationis*

ipſor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ipſorũ ſunt cauſæ, hæ verò tãtùm alterationis.

Pagina 419.

HErm. Et quæ his ſuccedunt externæ. Græcè, καὶ τὰ τούτων ἔτι τὰ προκατάρχοντα. Hoc eſt, Et prætereà, quæ harum ſunt procatar ctica, præincipientéſve.

Ibidem.

HErm. Ac quæ nunc commemorauimus, externæ appellantur. Græcè, ταῦτα μὲν οὖν τὰ νῦν εἰρημένα, προκαταρκτικὰ λέγεται. Quod eſt, Hæ igitur, quas nunc recitauimus, procatarcticæ cauſæ appellantur.

Ibidem.

HErm. Quæ has etiam præcedunt, quæ quidem in humoribus ſunt, precedẽtes. Græcè, τὰ δ' ἔτι τούτων ἔμπροσθεν, τὰ κατὰ τοὺς χυμοὺς, προηγούμενα. Quod eſt, Quas verò ante has, illæ nempe quæ circa humores verſantur, antecedentes, &c. Multò autem clarius aſſequêris Galeni ſententiam, ſi hanc orationem cum ſuperiori coniunxeris, in hunc modum: Hæ igitur, quas nunc recitauimus, procatarcticæ cauſæ appellantur. Quas verò ante has (ſcilicet expoſuimus) antecedẽtes, &c. Nã putare quòd præcedentes vocatæ, procatarcticas vnquàm præcedant, hominis planè fuerit in Gale. dogmatis minimè exercitati. Siquidem vt præcedentes cauſæ vocatas coniunctas gignũt, ſic ipſæ gignuntur à procatarcticis.

Ibid.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ibidem.

HErm. Breuiter sic habeto. Quæcũque extra corpus positæ quicquàm in corpore alterant, externæ vocantur. Quæ has etiam antecedunt, præcedẽtes causæ corporum affectuũ. Hi affectus vbi cõtinentes moueãt, euadũt præcedẽtes illarũ causæ. Græcè, Καθόλου γὰρ εἰπεῖν, ὅσα μὲν ἔξωθεν ὄντα τοῦ σώματος, ἀλλοιοῖ τι τῶν κατ᾽ αὐτὸ, προκαταρκτικὰ λέγεται, προκατάρχοντα γε δὴ τῶν ἐν τῷ σώματι διαθέσεων. αὗται δὲ αἱ διαθέσεις, ὅταν τὰ συνεκτικὰ τρέπωσι, προηγούμεναι γίνονται αὐτῶν αἰτίαι. Quæ sonãt, In vniuersum autẽ, quæcunq; extra corpus positæ, aliquid in corpore immutãt, procatarcticæ causæ siue præincipiẽtes vocantur, vtpote incipiẽtes prius quàm ipsæ dispositiões corporũ. Quæ quidem dispositiones si quando excitauerint continentes, ipsarum antecedẽtes causæ redduntur. Pag. 421.

HErm. Quum ex his causis pulsus proficiscantur, omnes illorũ variationes, causarum necesse est comites sint alterationũ. Græcè, κατὰ ταύτας δὲ τὰς αἰτίας, τῶν σφυγμῶν γινομένων, ἀνάγκη πάσας τὰς τροπὰς αὐτῶν, ἕπεσθαι τῶν αἰτίων ἀλλοιώσεσιν. Quæ clarius interpres in hunc modum potuisset reddere: Quum autẽ secundum has causas fiãt pulsus, necessum est vt omnes mutationes ipsorum, consequantur ad alterationes causarum.

Pag

Pagina 422.

HErm. Sed de his qui ambigunt, perinde ac Archigenes errant, qui in Magnum disputat de pulsus celeritate. Nam à robore nõ potius, quàm ab imbecillitate proficiscitur facultatis. Græcè, ἀλλ' οἱ περὶ τούτων ἀμφισβητοῦντες, ὁμοίως ἁμαρτάνουσι. Ἀρχιγένει πρὸς Μάγνον διαφερομένῳ, περὶ τάχους σφυγμοῦ, ὡς οὐχ ὑπὸ ῥώμης μᾶλλον, ἢ ἀῤῥωστίας γίνεται τῆς δυνάμεως. Hoc est, Cæterùm qui de his dubitãt, in eundem cum Archigene errorem incidunt, qui in Magnum disputat de pulsus velocitate, quòd scilicet nõ à robore potius, quàm à languore facultatis proficiscatur. Sic autẽ esse vertendum, colliget Candidus Lector, ex alia castigatione, quam subdam.

Ibidem consequenter.

HErm. Nam neutrum sequitur necessariò: attamen peculiaris celeritas robori facultatis est. Vbi legitur Græcè, μᾶλλον μὴν ἐστὶν οἰκεῖον τάχος μὲν ῥώμῃ τε δυνάμεως, καὶ πλήθει θερμασίας. &c. Quod est, Magis tamen est familiaris, celeritas quidẽ robori facultatis, atq; caloris copiæ. Itaq; Gal. Archigenem impræsentiarum causatur, quòd contenderit pulsuum velocitatem, nõ magis à robore, quàm ab imbecillitate virium procedere: quum ipsa pulsus celeritas facultati vegetæ, quàm imbecillæ, magis sit familiaris atque genuina.

Pag. 429.

HErm. Celeres dicimus pulſus, itémq; tardos eſſe, non ægrotis modò, verùm etiam valentibus nonnullis. Quod naturaliter quidē ijs confirmamus ſuppeditare. Clarius tamen percipitur ſententia Gal. ex Græco exemplari, Ταχεῖς γὰρ δὴ λέγομεν εἶναι τοὺς σφυγμοὺς, ὡσαύτως δὲ καὶ βραδεῖς, οὐ τοῖς νοσοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων, ἔστιν οἷς καὶ φύσει γε τοῦτο αὐτοῖς ὑπάρχειν φάμεν. Hoc eſt, Celeres itaque, ac ſimiliter tardos pulſus, non ægris modò, ſed inter ſanos etiam, naturaliter nonnullis adeſſe dicimus.

Pagina 430.

HErmānus: Semel quidem certè tardi, vel parui, ſi valida facultas ſit, vt multum ſit vſus remiſſus, nūquàm fiant. Græcè, τελέως γὰρ βραδεῖς, ἢ μικροὶ, τῆς δυνάμεως ἐῤῥωμένης, οὐκ ἄν ποτε γένοιντο, κἂν τὰ τῆς χρείας ἱκανῶς ἐκλυθῇ. Quod eſt, Abſolutè enim tardi, vel parui, haud vnquàm euaſerint pulſus, facultate vegeta exiſtente, vel ſi quæ ad vſum pertinent, admodum exoluta fuerint.

Pag. 434.

HErm. Paulò enim celerior pulſus eſt, ex mollitudine perfectus inſtrumentorum. Legendum tamen eſt iuxta Græcam veritatē, nō perfectus, ſed profectus. Quippe ob inaduertentiam typographorum (quod veriſimile eſt) omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

omnes Latini codices eo in loco ſunt deprauati.

Lib. 11. de Cauſis pulſuum.

Pagina 448.

H*Erm. Crebrior non nunc primùm, ſed ſtatim à primo fiet. Græcè,* πυκνότερ© δ' ἂν, οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο. *Quod eſt, Crebrior autem, non nunc primùm, ſed ſtatim ab ipſo initio euaſerat.*

Pagina 449.

H*Erm. Tũ longioribus coguntur interuallis inæquales pulſus, interpolare æquales. Quæ oratio gignit quãdam ambiguitatẽ. Græcè legitur,* διὰ μακροτέρων οὕτως ἀνάγκη χρόνων τοῖς ἴσοις σφυγμοῖς παρεμπίπτειν τοὺς ἀνίσους. *Hoc eſt, Ac ſic neceſſe eſt, per longiora interualla inæquales pulſus intercidere æqualibus.*

Pag. 451.

H*Erm. Iam verò intercurrentes quos vocãt pulſus, alia ratione, ac intermittẽtes, dignoſcũtur. Græcè legitur,* ἡ δὲ τῶν παρεμπιπτόντων καλουμένων σφυγμῶν διάγνωσις, ἐναντία τῇ τῶν διαλειπόντων ἐστίν. *Hoc eſt, Vocatorũ autẽ intercidentiũ pulſuũ dignotio, contraria eſt illi, quæ debetur intermittentibus.*

Pag. 460.

H*Erm. Quod paruis interuallis tũ cõtentio vincatur, Græcè* ἐν μικροῦ δηλονότι διαστήματ© τηνικαῦτα νικουμένου τοῦ τόνου. *Id quod equidem verterem, Quòd videlicet tunc*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

per exigua interualla ipsa facultas moueatur

Pagina 463.

H*Ermãnus: Accidit autẽ tale quippiam, dum distenduntur arteriæ, vt superficiẽ earum motarũ clarius sentiamus, &c. Græcè,* τ̃ ἄνω ϖεριφερείας αὐτ̃ μᾶλλον αἰσθανόμεθα κινουμένης, *&c. Hoc est, Supernam superficiem ipsius, dum mouetur, magis percipimus, &c.*

Ibidem.

H*Erm. Et congrediatur minus multis interpositis corporibus. Græcè,* καὶ διʼ ἐλαττόνων ὁμιλεῖ σωμάτων. *Quod breuius & elegantius sic vertitur. Et tactui per pauciora corpora occurrit.*

Pagina 467.

H*Erm. Siquidẽ robur facultatis diximus esse tantũ debere in altis pulsibus, vt maximã distentionẽ posit moliri, nec loca cingentia arterias capere eam valeãt. Græcè habetur,* εἴ γε δὴ τὴν ῥώμην τῆ δυνάμεως τηλικαύτην ἐλέγομεν εἶναι δεῖν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς σφυγμοῖς, ὡς δύνασθαι μὲν ἐργάσασθαι μεγίστην διαστολήν, μὴ χωρεῖσθαι ἢ ὑπὸ τῶν περιεχούσων τὰς ἀρτηρίας χωρῶν. *Quæ sonant, Si vtiq; facultatis robur in altis pulsibus tantùm dicebamus esse debere, vt posset maximã quidẽ dilatationẽ moliri: minimè autẽ à locis arterias ambientibus coërceri.*

Pag. 468.

H*Erm. Quid iam si hoc verum est, num longus cõtinuò is pulsus est? Græcè,* τί δʼ οὖν,

οὖν, εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθὲς οὐχὶ καὶ βραχὺς εὐθέως ὁ τοιοῦτος γίνεται σφυγμός. Quæ sic sunt reddenda, Quid igitur? An si hoc verum est, nõ cõtinuò is pulsus etiã breuis existit?

Pagina 470.

HErm. Longè hîc maior est contractionis tẽpore distẽtionis tẽpus. Græcè, παρὰ πολὺ πλεῖον ἐνταῦθ' ὁ τῆς συστολῆς ἐστὶ χρόνος τοῦ διαστολῆς. Hoc est, Multò enim hîc est maius contractionis tempus tempore dilatationis.

Lib. III. Pag. 471.

HErm. Postquàm de pulsuũ alterationibus quæ ex primis & præcipuis causis proficiscuntur, satis primo in libro disputauimus. Græcè, τὰς μὲν ἀπὸ πρώτων τε καὶ κυριωτάτων αἰτίων ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν, ὁ πρόσθεν λόγος αὐτάρκως ἐξηγήσατο. Quod est, Alterationes quæ à primis & principalissimis causis proficiscũtur, abundè præcedẽs sermo exposuit.

Pag. 472.

HErm. Viri mulieribus pulsum ferè habent longè tum maiorem, &c. Græcè habetur, Ἄνδρες τῶν οὖν γυναικῶν ὡς ἐπίπαν μείζονα πολλῷ, καὶ σφοδρότερον ὡσαύτως πολλῷ, καὶ βραδύτερον ὀλίγῳ, καὶ ἀραιότερον ἱκανῶς τὸν σφυγμὸν ἔχουσιν. Hoc est, Igitur Viri mulieribus in vniuersum pulsum habent longè tũ maiorem, tum vehementiorem, paulò autem tardiorem, vt sufficienter rariorem. &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pagina 473.

HErman. bis rursus, τὸ ὡς ἐπίπαν vertit Ferè, quum in vniuersum, potius vertendum fuisset.

Pag. 475.

HErm. Qui pulsum non diuturnum statim etiam velocẽ arbitrantur esse. Græcè habetur, τὸν βραχύχρονον, Hoc est, Pulsum, cuius motus breui absoluitur tempore. Atqui nõ omnis pulsus, qui non diuturnus existit, est breuis temporis: quum is qui in mediocritate cõsistit, nec sit diuturnus, nec brachychronus.

Pagina 485.

HErm. Tandẽ ad remißionẽ & paruitatẽ redeunt. Græcè, χρονίσαντες δὲ, πάλιν τρέπονται εἰς ἀμυδρότητα. Quod est, Vbi autem diuturni fuerint, vertuntur in remißionem.

Lib. IIII. Pag. 499.

HErm. Planũ autẽ est, hæc intelligi debere de lætitia, quæ per se, & modicè pulsus mutat. Græcè, δῆλον δ' ὡς ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἀλλοιούσης τοὺς σφυγμοὺς, τῆς συμμέτρου ἡδονῆς εἴρηται ταῦτα. Hoc est, Liquet autem, de lætitia modica, & quæ propria ratione pulsus immutat, hæc dicta fuisse.

Ibidem consequenter.

HErm. Nam si nimia quidem lætitia sit, vt facultatem opprimat, pulsus sæpe per accidens contrarij existunt. At tunc, oppressæ facul

facultatis fiunt pulsus. Græcè, πολλάκις γὰρ κατὰ συμβεβηκὼς καὶ οἱ ἐναντίοι γίνονται σφυγμοί, τῆς ἡδονῆς ἀμέτρου γινομένης, καὶ διὰ τοῦτο καταλυούσης τὴν δύναμιν. ἀλλὰ τότε γε οἱ ἐπὶ καταλύσεως δυνάμεως γίνονται σφυγμοί. *Quod est, Sæpenumero enim ex accidenti contrarij pulsus oriuntur, si sit voluptas immoderata, ac proinde facultatem exoluat. Cæterùm tunc sanè tales pulsus contingunt, quales solent viribus resolutis accidere. &c. Plurimum autem differt resolutio facultatis ab oppreßione. Opprimitur siquidem à maxima humorum colluuie: resoluitur autem ab exhalatione benignorum humorum, maximéque spirituum vitalium, qui euanescere solent, cum ob alias causas, tum etiam ob lætitiam & voluptatem insignem. Vnde multos legimus repentino gaudio perfusos, animam exhalasse.*

Pag. 507.

H*Erm. Quæ difficultate nutrimenti extinguuntur. Græcè,* ἐνδείᾳ δὲ αὐταὶ τροφῆς ἀποσβέννυνται. *Quod est. Penuria enim ipsæ nutrimẽti extinguũtur. &c. Non autẽ omnis difficultas nutrimenti, eiusdem penuria existit: quum alimentum vitiosum, difficultatem quidem importet, penuriam verò non item.*

Ibidem.

H*Erm. Quem marcorem Philippus vocat ex morbo senium: quem ferè habẽt sene-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſcentes, & interim iuuenes etiam Græcè, καλεῖ δὲ τὸ τοιοῦτον μαρασμὸν ὁ φίλιππος ἐκ νόσου γήρως. καὶ συμπίπτει μάλιστα μὲν τοῖς παρηβῶσι, ἐνίοτε καὶ τοῖς ἔτι ἀκμάζουσι. Hoc eſt, Philippus hunc maraſmū vocat ex morbo ſenium. Atq; inuadit præcipuè quidem iam ſeneſcentes. Interdū autē & conſiſtentes ætate.

Pag. 511.

HErm. Iam verò etiam magis inæquales eos meritò eſſe, ne hoc quidem eſt obſcurum. Græcè additur, διὰ τὴν γειτνίασιν. quod eſt, Ob vicinam.

Ibidem.

HErm. Longè enim frigidior, & vt ita dicam, letalior peripneumonia eſt morbus lethargicis. Græcè, ἐπὶ πλέον γὰρ ψυχρότερον, (καὶ ὡς ἄν εἴποι τις) νεκρωδέστερον τοῦ τῆς περιπνευμονίας ἐστὶ τὸ τοῦ ληθαργικοῦ νόσημα. Quæ ſonant, Longè enim frigidior, atque (vt quis dixerit) pernicioſior, eſt morbus lethargicus peripneumonico.

Ibidem.

HErm. Si item hoc teneas, lethargū ex ipſo potius cerebro, phrenitin præcipuè gigni ex tenui meninge, & ex ſepto tranſuerſo. Græcè habetur. εἰδότι δὲ, ὅτι καὶ κατὰ μὲν αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ὁ λήθαργος μᾶλλον ἔχει τὴν γένεσιν. ἡ φρενῖτις δὲ κατά τε τὴν λεπτὴν μάλιστα μήνιγγα, καὶ τὸ διάφραγμα. Quod eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Si noris autem, quòd lethargus quidē gignitur potius in cerebro, phrenitis verò præcipuè in eius tenui meninge, atque etiam in diaphragmate. Lethargus itaque non ex cerebro, ſed ex pituitoſo humore collecto in cerebro, vt phrenitis, non ex tenui meninge, ſed ex bile in illa aceruata, ſuam ducit originem.

Pag. 513.

H*Erm. Conniuent ferè oculis. Græcè, τὰ μὲν πολλὰ μύουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Quod eſt, vt plurimum conniuent oculis.*

Pagina 518.

H*Erm. Vteri ſuffocati pulſus Græcè, ὑστερικοῦ πνίξεως. Hoc eſt, ſuffocationis inductæ ab vtero pulſus. Vterus quippe minimè ſuffocatur, ſed vbi ex plenitudine vel inanitione conuellitur, reſpirationis organis plurimum faceſſit negotij, animálque in maximam anxietatem perducit.*

Lib. I. de Præcognitione ex pulſibus.

Pag. 223.

H*Erm. Non eſſe venientium tantùm præſcientiam. Græcè legitur, τῶν μελλόντων. Quod, futurorū, quàm venientium, aptius interpretabimur.*

Pag. 225.

H*Erm. Poſtea in corporibus quæ ægrotant tantū. Græcè legitur, τῶν νοσούντων ἁπλῶς. Hoc eſt, Quæ ægrotant ſimpliciter.*

Ibidem.

HErm. *Nec aliter in ægrotantibus, ſiquidē ægrotant tantùm, indicabit magnus pulſus morbi calidum affectum eſſe. Græcè,* οὕτω δὲ κἂν τοῖς νοσοῦσι, τοῖς μὲν ἁπλῶς, ὁ μέγας σφυγμὸς ἐνδείξεται θερμὴν τοῦ νόσου τὴν διάθεσιν. *Quod eſt, Similiter etiam in ægrotantibus, ſi ægrotent quidem ſimpliciter (hoc eſt, ſi morbo ſimplici ſint correpti) magnus pulſus indicabit calidam ipſius morbi diſpoſitionem.*

Ibidem conſequenter.

HErm. *Sin recens aliqua adſit alteratio. Græcè additur, illa particula* ἔξωθεν. *Hoc eſt, aduenienſ extrinſecus.*

Pag. 538.

HErm. *Non tamen vbi contracta præter proportionem profunditatis eſt. Græcè,* οὐ μὴν ὅταν γε μειωθῇ παρὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ βάθους. *Quod eſt, Non tamen vbi imminuta fuerit infra proportionem profunditatis.*

Pag. 539.

HErm. *At quum craßior ſit, ſi quo homo euaſerit ſe ipſo craßior, hoc ſit pulſus minor. Græcè habetur,* εἰ μὲν ὅσονπερ ἑαυτοῦ παχύτερος ὁ ἄνθρωπος ἐγένετο, τοσούτῳ καὶ ὁ σφυγμὸς μικρότερος. *Hoc eſt, Siquidem quantum ſe ipſo homo craßior ſit redditus, tanto etiā pulſus minor videatur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 549.

HErm. Habes primas & simplicißimas pulsuũ mutationes in celeritatem & tarditatem: harum causas præcedentes & externas eadem inueniuntur ratione atque illæ. &c. Græcè, αὗται μὲν αἱ πρῶταί τε καὶ ἁπλούσταται τροπαὶ τῶν σφυγμῶν, εἰς τάχος, καὶ βραδύτητα, καὶ τούτων αἰτίαι προηγούμεναί τε καὶ κατάρχουσαι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐυρισκόμεναι ταῖς, &c. *Quæ sic sunt vertenda, Atque hæ sanè sunt primæ & simplicißimæ mutationes pulsuum in celeritatem & tarditatem: causǽque earũ antecedentes & primitiuæ, simili methodo inuentæ ac illæ, &c.*

Pag. 552.

HErm. Ac quò sit vehementior. Græcè, καὶ ἥσωγε σφοδρότερος. *Hoc est, Et quantò vehementior fuerit. Ibidem paulò inferius, vbi legitur, Quò sit languidior, quantò sit languidior, legendum est.*

Ibidem.

HErm. Alterationes pulsuum, quædam in remißionem & vehementiã: & solæ fiũt frequenter, & ab vna causa. Græcè habetur: αἱ δ' ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν, αἱ μὲν εἰς ἀμυδρότητα, καὶ σφοδρότητα, καὶ μόναι γίνονται πολλάκις, καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου. *Quæ sic nos vertimus, Alterationes autem pulsuum, quæ quidem in remißionem & vehementiam fiunt, illæ certè*

certè & solæ frequēter fiunt, & ab vna causa.

Lib. 11. de Præcognitione ex pulsibus.

Pag. 556.

H*Erm. Magna enim copia ex putrescentibus humoribus aceruatur. Græcè habetur, κατὰ τὰς σήψεις. Hoc est, In humorū putrefactionibus.* Ibidem, paulò anté.

H*Erm. Fuliginosorum excrementorum ingentem colligi numerum. Græcè legitur, πλῆθος: quod rectius vertitur, multitudinem. Numerus quippe, non de continua, sed dicitur de quantitate discreta.*

Pag. 562.

H*Erm. Robur validorum omnem excipit causam paruam. Græcè, τῶν δ' ἰσχυρῶν ἡ ῥώμη πρὸς ἅπαν ἀπομάχεται τὸ μικρὸν κακόν. Quod est, Validorum robur, reluctatur omni affectui exiguo.*

Pag. 564.

H*Erm. Est autem eorum pulsuum ingens frigiditas causa generandorum, quæ occupet vel corpus cordis, vel spiritum & sanguinem, quem continent eius sinus, vel partem aliquam vicinam. Græcè legimus, τῶν ὁμιλούντων. Hoc est, consentientium particularum, vel aliquod commercium habentium. At multa consentiunt mutuò, atque in vnum conspirant, quæ minimè sibi vicina existunt. Quēadmodum cor & cerebrum, quæ neruorum &*

arter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

arteriarum ratione iunguntur tanta necessitudine, vt affectio vnius, alteri consortij lege communicetur.

Pag. 565.

HErm. *Siquidem generantur hi producta raritate: ac quum procurantur, reuertunt per raritatem ad pristinum statum. Græcè,* εἴ γε καὶ ἡ γένεσις αὐτῶν ἐπιτεινομένης τῆς ἀραιότητος, καὶ ἡ λύσις, ἐπάνοδος εἰς τὴν ἀρχαίαν συμμετρίαν ἐστι δὶ ἀραιότητος. *Quod nos vertimus, Siquidem generatio ipsorum fit raritate producta: solutio autem est reditus quidam per raritatem ad commoderationem pristinã.*

Pag. 573.

HErm. *Quem primò equidem vnum ferire iterum putaui. Clarior tamen est in Græco hæc sententia.* ὃν δὴ καὶ μόνον ᾤμην τότε κατ' ἀρχὰς εἶναι πλήττοντα δίς. *Hoc est, Quem solum primò sanè putaueram bis ferire.*

Pag. 580.

HErm. *Reciprocantur modò ex vltima pulsus abolitione: modò ex paruo pulsu & languido. Quorum quidem vocantur etiã reciproci vtriq;: sed hoc interest inter hos, quòd illi decurtati sint reciproci, hi deficientes reciproci. Græcè legitur,* ἐπανέρχεται δὲ ποτὲ μὲν, εἰς ἀσφυξίαν ἐσχάτην ἡ κίνησις ἀφικνουμένη. ποτὲ δὲ, εἰς μικροσφυξίαν τε καὶ ἀμυδρότητα. καὶ τοίνυν καὶ καλοῦνται παλινδρομοῦντες μὲν ἀμφότεροι, διαφέρουσι δὲ τῷ, τοὺς μὲν, μειούρους εἶναι παλιν-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

*δρομοῦντας. τούς δ', ἐκλείποντας παλινδρομοῦν-
τας. Quæ ſic nos vertimus. Reuertitur autem
motus arteriæ, interdũ quidem, ab vltima pul-
ſus abolitione, ad quam peruenerat: interdum
autem, à paruo pulſu & languido. Quorum
ſanè vtrique pulſus recurrentes dicuntur: hoc
tamen interiecto diſcrimine, quòd illi quidem,
deficientes recurrentes exiſtunt: hi autem, im-
minuti recurrentes, ſeu decurtati,*

Lib. III. de Præcogni-
tione ex pulſibus.
Pag. 589.

H*Erm. Cordis calor, pulſus (vt diximus)
variat. Verùm quia duorum generũ eſt,
aut à putribus genitus humoribus, cuius acris
qualitas & fumoſa eſt: aut cum humiditatis de-
fectu, à natura remotus ſola quantitate: ille
prior conſtans & obfirmatus eſt. &c. Græcè le-
gitur, ἡ γοῦν τοι θερμότης ἐν τῇ καρδίᾳ τρέπει
μὲν, ὡς εἴρηται, τοὺς σφυγμούς. ἀλλ' ἐπεὶ διττὴ κα-
τ' εἶδός ἐστιν, ἡ μὲν ἑτέρα, καὶ σηπεδόνος χυμῶν
ἔγγονος, ἧς ἡ ποιότης δριμεῖά τε ἐστὶ, καὶ κα-
πνώδης. ἡ δὲ ἑτέρα, μετ' ὑγρότητος ἐνδείας, αὐτῷ
μόνῳ τῷ πόσῳ τοῦ κατὰ φύσιν ἀποκεχωρι-
σμένη. μόνιμος μὲν ἐστι, καὶ δύσλυτος ἡ πρό-
τερον ῥηθεῖσα. Hoc eſt, Cordis calor, pulſus (qua-
tenus dictum eſt) immutat: Cæterùm quando-
quidem duplex is, ſecundum ſpeciem eſt, vnus
quidem ſoboles putredinis humorum exiſtit,
cuius*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cuius nimirum qualitas acris est, & fuliginosa: alter autē cum benigna humiditate cōiunctus, sola quantitate à naturæ modo recedit. Est autem constans & ægrè solubilis, quem primo diximus loco.

Ibidem.

HErm. Verecundiæ etiam atque iræ comitatur. Græcè, αἰδοῖ καὶ θυμῷ συνεπομένη. Quod mallem equidem vertere, Timorem atque iracundiā concomitatur. Quandoquidem pudor, haud quidem tanti momenti est affectus, vt pulsum vsqueadeo immutare poßit. αἰδὼς δὲ, cùm pudorem, tum etiam metum significat.

Pag. 592.

HErm. Nec si pestilentem animā. Græcè, οὐδ' ὅτι λοιμώδη τὴν ἀναπνοήν. Hoc est, Nec quia pestilentem respirationem. &c. Nam tametsi per translationem interdum anima sumatur pro spiritu, ac præsertim apud poëtas, Medica tamen ars admodum seuera quum sit, minimè oblectatur metaphoris.

Pag. 599.

HErm. Iam os etiam attendunt. Græcè, συνεπισκοποῦντι δὲ ἤδη· που καὶ τὰ κατὰ τὸ στόμα μόρια. &c. Hoc est, Contemplantur simul etiam partes ori adiacentes.

Pag. 602.

HErm. Qui putredini humorū comitatur, etiam par est perpetuò huius magnitudo,

non

non tamen vt naturalium, neque aliorum generum, verũ quum de natura parum desciuit. &c. Græcè. τοῦ δ' ἐπὶ σήψει χυμῶν ἶσον μὲν ἀεὶ καὶ τοῦτο τὸ μέγεθος. οὐκ ὅσον ἐστὶ τῶν κατὰ φύσιν, οὐδὲ τῶν ἄλλων γενῶν. ἀλλ' ἐπειδὰν μὲν ὀλίγον ἐξιστήκῃ τοῦ κατὰ φύσιν. &c. Hoc est, Eius autem febris quæ humorum putredinem sequitur (scilicet, proprium indicium erit) par semper magnitudo in pulsu, non tamẽ vt in iis quæ pro naturæ modo se habent, neq; vt in aliis generibus. Cæterùm vbi exiguum quid à naturæ modo receßit, &c.

Pag. 603.

HErm. Tardi non perinde, sed si vicinis sibi frigidius sit corpus cordis. Græcè, βραδέως δ' οὐχ ὁμοίως σαφῶς, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ πλέον ἐψύχθη τὸ σῶμα τῆς καρδίας τῶν ψαυόντων ἑαυτοῦ. &c. Hoc est, Tardi autem non vsq; adeò conspicuè, sed pro ratione excessus, quò vicinis partibus est cordis corpus frigidius.

Pag. 604.

HErm. Neque scilicet alii sensui tribuunt album nigrum, flauum, rufum, pallidum, fuscum, cæruleum, reliquáque colorum nomina, præter oculis obiecta. Græcè legimus, οὔτ' οὖν ἐπ' ἄλλην φέρουσιν αἴσθησιν τό τε λευκὸν καὶ μέλαν, καὶ ξανθὸν, καὶ πυῤῥὸν, ὠχρόν τε, καὶ φαιὸν, καὶ κυανοῦν, ὅσα τ' ἄλλα χρωμάτων ἐστὶν ὀνόματα, πλὴν τῶν ὁρατῶν. Quod est,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

eſt, Neque igitur ad alium referunt ſenſum, album, nigrum, flauum, rufum, pallidum, fuſcũ, cæruleum, & quæcunque alia colorum nomina, præterquàm ad viſibilium ſenſum.

Ibidem conſequenter.

HErm. Neque etiam aliis auſternm, dulce, amarum, acerbum, adſtringens, ſalſum, ſalſuginoſum, præterquàm quæ guſtãtur. Græcè, οὔτ' αὖ πάλιν ἐπ' ἄλλα τ' αὐστηρὸν καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ στρυφνὸν, καὶ στύφον, ἁλικόν τε καὶ ἁλμυρὸν, ὅτι μὴ τ' γευστῶν. *Quæ ſic ſunt vertenda, Neque rurſus ad alios ſenſus, auſterum, dulce, amarum, adſtringens, acerbum, ſalſum, & ſalſuginoſum, præterquàm ad guſtum.*

Ibidem.

HErm. Neque iam vllis aliis calidum, frigidum, ſiccum, humidum, molle, durum, verùm his quæ tanguntur, omnes attribuũt. Græcè legitur, οὐ μὴν δ' ἐπ' ἄλλων τινῶν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ μαλακὸν, καὶ σκληρὸν, ἀλλ' ἐπὶ τ' ἁπτῶν ἅπαντες. *Quod eſt, Sed neque in aliis ſenſibus collocant calidũ, frigidum, ſiccum, humidum, molle, & durum, præterquàm in tactilium ſenſu.*

Pag. 605.

HErm. A' propriis ad impropria. Græcè legitur, ἀπὸ τῶν οὐ κυρίων ἐπὶ κύρια. *Hoc eſt, Ab impropriis, ad propria.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 610.

HErm. *At febris hectica, rarißima à primo existit, Græcè, σπανιώτατα μὲν οὖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συνίσταται πυρετὸς ἐκτικός. Quæ vertimus, Rarißimè igitur statim ab initio oritur hectica febris.*

Pag. 611.

HErm. *Si adiecerimus sermoni quandã distentionẽ Græcè habetur, διορισμόν τινα. Hoc est, distinctionem quandam.*

Pag. 614.

HErm. *Cor ipsum ad intemperiem inducit victus, si diutius sicco vtaris. Græcè, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ καρδίᾳ τὴν κατὰ ξηρότητα δυσκρασίαν ἀποτελεῖ, καὶ ἡ διαίτα μὲν, εἰ πολυχρόνιος ἐπὶ τὸ ξηρότερον ἀχθείη. Quod est, In ipso autem corde siccam intemperiem producit etiam victus ratio siccior, si diu fuerit administrata.*

Pag. 615.

HErm. *Durorum pulsuum antè demonstrauimus esse paruitatem, mollium magnitudinem. Græcè habetur, τοῖς μὲν οὖν σκληροῖς σφυγμοῖς ἐδείκνυτο πρόσθεν ἑπομένη ἡ μικρότης, ὥσπερ τοῖς μαλακοῖς τὸ μέγεθος. Nempe, Duris igitur pulsibus demonstrauimus antea esse paruitatem comitem: quemadmodum mollibus magnitudinem.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. IIII. de Præcognitione ex pulsibus. Pag. 619.

HErm. *Genus igitur respirandi, omnes fluxiones idem habent: at non eadem omnibus suffocatio, sed omnibus calidioribus comitatur potius. Græcè, habetur,* ἡ μὲν οὖν ἰδέα τῆς ἀναπνοῆς ὁμοία τοῖς ῥεύμασιν ἅπασιν ὑπάρχει. τὸ πνίγεσθαι δ' οὐχ ὁμοίως ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς θερμοῖς ἅπασι μᾶλλον ἕπεται. *Quæ sic sunt vertenda: Igitur species respirationis similis omnibus fluxionibus adest. Suffocatio autem ipsa, non similiter omnibus: sed magis calidas omnes fluxiones sequitur.*

Ibidem.

HErman. *Alia præterea varietas erit, quòd interim affecta pars thoracis sit, interim succingẽs costas tunica. Codex Græcus vetustus habet,* διαλλάξουσι δὲ κἀν τῷ, ποτὲ μὲν, μῦν εἶναι τὸ πάσχον μέρος τοῦ θώρακος: ποτὲ δὲ, τὸν ὑπεζωκότα τὰς πλευρὰς χιτῶνα. *Quæ sonant, Variabunt etiam vel hac ratione, quòd interdum quidem pars affecta thoracis sit musculus, interdum autem costas succingens membrana,*

Pag. 620.

HErm. *Ac si ab solis excrementis citra febres intendatur. Græcè,* εἰ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ περιττωμάτων διατείνοιτο χωρὶς πυρετῶν. *Quod est, Si igitur à solis excrementis in ipso genitis citra febres, distendatur.*

Pag. 624.

HErm. In statu arteriæ sunt moderati. Græcè, ἐν μὲν τῇ συστάσει τῆς ἀρτηρίας. Quod est, In consistentia quidem arteriæ.

Pag. 625.

HErm. Qui ex multa bile feruente ob putredinem, hoc patiuntur. Græcè habetur, ὅσοι δ' ἐπὶ μελαίνῃ χολῇ ζεσάσῃ διὰ σηπεδόνα τοιοῦτόν τι πάσχουσι. Hoc est, Quicunq; autem ob atram bilem efferuescentem ratione putredinis, tale quid perpetiuntur.

Pag. 626.

HErm. Sin frigiditas morbosa cerebrum afficiat, quū illi cor consentiat, tardiores, atq; rariores æquo pulsus erunt. Græcè, ψύξεως δὲ νοσώδους ἐν ἐγκεφάλῳ γινομένης, ὅταν εἰς συμπάθειαν ἀφίκηται ἡ καρδία, μικρότεροι, καὶ βραδύτεροι, καὶ ἀραιότεροι τῶν κατὰ φύσιν οἱ σφυγμοὶ γενήσονται. Quæ sonant, Frigiditate autem morbosa in cerebro genita, si cor etiam consortij lege afficiatur, minores, tardiores, atque rariores ijs, qui pro modo naturæ habebant, gignentur pulsus.

Pag. 627.

HErm. Subtilis meninx, quæ cerebrum amplectitur. Græcè legitur, ἡ διεζωκυῖα τὸν ἐγκέφαλον. Hoc est, Quæ disiungit cerebrum. Etenim liquet ex consectionibus, per illam tenuem membranā, quæ mista arterijs & venis totum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

totum cerebrum permeat, distingui planè dextram à sinistra ipsius cerebri partem, atq; adeò ab vtraque cerebellum, quam vocant parencephalida.

Pag. 629.

H*Erm. Vnum etiam reliquũ est, de testibus vt dicamus. Nã hæ partes etsi intra inguina sint, statim febres propter vasorum vicinitatem accendunt. Græcus vetustissimus habet,* καίτοι γε οὖν ἐκτὸς ὄντα βουβώνων, αὐτίκα πυρετοὺς ἐπιφέρει φλεγμήναντα, *&c. Quod est, Quamuis enim extra inguina sint, subitò febres accendunt, vbi inflammati fuerint.*

Ibidem.

H*Erm. Nam venientium sumi præsagia ex præsentibus. Græcè legitur,* ὅτι ἡ καὶ ἡ τῶν μελλόντων πρόγνωσις, ἐκ τῶν ἐνεστώτων γίνεται. *Quod sic rectius interpretabimur, Quòd autem futurorum etiam prænotio, ex præsentibus conciliatur.*

Ibidem.

H*Erm. Hæc omnia ex affectibus præsagiũtur. Græcè habetur,* ἐκ τῶν διαθέσεων. *Ex dispositionibus.*

Pag. 630.

H*Ermannus. Morbus enim cognoscitur ex loco affectò, eiúsque affectu. Græcè,* καὶ τῆς ἐν αὐτῷ διαθέσεως. *Hoc est, Et eius*

diſpoſitione.

Ibidem.

HErm. *Quum morbum ſemel ſuperatura eſt natura. Græcè,* ἐν ᾧπερ ἂν ἡ φύσις ἐπικρατήσῃ τελεώτατα τῆς νοσώδους διαθέσεως. *Hoc eſt, Quo tempore natura ſuperauerit abſolutiſsimè morboſam diſpoſitionem.*

Ibidem.

HErman. *Propter quos cibum non ſentiant. Græcè,* ἐφ' αἷς ἀτροφοῦσι. *Quod eſt, Ob quos ciborum vſu non promouentur.*

Ibidem.

HErman. *Iam verò etiam animalis facultatis imbecillitates, cerebri ingenti intemperiei comitantur, einſdem quaſi ſuffocationes impletionibus eius ventriculorum, & obstructionibus meatuum qui in eos penetrãt. Græcè habetur,* οὕτω δὲ καὶ τῆς ψυχικῆς δυνάμεως, αἱ μὲν ἀῤῥωστίαι, ταῖς ἐγκεφάλου μεγάλαις ἕπονται δυσκρασίαις. αἱ δ' οἷον πνίξεις, ταῖς τε πληρώσεσι τῶν κοιλιῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐμφράξεσι τῶν εἰς αὐτὰς ἐχόντων πόρων. *Quæ ſic nos vertimus, Similiter autem animalis facultatis imbecillitates, magnas cerebri intemperies ſequuntur. Quæ verò veluti ſuffocationes ſunt, ſuccedunt tum repletionibus ventriculorum ipſius, tum obstructionibus meatuum qui ad eos pertinent.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pagina 633.

HErman. *Alterius quàm vitalis. Græcè,* ὥσπερ τῆς ἑτέρας ζωτικῆς. *Quod est, Quẽadmodum alterius vitalis.*

Lib. 1. de Diebus decretoriis.

Pag. 646.

ANdern. *Cum bonis signis accidit, quæ à contemplatorio prius indicata est. Græcè,* εὔσημον δὲ, τὴν προδηλωθεῖσαν ὑπὸ τῆς ἐπιδήλου. *Quod equidem maluissem sic vertere, Insignem autem, quæ ab indice præostẽsa fuerit. Fieri siquidem potest, vt crisis aliqua prius indicata iam fuerit ab indicatorio die, quæ tamen cum bonis signis non accidat. Crisis quippe, quæ septima die in exitium desinit, omnia secum habet signa exitialia, tametsi fuerit à quarto die præostensa.*

Pagina 651.

ANder. *fœtida multa tum deÿciunt. Græcè,* καὶ δυσώδη τὰ πολλὰ διαχωροῦσι. *Hoc est, Et fœtida vt plurimum deÿciuntur.*

Ibidem consequenter.

ANdernac. *Sudores rari quidem æquales toto manantes corpore, & calidi: quales si quando oboriuntur, plurimùm afficiunt ægros. Græcè,* ἱδρῶτες δὲ σπάνιοι μὲν οἱ ὁμαλοὶ, καὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος, καὶ θερμοὶ, καὶ εἰ γένοιντο δέ ποτε τοιοῦτοι, διακόπτοντι τὰ πολλά. *Quod est, Sudores au-*

tem, rari quidem ij, qui æquales, & per vniuersum corpus, & calidi existunt. Quòd si tales aliquando exoriantur, vtplurimum intercipiuntur.

Pagina 654.

A*Ndern. Prope hos verò tertiusdecimus. Græcè,* καὶ ταύταις ἐγγὺς ιζ. *Hoc est, Decimusseptimus.*

Pag. 671.

A*Ndern. Hæc igitur quatuor genera, quorum partes etiam sunt diuersæ, dum naturæ motibus incidunt, subinde circuituum ordinem destruunt, Græcè habetur,* ταῦτ' οὖν τὰ γένη τὰ τέσσαρα, καὶ πολυειδῆ κατὰ μέρος ὑπάρχοντα, ταῖς τῆς φύσεως κινήσεσιν ἐμποδὼν ἱστάμενα, διαφθείρει πολλάκις τὴν τάξιν τῶν περιόδων. *Hoc est, Hæc igitur quatuor genera, quæ varias habent species particulares, si naturæ motus præpediant, sæpenumero circuituum ordinem destruunt.*

Ibidem.

A*Ndernacus. Septimo die necessariò futura est. Græcè additur,* κρίσις, *hoc est, crisis.*

Pag. 674.

A*Ndernac. Quippe quum secundus, exempli gratia, & quartus, vehementissimam accessionē afferat, vel primus, tertius, & quintus, ad sextum diem mors prædicetur. Græcus*

antiq

antiquus habet, εἰ γὰρ καὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας, εἰ τύχοι, καὶ τῆς τετάρτης ὅτι σφοδρότερον παροξυσμὸν ἐνεγκούσης, ἤπερ τῆς πρώτης τε, καὶ τρίτης, καὶ πέμπτης, εἰς τὴν ἕκτην ἡμέραν ὁ θάνατος προδηλωθείη. *Quæ ſic videntur eſſe vertenda: Si enim ſecunda dies (ſi ſic contingat) & quarta vehementiorem acceßionem inducat, quàm prima, tertia, & quinta, haud dubiè ad ſextam diem ipſa mors prænuntiatur.*

Pag. 677.

A*Nderna. Et iudicia. Græcè,* καὶ σημεῖα, *hoc eſt, Et indicia.*

Ibidem.

A*Ndernac. Decimuſoctauus autem, vigeſimiprimi. Græcè,* ἡ δὲ ι η, μόνης τῆς κ α. *Nempe decimuſoctauus autem, ſolius vigeſimiprimi.*

Libro v. Pag. 693.

A*Ndernac. Hac ratione omnes acuti particulares fiunt. Poſtquàm verò omnes coiuerint, diuturni. Græcè habetur,* καὶ οὕτω γίνεται τὰ μὲν κατὰ μέρος ἅπαντ' ὀξέα: τὸ σύμπαν δὲ, χρόνιον. *Quæ iudicio meo ſic ſunt vertenda, Atque ita ſanè omnes ipſius morbi partes, acutæ redduntur: totus autem morbus, diuturnus, &c. Agit quippe de morbis imperfectè ſolutis, & quorum recidiuæ in diebus decretorijs tum incipiunt, tum iudicantur. Ad*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

quarum sanè ortus, solutionésq;, si respexerimus, vnaquaq; ipsarũ videbitur esse nobis morbus quidam acutus, quum tamen pars vnius morbi diuturni existat.

Pag. 694.

ANdernac. Igitur accessiones ipsæ ex acutißimis morbis per quatuor in viginti auctæ finiuntur. Græcè, αὗται μὲν οὖν ἤδη διὰ τεσσάρων εἰς τὰς κ, ἐκ πολλαπλασιασμοῦ ἐκ προσθέσιος ἀφικνέονται. Hoc est, Ii igitur iam copulati per quaternarium, multiplicatíque adiectionis ratione, perueniunt vsque ad vigesimum.

Pag. 711.

ANdernac. Obscuratur omnino, quum Solis lumen circa eam emergit. Græcè legitur, καὶ ἀφανὴς παντάπασιν, ἐπειδὰν ὑπ' ἐκείνου περιλάμπηται. Quæ sonant, Obscuratur omnino, vbi sub illo, hoc est, sub Sole, illustratur.

Pag. 712.

ANdernac. Item comitialium circuitus custodit, inde, quòd Solis plus, vel minus participat. Græcè legitur, ἐξ ὧν ἡλίου πλέον ἢ ἔλαττον μεταλαμβάνει. Hoc est, Quatenus plus vel minus ex ipso Sole participat.

Ibidem.

ANdern. Capitis dolorem conciliat. Græcè. καρηβαρικοὺς ἀπεργάζεται. Quod est. Capit

Capitis grauitatem conciliat: vel grauedinosos reddit.

Libr. I. De Crisibus.

Pag. 731.

LEonicenus. *Statim in tempore accessionis hominem occidunt.* Græcè, ἐν τῷ τ' ἐπιδόσεως χρόνῳ. *Hoc est, augmenti tempore.*

Pag. 756.

LEonicenus. *Quæ verò extra conturbatur, debet incipere concoqui, quare & longiori tempore, & virtute forti indiget ad coctionem.* Græcè, τὸ δ' ἔξω ταραττόμενον, ἄρχεσθαι πέπτεσθαι μέλλει. ὥστ' εὐλόγως κάκιστον τοῦτο. καὶ γὰρ καὶ χρόνου παμπόλλου δεῖται, καὶ δυνάμεως ἰσχυρᾶς εἰς τὴν πέψιν. *Quod est, Quæ verò extra conturbatur, nondum incepit concoqui. Quare meritò hæc est deterrima. Etenim vt coquatur, prolixum tempus, robúrque facultatis desiderat.*

Ibidem.

LEonicenus. *Hæc venosæ naturæ passionem significat.* Græcè, τὸ τοιοῦτον, τοῦ φλεβώδους γένους ὑπάρχει πάθος, οἷον ἀκριβὴς ἀπεψία, γαστέρος. *Quod est, Talis enim vrina, venosi generis affectus existit: sicuti & exacta cruditas, ventris.*

Ibidem.

LEonicenus. *Quum verò etiam statim*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

mingitur in vas vrinarium. Græcè, ὅταν δὲ καὶ ταχέως διεξέρχηται, τοῦτο καλεῖται ὑπό τινων ὕδερος εἰς ἀμίδα, &c. Quæ sonant, Quum autem etiam celeriter diffluit, vocatur affectus is à quibusdam in matulam hyderos, &c. Agit nanque impræsentiarum Galenus de diabete, seu de stillicidio vrinæ præter voluntatem effluentis. Qui affectus alteratricis & retentricis facultatis, veluti extinctio est: vt ibidem idem Galenus testatur. Quare per talem fluorem, impropriè sanè dicemus vrinam mingi, quum citra imperium voluntatis, atq; inuito homine delabatur, id quod explicat, τὸ ταχέως διεξέρχεσθαι.

Pag. 760.

L*Eonicenus. Color verò viridis fit in transitu ad nigrum, & quoddam veluti principiũ nigri. Græcè legitur, καὶ ἔστι οἷον προοίμιον τοῦ μέλανος. Quod sonat, Estq; veluti quoddam principium nigri.*

Pag. 771.

L*Eonicenus: Quòd si ab eo quod est nihil expuere, aut expuere, verùm liquida, & omnino cruda, fiat transmutatio. Græcè, εἰ δὲ ἐκ τοῦ μηδ᾽ ὅλως πτύειν, εἰς τὸ πτύειν μὲν, ἀλλ᾽ ὑγρά τε καὶ τελέως ἄπεπτα, μετάστασις, &c. Hoc est, Si verò ab eo quod est nihil prorsus expuere, ad expuere quidem, sed liquida & omnino incocta fiat transmutatio, &c. Fieri tamen*

men potest, vt is error non à Leoniceno, sed à typographo sit commissus.

Pag. 777.

L*Eonicenus. Siqua verò vniuersa fiat permutatio, & multò magis adhuc eam quæ antecedit agitationem. Græcè habetur*, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τὴν προηγουμένην αὐτοῦ ταραχὴν, *&c. Hoc est, Ac multò magis illam perturbationem, quæ permutationem ipsam præcedit: scilicet, crisim appellare consueui.*

Pag. 786.

L*Eonicenus. Tertianam itaq; febrem fieri contingit absq; rigore vehementi. Græcè*, τὸ οὖν ἀκριβὲς τριταῖον, οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐ μετὰ ῥίγους σφοδροῦ γενέσθαι. *Quod est, Igitur exquisitam tertianam haud licet fieri absq; rigore vehementi, &c. Est enim Atticis familiare, vt pro vna, duabus negationibus sæpe vtantur.*

Pag. 799.

L*Eonicenus. Sed nihilominus hoc, si multa quiete ægrotanti adueniente. Græcè habetur*, μηδεμίας ἀπυρεξίας γινομένης περὶ τὸν κάμνοντα. *Quod est, Nulla prorsus explicatione, siue absolutione à febri in ægrotante facta.*

Lib. III. de Crisibus.

Pag. 814.

L*Eonicenus. Si verò tantùm febricitent, sine alicuius visceris paßione, aut inflam-*

matione hepatis, vel renum, vel veſicæ, vel ſplenis, maximè vrinis oportet animum adhibere. Græcè, πυρέττουσιν δὲ μόνον, ἄνευ σπλάγχνου τινὸς διαθέσεως, ἢ τινος τῶν καθ᾽ ἧπαρ, ἢ νεφροὺς, ἢ κύστιν, ἢ σπλῆνα φλεγμαινόντων, *&c. Quæ ſonant, Si verò tantùm febricitent, abſque alicuius viſceris paßione: aut ſi, quæ etiam inflammatio adſit in aliquo eorum quæ ad hepar, vel renes, vel veſicam, vel ſplenem pertinent, vrinæ ſunt ſpectandæ. Quòd autem ita legendum ſit, indicant Galeni verba, quæ ſtatim ſubdit in hunc modum: Semper enim, quum febris affuerit, vel ex ſola humorum putredine accenſæ, vel ex membro inflammationem patientem, cenſeo præcipuè eſſe inſpiciundas vrinas, atque inde agnoſcendas coctiones.*

Pag. 818.

Leonicenus. Febris enim quæ propriè ſynochus nominatur, longus eſt ſtatus. Magis autem tota hæc febris ſtatus eſt. Græcè, τοῦ μὲν ἰδίως ὀνομαζομένου πυρετοῦ συνόχου, πολυχρόνιος ἡ ἀκμή. μᾶλλον δ᾽ ἀκμὴ πᾶς ἐστιν ὁ τοιοῦτος πυρετός. *Quod nos vertimus, Eius autem febris quæ propriè dicitur ſynochus, diuturnus ſtatus eſt. Imò verò tota eiuſmodi febris, ſtatus quidam exiſtit.*

Pag. 827.

Leonic. Tres quidem hi ſunt modi perturbatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

bationis morborum. Græcè legitur, μεταβολῆς, Hoc est, permutationis.

Pag. 831.

L*Eonice. Tu itaque ſuppones aliquam eſſe vitalem potentiam, ſtude vt agnoſcas eorum ita in robore, ſicuti in imbecillitate diſpoſitionem. Græcè legitur, αὐτῆς, hoc eſt ipſius, facultatis videlicet.*

Pag. 832.

M*Oriturus autem ad declinationis tempus pertingere minimè poteſt, non tamen neceſſariò etiam non ad ſtatum. Græcè habetur, οὐ μὴν δὲ ἀνάγκης εἰς τὸν τῆς ἀκμῆς. Hoc eſt, Sed nec neceſſariò etiam ad tempus vigoris. Sic autem legendum eſſe, indicant verba Galeni ſequentia, quæ talia ſunt. Contingit enim ipſum in augmenti & principij etiam tempore mori.*

Pag. 843.

L*Eonic. Si igitur præter rationẽ aluus cõprimitur, vel vrinæ, iam propè criſi exiſtente, rigorẽ ſperare oportet. Si nõ, diſtinguendũ eſt. Græcè legitur, εἰ δὲ τοῦτο, διοριστέον. &c. Quod eſt, Qui ſi accidat, diſtinguendum. &c.*

Ibidem.

L*Eonic. Si enim multa, &c. Græcè, εἰ μὲν γὰρ πλείω. Hoc eſt, Si enim plura. Quæ lectio illuſtratur à ſuperiori, vbi Galenus ait. Conſyderare oportet nunquid alui excrementa plura*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

plura quàm priora, vel pauciora ante crisim exierint. Cui orationi subdit, Si enim plura.

Pag. 846.

L*Eonicenus. Si verò ad abscessus conuertantur, communia quidem omnia indicia sunt, vbi de ægri salute non desperatur, quòd neque morbus soluatur, neque vrina multa & multam habẽs subsistentiã, sed cruda & tenuis appareat: propria verò morbi non futuri valde diuturna sunt, subita difficultas anhelitus superueniens, móxque quiescens, quam grauitas capitis, ac dolor subsequitur, & grauis somnus, ac surditas, his in glandulosis carnibus post aures necessum est abscessus fieri. Græcè legitur,* εἰ δὲ εἰς ἀπόστημα τρέποιτο, κοινὰ μὲν ἅπαντα γνωρίσματα, σωτηρίως τοῦ κάμνοντος ἔχοντος, τὸ μήτε λύεσθαι τὸ νόσημα, μήτε οὖρον πολὺ, καὶ πολὺν ὑπόστασιν ἔχον, ἀλλ' ὠμὸν, καὶ λεπτὸν φαίνεσθαι. Τὰ δ' ἴδια, τῶν μὲν μὴ λίαν κεχρονικότων, εἰ δυσπνούστερος ὁ κάμνων ἐξαίφνης γινόμενος, ὑποπαύσοιτο μὲν ἐν τάχει τῆς δυσπνοίας, διαδέξαιτο δ' ἂν αὐτὸν ὀδύνη, καὶ βάρος τῆς κεφαλῆς, καὶ κῶμα, καὶ κώφωσις: εἰς τοὺς ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας ἀνάγκη τούτῳ γενέσθαι τὴν ἀπόστασιν. *Quæ nos sic vertimus, Si verò morbi ad abscessus conuerti videantur, communia quidem omnia indicia sunt, vbi ægri salus non est deplorata, quòd nec morbus soluatur, nec vrina*

mul

multa, & multã habens subsistentiã, sed cruda & tenuis appareat. Propria verò non admodum diuturnorum morborum, si æger in difficiliorem respirationem repentè incidens, breui quidem liberetur à tali respirandi difficultate, sed excipiat ipsum statim dolor atque capitis grauitas: præterea inexpugnabilis dormiendi necessitas, surditásque. Huic autem, in glandulosis post aures partibus necessum est abscessum oriri.

Ibidem.

L*Eonic. Vel inflammatio. Græcè legitur, ἡ φλόγωσις, Quod nos, vitandæ amphibologiæ studio, vertimus, Vel incendium. Siquidem hæc vox inflammatio est vulgo medicorũ recepta, pro tumore quodam rubeo, renitentéque & calido, vtpote orto à sanguine: φλόγωσις autem, siue efferuescentia caloris, aliquando potest accidere, citra talem affluxum sanguinis.*

Lib. de Præcognitione.
Pag. 860.

L*Eonardus Iacchinus: Ego enim posthac sedulò cauebo, tum ipsis cedens, tum inscitiam patefaciens. Græcus vetustus habet, καταφωρόν τε τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν οὐκ ἐργασάμενος. Quod nos vertimus. Tum perspicuam inscitiam eorum dissimulans. Cui lectioni subscribit sequens sententia, quæ est talis:*

Hæc

Hæc quum facere decreuissem, inscitiam eorum & prauitatem redarguere destiti. Habetur quippe in codice Græco ἐλέγχειν, quod non tam detegere, (vt vertit interpres) quàm redarguere significat.

Lib. de Præsagiis ex insomniis.

Pag. 889.

IOannes Ficardus: *Phlegmatis humidi plenus est. Græcè habetur, φλέγμα ψυχρόν. Quod est, pituitæ frigidæ.*

SECTIONE QVARTA.

Libro III. De symptomatum causis.

Pag. 152.

COpus: *At quoniam complures sunt intestinorum circumuolutiones, necesse est, vt alimenta per singulas, ex superioribus ad inferiora deferantur. Deinde, quod grauitatis præsidio fieri non potest, nempe vt propellantur ea quæ per intestinorum circumuolutiones fixa continentur, id potentiæ haud difficile est. Quippe habent intestina insitam vim, qua expellant ea quæ sibi molesta sunt. Cui versioni suffragatur etiam & Linacri translatio. Græca tamen dictio sic habet,* ἐπειδὴ πάμπολλαι τῶν ἐντέρων ἑλικές εἰσιν, ἀνάγκη δήπου καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων εἰς τὰ ταπεινότερα φέρεσθαι τὰ σιτία. Τοὐντεῦθεν δὲ τῷ βάρει μὲν, οὐκ ἔθ' οἷόν τε μένειν, τῇ δὲ τῶν ἐντέρων αὐτῶν ἐνεργείᾳ προωθεῖται τὰ σφηνούμενα

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

μένα κατὰ τὰς ἕλικας αὐτῶν, ἐχόντων δύναμιν ἔμφυτον ἀποκριτικὴν τῶν ἀνιόντων αὐτά. *Quæ ita vertenda censeo: Quum autem complura sint intestinorum volumina, per quæ à superioribus ad inferiora deferri alimenta est necesse, cibi sanè ipsi, ob grauitatem diu immorari non possunt. Quòd si eorum quippiam hæreat in spiris ipsis impactum, id ab actione intestinorum (quibus inest facultas quædam, expellendi infestantia) propellitur. Itaque sensus Galeni est, excrementa alui, quæ ex cibis reliqua sunt, tum suo pondere delabi, tum facultate expultrice ab intestinis exterminari.*

Lib. de Morborum temporibus.

Pagina 322.

A*Ndernacus: Etenim inflammationis affectus calidior quàm prius, euadit, cum tumore maiori, item dolore simul & tensione. Græcè,* θερμότερον γοῦν ἑαυτῷ σὺν ὄγκῳ μείζονι μετ' ὀδύνης τε ἅμα καὶ τάσεως γίνεται τὸ φλεγμαῖνον. *Quod est, Calidior itaque se ipsa euadit cum tumore maiori, doloréq; & tensione, pars phlegmone obsessa.*

Pag. 334.

A*Ndernacus: De complexis postea disseram. Græcè,* περὶ δὲ τῶν ἐπιμικτῶν, ἐξῆς ἐρῶ. *Quod est, De mistis autem deinceps dicam.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Libro de totius morbi temporibus.

Pag. 339.

ANdernacus: Vnum quidem & princeps generationi eorum attribuitur. Græcè legitur, καὶ πρῶτον, hoc eſt, Et primum. Agit enim illic Galenus de ipſius morbi temporibus. Inter quæ vnum & primum ordine, non dignitate, tribuit ipſi generationi. At quum princeps aliquid dicimus, de ipſo excellentiã quandam, prærogatiuámque enuntiamus.

Pag. 346.

ANdernacus: Poſt quod rurſus augmenti tempus eſt, non æquè manifeſtum ita in omnibus: neque illud quod à vigore ſequitur tempus, omnino ſenſile. Græcè, ἀφ' οὗ πάλιν ὁ τῆς αὐξήσεως, οὐχ ὁμοίως ἐπὶ πάντων αἰσθητὸς οὐδὲ οὗτος. οἷς ὁ τῆς ἀκμῆς ἕπεται πάντως αἰσθητός. *Quod eſt, Poſt quod rurſus augmenti tempus eſt, ne ipſum quidem ſimiliter ſenſibile in omnibus. Poſt hæc vigoris ſequitur tempus, ídque omnino ſenſibile.*

Pag. 348.

ANdernacus. Vel amarum vehementer. Græcè, ἢ πυῤῥὸν ἰσχυρῶς. *Hoc eſt, Aut fuluum vehementer. Diſputat nanque illic de ſputi coloribus.*

Lib. 1. de Locis affectis.

Pag.

Pagina 373.

COpus: Itaque quot modis contingat vrinæ meatum stipari. Græcè habetur, κατὰ πόσους δὴ τρόπους ἐγχωρεῖ στεγνωθῆναι τὸν πόρον τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως. Hoc est, Itaque quot modis contingat obstrui meatum colli vesicæ.

Pag. 380.

COpus: Essentia quidem nondum læditur. Græcè, οὐδέ πω μὲν ἡ οὐσία βέβλαπται. Quod est, Substantia autem nondum est læsa. Aliud quippe dictu est non lædi, atque aliud non esse læsam. Siquidem quod nondum est læsum, fieri potest vt iam lædatur.

Pag. 381.

COpus: Quòd si antequàm vlcus induxerit, egredi desinat, affectus ipse nondum dysenteria dicetur. Græcè habetur, εἰ μὲν οὖν πρὶν ἑλκῶσαι, παύσηται διεξιόν, &c. Hoc est, Si verò prius quàm exulceret, perfluere desinat. &c.

Pag. 388.

COpus: Igitur si in ventriculo cibi non suapte natura in fumum transmutantur, efficientem causam calidam: si verò saporẽ acidum referunt, eam frigidam esse necesse est. Græcè legitur. εἰ μὲν οὖν κνισσώδη τὰ σιτία κατὰ τὴν γαστέρα, μὴ διὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ταῦτ᾽ ἐργαζομένην

... o de totius morbi temporibus.

αἰτίαν εἶναι θερμήν ... 339.

Quod est, Si igitur in ventriculo ... nidorosum vertantur, idque non ex sua ipsoru natura, efficientem causam calidam: si verò acescant, frigida esse necesse est.

Ibidem.

COpus: Quippe vbi igneo calore ventriculus infestatur, panem aut chondrum sine humore deijci videbis, perquàm exigua in ipsis facta transmutatione. Græcè legitur, τῆς κοιλίας μὲν γὰρ αὐτῆς δυσκράτου γεγονημένης κατὰ θερμότητα πυρώδη χωρὶς χυμοῦ, τὸν ἄρτον καὶ τὸν χόνδρον ὄψῃ διαχωρούμενα, βραχυτάτης εἰς αὐτὰ μεταβολῆς γεγονημένης. Quæ sic vertimus, Etenim vbi igneo calore citra humoris affluxum ventriculus infestatur, videbis tum panem, tum chondrum deijci, perquàm exigua in ipsis facta transmutatione. Cui lectioni subscribit sequens in Galeno sententia, quam etiam interpres peruertit.

Ait enim ibidem.

COpus: Quòd si humor quoque deijciatur, qui cibum corrumpere poßit, videntur cibi in huiusmodi humore submersi. Græcè habetur, εἰ δὲ χυμός τις εἴη μοχθηρὸς, ὁ φθείρων τὴν τροφὴν, &c. Quod nos ita vertendum duximus: Quòd si humor quoque in ventre prauus constiterit, qui nimirum cibos corrumpat, &c.

Pag.

Pagina 584.

C Opus. Paucis omni... 398.
ex... Quocirca coniecturam feci, neruorum qui primi à septima vertebra procedunt, partem quampiam ob ictū fuisse inflammatam. Græcè legimus, ἐτεκμηράμην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν κατὰ τὸ ἕβδομον σπόνδυλον νεύρου διεκπτώσει, μόριόν τι ἐπὶ τῇ πληγῇ φλεγμῆναι. &c. Quod ita vertendum est, Coniecturā feci, nerui post septimam vertebram excidentis statim in primo exortu, partem aliquam, ob ictum, fuisse inflammatam.

Pag. 399.

C Opus: Ergo neruorum, qui à ceruice prodeunt, vltimi exigua pars, ad minores peruenit digitos. Græcè, τῶν τελευταίου ἡ ταπεινὴ μοῖρα. Hoc est, Vltimi humilior pars.

Ibidem.

C Opus: Illi præcipuè spinæ parti, quæ in affecta particula principatum obtinebat. Græcè, ὃ τὴν ἀρχὴν εἶχε τοῦ πάσχοντος μορίου. Quod est, Quæ principiū affectæ partis in se continebat.

Pag. 404.

G Opus: Verùm animalibus instrumentis omnibus naturale quoq; munus debetur. Græcè, ἡ φυσικὴ διοίκησις ὑπάρχει. Hoc est, Naturalis quoque dispensatio adest.

Lib. II. Pag. 405.

C Opus: Quippe vt dolor tristis sensus est, ita voluptas blandus est sensus. Græcè,

...
ὁ γάρ τοι πόνος, αἰσ...
θάπερ ἡ ἡδονὴ προσηνὴς αἴσθησις. ...
Dolor enim est tristis sensus, quemadmodum ipsa voluptas, blandus.

Ibidem.

COpus: Quòd si rem accuratius inspexeris, haudquaquam doloris species dicendus est stupor. Græcè, οὐδὲ διαφορά τις ἐν πόνοις ὁ ναρκώδης ἐστιν. Quod est, Ne differentia quidem inter dolores est, stupidus dolor.

Pag. 408.

COpus: Morbus verò lateralis membranæ costas succingentis est morbus: quæ vbi costis quidem vicina est, necessariò comprimitur. At media ipsius pars, comprimi non potest. Græcè, ὃς ἐν οἷς μὲν ὁ μιλεῖ τοῖς ὀστοῖς, ἐξ ἀνάγκης θλίβεται. Τὸ μεταξὺ δὲ, πᾶν ἄθλιπτον τ' ἐστιν αὐτοῦ, &c. Hoc est, Quæ vbi costis quidem adhæret, necessariò cōprimitur. Quod verò ex ea inter costas est situm, incompressum remanet.

Pag. 410.

COpus: Alius, qui ob tensionem fit, non soli affectæ parti proprius, vt qui vicinas partes interdū afficiat. Græcè legitur, ἕτερος δὲ, ὁ κατὰ τὴν τάσιν, οὐκ ἔτι ἴδιος μόνου τοῦ πάσχοντος, ἀλλ' ἐστιν ὅτε καὶ διὰ τὰ πλησιάζοντα γινόμενος. &c. Quæ sic vertimus: Alius verò, qui fit ob tensionem, non amplius soli

Pagina 584.

COpus. *Paucis omnino interuallis vtraque excernuntur. Græcè*, ἀλλὰ ἐκρεῖ κατ᾽ ὀλίγον ἀμφότερα. *Quod eſt, Sed paulatim vtraque effluunt.*

Pag. 589.

COpus. *Quæ mulieribus ad pariendum à natura data eſt. Græcè legimus*, τὸ πρὸς τὴν κύησιν. *Hoc eſt, Ad conceptionem.*

Pag. 590.

COpus. *Itaque pereunte ob vteri affectum ſpiratione, quoniam vniuerſum corpus refrigeratur, (id enim manifeſtè videtur) fieri poteſt, vt nulla prodeat ab ore ſpiratio, quanuis ea quæ in arterijs fit, nequaquam intercipiatur. Græcè*, ἐγχωρεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ὑστερικῆς ἀπνοίας, ἐπειδὴ κατέψυκται τὸ πᾶν σῶμα (φαίνεται γὰρ ἐναργῶς τοῦτο) τὴν μὲν διὰ τοῦ στόματος ἀναπνοὴν μηδόλως γίγνεσθαι, τὴν δὲ διὰ τῶν ἀρτηριῶν, γίγνεσθαι. *Quod ſic ad verbum reddidimus: Fieri autem poteſt, vt pereunte ob vteri affectum ſpiratione, quandoquidem tunc totum corpus perfrigeratur (id quod euidenter apparet) minimè quidem fiat per os reſpiratio, tranſpiratio autem, quæ fit per arterias ſeruetur.*

Pag. 593.

COpus. *Ac ſanorum modo educatus. Græcè*, διῃτημένῳ τε κατὰ πάντα τρόπον ὑγι-

εινῶς. *Hoc est, Salubríq; secundum omnia victus ratione.*

Pag. 594.

COpus. *Aut præ marcore fœdum, molestúmq; reddit odorem. Græcè,* ἢ σηπεδόνος ἀνιαρᾶς ἀπόζει τὸ σῶμα. *Quod est, Aut putredinis grauem odorem referens.*

Pag. 597.

COpus. *Ea esse censetur vasorum ad ipsum peruenientium & plenitudo & suspensio. Græcè legitur,* ἡ πρὸς αὐτὰς καθηκόντων ἀγγείων ἡ πλήρωσις, ἅμα τοῖς ἀρτήμασιν αὐτῶν. *Hoc est, Vasorum ad ipsum peruenientium, appendicúmq; eorum, plenitudo. Sic nãque legendum esse, indicat dictio sequens: quæ est talis: Itaque multiplicatus sanguis in venis, eas extendit, atque vicinas ipsis appendices. Nam vbi interpres conuertit vincula, codex Græcus codex* ἀρτήματα.

Ibidem.

COpus. *Igitur si æqualiter vndique trahantur, recta erit, & sine inclinatione ipsorum transmutatio. Si verò inæqualiter, ad partem vehementius trahentem intenduntur. Græcè,* ἐὰν μὲν οὖν ἰσοῤῥόπως ἕλκονται πανταχόθεν, ἀπαρέγκλιτος αὐτῶν ἡ μετάστασις γίγνεται. ἐὰν δὲ ἑτεροῤῥόπως, πρὸς τὸ μᾶλλον ἕλκον ἐκτείνονται. *Quæ sonant. Si igitur æqualiter vndiq; trahatur vterus (apud Græ-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cos enim αἱ μῆτραι in plurali significant vterum) recta erit ipsius transmutatio. Si verò inæqualiter, ad partem vehementius trahentem, intenditur.

Pag. 599.

COpus. Nonnullis panus in extrema ilium parte excitatur, veluti viris quoque eodem in loco nonnunquam oriri solet. Qui vbi suppuratus aliquando fuerit, secari debet. Atque hanc partem siue membrum suppuratum dissectúmque vidimus, interdum ignorantibus Medicis inexpertis quid inciderent: interdum verò intelligentibus quoque. Atq; omnia membra ita suppurata facilè curantur. Græcè legimus, ἐνίαις δὲ καὶ φυματώδης ὄγκος ἐγείρεται, κατὰ τὸ πέρας τοῦ κενεῶνος, οἷοι καὶ τοῖς ἀνδράσι γίγνονται κατὰ τὸ χωρίον τοῦτο. Καί τινι διεπύησεν, καὶ τομῆς ἐδεήθη. Κατὰ τοῦτο γοῦν τὸ μέρος, καὶ κῶλον οἴδαμεν ἐκπυήσαντά τε καὶ τμηθέντα, ἐνίοτε μὲν ἀγνοούντων, ὃ τέμνουσιν, τῶν ἀπειροτέρων ἰατρῶν. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ γιγνωσκόντων. Καὶ πάντ᾽ ἰάθη τὰ οὕτω ἐκπυήσαντα κῶλα ῥᾳδίως. Quæ sic nos vertimus, Nonnullis autem panus in extrema ilium parte excitatur, quales viris quoque eadem in parte nonnunquam oriri solent. Cuidam verò fuit suppuratus, ac proinde sectione fuit opus. Iuxta hanc ipsam partem vidimus colon intestinum, & suppura-

tum, & sectum, interdum ignorantibus Medicis inexpertis, quid inciderent: interdum verò intelligentibus quoq;. Quoties autem sic suppuratum fuit colon, facilè curationem recepit, &c. Miror autem Copum, alioqui virum citra controuersiam doctißimum, hoc in loco peruertisse Galeni sententiam, cuius nimirum similem, libro tertio de Locis affectis. Pag. 371. quàm rectißimè in hunc modum transtulerat, Iam ortum supra inguina panum, ac suppuratum, quum Medicus incideret, stercus subsecutum, in colo abscessum esse declarauit.

Pag. 606.

COpus. Quippe eodem tempore omnes totius animalis arteriæ, inter sese similiter producuntur. Græcè, διαστέλλονται, hoc est, dilatantur.

Lib. I. de Differentiis febrium.

Pag. 611.

LEonic. Ac nihilo minus in corde ipso, vt quæ ad idem confluat cum omnibus ipsis. Græcè, ὡς ἂν σύῤῥους ὑπάρχουσα πάσαις αὐταῖς. Quod est, Ceu confluxile & conspirabile cum vniuersis arterijs.

Pagina 613.

LEonic. Ex quarum numero febris est vna, quoniam in corde quædam præter naturam caliditas generatur. Græcè legitur, ἐπειδὰν ἐν τῇ καρδίᾳ. Hoc est, Vbi in corde, &c.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 614.

L *Eonic. Ira autem eſt, veluti quidam feruor ac vehemens motus potentiæ iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita. Græcè legitur,* καθιδρυομένης: *hoc eſt, collocatæ: ſic vt participium hoc referat non iracundiam, ſed iraſcibilem facultatem, quæ in corde ſuam ſedem ſortitur.*

Pagina 615.

L *Eonicen. Quoniam autem conſtringi terminum exteriorem, aut obſtrui penitiorum partium meatus contigerit. Græcè legitur,* ἐπεὶ δ᾽ ἂν δέ. *Sed legendum eſt,* ἐπειδὰν δέ, *hoc eſt, Vbi verò, &c.*

Pagina 616.

L *Eonicen. In obſtructionibus quidem foraminum. Græcè legitur,* τῶν πόρων, *hoc eſt, meatuum.*

Ibidem.

L *Eonicen. Quoniam non bene continentur. Græcè.* μηκέτι κρατούμενοι. *Quod eſt, Quia neque amplius vincantur.*

Ibidem.

L *Eonicen. Propterea autem, quicunq; cibi glutinoſi ſunt ac craſſi, ſunt magis morbis obnoxij. Græcè,* διὰ τοῦτο καὶ ὅσα γλίσχρα, καὶ παχύχυμα τῶν ἐδεσμάτων νοσω-

δέστερα. *Hoc eſt, Idcirco quicunque ex cibis lenti & craßi ſunt ſucci, ij magis morbifici exiſtunt, &c. Humana ſiquidem corpora dicuntur obnoxia morbis: cibi autem, vel morbifici, vel ſalubres.*

Pag. 617.

L*Eonicen. Ex quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſarium. Græcè,* οἷς ἅπασι συνδιατίθεσθαι τὴν καρδίαν, ἀναγκαῖόν ἐστι. *Hoc eſt. Cum quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſarium.*

Pag. 630.

L*Eonicen. Sicuti in his qui non tempore frigidam bibunt. Græcè,* ἀκαίρως, *hoc eſt, intempeſtiuè.*

Pag. 633.

L*Eonicen. Et quidem ſæpius commouēt, dormitantium more. Græcè legitur,* καὶ μέντοι καὶ μύουσι, ὡς τὰ πολλά. *Hoc eſt, Ac ſanè ſæpius conniuent.*

Pag. 635.

L*Eonicen. Omnibus ſiquidem hecticis febribus hoc inſeparabile adeſt indicium, allato cibo quidem, febrem accendi. Græcè legitur,* ἀνάπτεσθαι μὲν τὴν θερμασίαν. *Hoc eſt, Caliditatem quidem accendi.*

Pag. 636.

L*Eonicen. In omnibus ſiquidem febribus alijs huiuſcemodi introitus etiam præter cibum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

cibum aſſumptum, fiunt incompreſſi. Græcè, legitur, εἰσϐολαὶ ἄθλιπτοι. Hoc eſt, inconcuſſi inſultus.

Pag. 637.

L*Eonicen. Si enim aquam frigidiſſimam miſcueris. Græcè legitur, καταχέῃς, hoc eſt, infuderis.*

Libr. II. de Differentiis febrium.

Pag. 644.

L*Eonicen. At in tertianis quidem, cauſam à qua prouenit, rei quodammodo pungentis, ac ferientis ſenſum repræſentat: in quartanis autem, refrigerantis. Græcè,* ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν τοῖς τριταίοις οἷον νύττοντός τε καὶ τιτρώσκοντος, τὴν αἴσθησιν ἐνδείκνυται τοῦ ποιοῦντος αἰτίου. τό γε ἐν τοῖς τεταρταίοις, οἷον ψύχοντος. *Hoc eſt, Sed qui in tertianis accidit rigor, ceu rei cuiuſdam pungentis atque ferientis ſenſum cauſæ repræſentat: qui in quartanis autem, tanquam refrigerantis.*

Ibidem.

L*Eonicenus. Atque in pluribus circuitibus continentur. Græcè additur,* ταῖς κατὰ μέρος. *Hoc eſt, In pluribus particularibus circuitibus.*

Pag. 646.

L*Eonicenus. Ac ſecundæ acceſſionis feſtinat inuaſio. Græcè,* καὶ τοῦ δευτέρου

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

παροξυσμοῦ πρωιαίτερος ἡ εἰσβολή. *Hoc eſt, multò magis feſtinat inſultus : ſiue anticipat.*

Pag. 647.

L*Eonicen. Quicquid optimum fieri contigerit. Græcè*, ὅσον ἂν ἐγχωρῇ γενέσθαι χρηστόν. *Hoc eſt, Quicquid potuerit corrigi.*

Pag. 657.

L*Eonicen. Sic & hemitritæus dimidiã eius partem habet tertianam. Græcè habetur*, ἑαυτοῦ, *hoc eſt, ſui ipſius.*

Pag. 661.

L*Eonicen. Eſtq́; tardi ac difficilis motus, frigida ac lenta exiſtens materia. Græcè legitur* , ἀργοῦ καὶ δυσκινήτου , καὶ ψυχροῦ, καὶ βραδυπόρου τὴν φύσιν ὑπάρχοντος. *Quod eſt , Quum nimirum is humor piger , ægrè mobilis, frigidus , ac naturaliter tardè permeans exiſtat.*

Pag. 663.

L*Eonicenus. Nam ex his quæ de biliosa & pituitoſa febre ſimul commiſtis conſcripſimus , licet & hæc ad atræ bilis humorem transferentem, eius cum vtraque illarum complexionem ac confuſionem pariter coniecturari. Græcè legimus* , κἀπὶ τὸν μελαγχολικόν. *Hoc eſt , Ad melancholicam febrem.*

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 665.

LEonicen. Externa autem corrumpere, quod est putrescere. Græcè, ὅπερ ἐστὶ σήπειν. *Hoc est, Quod est putrefacere.*

Ibidem.

LEonic. Calor autem extrinsecus sanguinem opprimit. Græcè, ἔξωθεν δὲ θερμότης ἐπιγίγνεται τῷ αἵματι. *Hoc est, incalescit autem externo calore sanguis.*

Pag. 666.

LEonicen. Quod ex his humoribus, qui carbunculi appellantur, cõtingit. Græcè, ὥσπερ κἀπὶ τῶν καλουμένων ἀνθράκων, *&c. Nempe, Quemadmodum in vocatis carbonibus.*

Pag. 668.

LEonicen. Inflatur. Græcè, ἐμφυσᾶται. *Hoc est, efflatur.*

Pag. 669.

LEonicen. Ita & in interioribus quæcunq; non videntur eandem proportionis similitudinem seruare, fieri concipiendum. Græcè, οὕτω χρὴ νοῆσαι κἀπὶ τῶν ἐντὸς, ὅσα μὴ φαίνεται, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν σωζομένην ἔχοντα. *Hoc est, Sic oportet imaginari etiam in interioribus, quæcunq;, quum non sint obiecta visui, eandem tamen analogiam salubrem perpetuò seruant.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ibidem.

LEonicen. Et meatus qui materiam inutilem excernunt. Græcè legimus, ἐξοχετεύοντες, hoc est, deducentes. Siquidem non meatus, sed facultas ipsa expultrix excernit.

Pagina 673.

LEonicenus. Quia videlicet humor, quem proprius calor non obtinet, nihil habet reliquum. Græcè, ὅτι τε τὸ μὴ κρατούμενον ὑγρὸν ὑπὸ τῆς οἰκείας θερμότητος, ὑπόλοιπον ἔχει, &c. Hoc est, Et quia humori, qui à proprio calore non vincitur, nihil amplius superest, nisi, &c.

Pag. 677.

LEonicen. Neque etiam omnibus æqualiter accendi aut dissolui contingit. Græcè legitur, προσήκει. Hoc est, oportet.

Pag. 678.

LEonicen. Vt febris accendatur. Græcè, καὶ πυρετὸν ἐξάπτειν. Hoc est, Ac febris accendatur.

Pag. 679.

LEonicen. Sed id solum, quod ita est extenuatum, & in subtilioris vaporis naturam transierit. Græcè, ὡς εἰς ἀτμοῦ λεπτοῦ μεταστῆναι φύσιν. Hoc est, vt in tenuis vaporis naturam transierit.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 680.

LEonic. Quidam feruentium humorũ difflatus. Græcè additur, ὅσα, Hoc eſt, Exiſtens.

Pag. 681.

LEonice. Quod qui putreſcere incipit humor, in aliquo membro conſiſtit. Græcè legitur, ἕτερον ὑπάρχειν. Hoc eſt, Alter, ſiue diuerſus, exiſtit.

Libro de Arte Medicinali.

Pag. 706.

LEonic. Et inſalubrium. Græcè, καὶ νοσωδῶν. Hoc eſt, Et morbidorum.

Pag. 709.

LEonic. In vno autem tempore, quod ita eſt neutrum, conſiſtere nequit. Græcè additur, ἀκριβῶς μὲν, &c. Hoc eſt, Accuratè quidem nequit conſiſtere.

Pag. 713.

LEonicenus: In hac enim neceſſe eſt, vt poſteriores, prioréſve partes. Græcè legitur, τά τε ὄπισθεν, καὶ τὰ ἔμπροσθεν. Hoc eſt, Poſteriores prioréſque partes.

Pag. 715.

LEonice. Mediíque ſunt inter eos qui omnino ſunt criſpi, & ſimplices. Græcè corruptè legitur, καὶ ἁπλῶν, pro ἁπαλῶν, Hoc eſt, lenes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pagina 716.

LEonicen. *Capilli quoq; in his statim in lucem editis, habent in capite ortum. Græcè habetur.* ταχέως ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φύονται. *Hoc est, Celeriter generantur.*

Pag. 718.

LEonicen. *Implentur verò, atq; aggrauantur eorum capita à calidis. At si humectentur, tunc multò magis excrementorum habent multitudinem. Græcè,* εἰ δὲ καὶ ὑγραίνοιντο, πολὺ δήπου μᾶλλον ἡνίκα καὶ πλῆθος ἴσχουσι περιττωμάτων. *Hoc est, Quod si humectentur etiam, tunc multò magis, præcipuè dum excrementorum copia redundant.*

Pag. 720.

LEonicen. *Paruitas verò oculorum, adiuncta quidem concinnitate, ac virtutum operatione. Græcè,* καὶ τῇ τῶν ἔργων ἀρετῇ. *Hoc est, Et operationum virtute.*

Pag. 723.

LEonicen. *Ad actiones autem prompti sunt, & iracundi, & impudentes. Græcè legitur,* καὶ ταχεῖς, *hoc est, celeres, non impudentes, quod interpres vertit.*

Pag. 725.

LEonicen. *Sed de insitis vnicuique, ac naturalibus nos exposuisse. Legendum tamen est, Sunt à nobis exposita. Alioqui non rectè fluit oratio, si illinc eam deducas, vbi Galenus ait,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ait, Quod quæcunque, &c.

Pag. 735.

LEonicenus: Dictum verò est in tertio de Causis accidentium, quòd cuiusque potentiæ virtus & vitium, temperatura principalis existit. Græcè habetur, εἴρηται δ' ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτίων, ὡς τῆς ἑκάστης δυνάμεως ἀρετῆ τε καὶ κακίᾳ, ἡ προηγουμένη κρᾶσις ἐστιν. Quæ iudicio meo sic sunt vertenda, Dictum autem est in tertio de Symptomatum causis, quòd ipsius potentiæ virtus & vitium, à temperie præcedente oritur.

Pagina 736.

LEonic. Ad imum vētriculi locum, quem Græci pyloron vocant. Græcè, εἰς τὸν πυλωρόν. Hoc est, Ad imum orificium ventriculi, qui ianitor appellatur.

Pag. 746.

LEonice. Horum autem singulorum, quæ dicta sunt, qualitas in ipsa corporis constitutione est eligenda. Græcè habetur, ἐπὶ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς. Hoc est, in optima constitutione.

Ibidem.

LEonic. Alteram verò eam, quæ ad optimam transferunt. Græcè. ἑτέρα δὲ τὴν ἐπὶ τὴν ἀρίστην ἀγόντων. Hoc est, Alteram verò earum, quæ ad optimam ducunt.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Pag. 751.

LEonicenus: *Alias quidem esse salubres causas eius temperaturæ. Græcè legimus,* δυσκρασίας. *Hoc est, intemperantiæ.*

Pag. 754.

LEonic. *Atque ad illas impellemus, quæ nullum habent principatum. Græcè,* ὀρε-θίσομεν δὲ τὰς, εἰς μὴ κυριώτατα. *Hoc est, Irritabimus autem illos, qui ad partes minimè principes, scilicet, ducunt.*

Pag. 757.

LEonic. *Intentio tamen, quoad fieri potest, curationem adhibere, ad contrariũ euersionis adducendo. Græcè habetur,* ὅσα μὲν οὖν ἐν πνευμονί τε καὶ θώρακι περιέχεται. μετὰ βηχῶν μὲν ἡ κένωσις, ὑπὸ δὲ φαρμάκων λεπτυντικῶν. *Quod est, Quæcunque igitur in pulmone, atque thorace ambiuntur, cum tussi sanè expurgantur, sed à medicaminibus extenuantibus.*

Ibidem.

LEonic. *Aut per vrinam, aut per ventriculum. Græcè,* ἢ γαστέρος. *Hoc est, Aut per aluum. Nam ventriculus, siue* ἡ κοιλία, *ventrem superiorem significat: quemadmodũ* ἡ γαστὴρ, *inferiorem.*

Pag. 760.

LEonic. *Prius à parte repellendum: Mox dispergendum. Græcè,* ἀπωθεῖσθαι τὸ μέ-

ρους

ρους πρότερον, ἢ διαφορεῖν ἐπιχειρεῖν. Hoc est, Prius debes repellere à parte, quàm aggrediaris discutere.

Pag. 764.

L*Eonicenus. Hæc igitur omnia sanare possibile est. Græcè legitur, σχεδὸν δυνατόν ἐστιν. Hoc est, Propemodum est possibile.*

Pag. 765.

L*Eonicenus. Quare & duplex sanandi modus: Alter quidem ad oppositam partem ei à qua facta est permutatio, intendendo, atque impellendo: Alter verò, id quod continet, firmius solidiúsque reddendo. Græcè, ὥστε καὶ ἡ ἴασις τῶ μὲν δὲ ἀντιτάσεώς τε, καὶ τῆς εἰς τοὐναντίον, ἧ παρήλλαξεν, ὤσεως. τῶ δὲ, ἐκ τοῦ στερεὸν ἐργάσασθαι τὸ περιέχον. Hoc est, Quare & curatio ipsa, in illa quidem (hoc est, in luxatione) fiet, ad oppositam partem ei, ad quam facta fuit permutatio, impellentibus nobis. In altera verò (hoc est in enterocele) id quod continet, firmius solidiúsq; reddentibus.*

Libro, Quomodo simulantes morbum, sint coarguendi.

Pag. 771.

F*Icardus: Quando ex indigestione. Græcè, δὲ ἀπεψιῶν. Hoc est, ex cruditatibus.*

SEC

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

SECTIONE QVINTA.

Lib. II. de Medendi methodo.

Pag. 45.

LInacer: *Nyctilopa dicunt. Græcè legitur, νυκτάλωπα, hoc est, nyctalopa. Dicitur autem nyctalops, qui noctu cæcus est, quum clarè interdiu cernat. Plin. libro 8. capit. 50. huius voculæ meminit, dicens: Restituit vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant.*

Pag. 67.

LInacer: *Quippe ipsam sequentis siue agendi insinuationem. Græcè, τὴν γὰρ οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας. Hoc est, Ipsam veluti consequutionis imaginem.*

Lib. III. Pag. 115.

LInacer: *Sin siccior debito particula tantò fuerit, quantò corporis temperamentum iusto est humidius. Græcè habetur, εἰ δὲ πλέον εἴη τὸ μόριον τοῦ μετρίου ξηρότερον, ἢ ὅσῳ τοῦ σώματος ἡ κρᾶσις ὑγροτέρα. Hoc est, At si particula fuerit siccior iusto, quàm corporis temperamentum sit iusto humidius.*

Lib. IIII. Pag. 144.

LInacer: *Exiguorum status mutatio. Græcè, μεταποροποιήσεως. Hoc est, Transmutationis meatuum.*

Lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. v. Pag. 171.

LInacer: *Præsertimque per angustas, vel principes particulas. Græcè,* καὶ μάλιστα διὰ στενοχωρίας τινας. *Hoc est, Et præcipuè per angustias quasdam.*

Lib. VIII. Pag. 285.

LInacer: *Itaque si iam præsens febris est, &c. Græcè,* εἰ μὲν οὖν ἤδη γεγονότες εἶεν οἱ πυρετοί. *Hoc est, Si igitur genitæ iam febres fuerint.*

Pag. 317.

LInacer: *Alteram, quæ ex ipsorum quæ indicantur, dignitatibus censeatur. Græce,* ἕτερον μὲν αὐτοῖς τοῖς τῶν ἐνδεικνυμένων ἀξιώμασι μετρούμενον. *Hoc est, Alteram, quæ ex indicantium dignitatibus spectatur. Huic versioni nostræ subscribitur, quod habetur lib. XI. pag. 394. Perpensis scilicet indicantium scoporum tum magnitudine, tum dignitate.*

Pag. 394.

LInacer: *Perpensis scilicet eorum quæ indicent. Græcè additur* σκοπῶν, *hoc est, scoporum.*

Lib. XII. Pag. 433.

LInacer: *Quod ad dolores ex sensus torpore sedandos, nullo minus est celebre, Græcè,* οὐδενὸς ἧττον ἔνδοξον ὀδύνας πραῢναι ναρκώσαν τὴν αἴσθησιν. *Hoc est, Quod ad dolores*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſedandos ſtupefaciendo ſenſum, nullo minus eſt celebre.

Pag. 442.

L*Inacer: Nam ſi imbecillum illi caput eſt, & quod facile calentibus vinis impleatur, &c. Græcè legitur,* ὑπὸ τῶν θερμῶν οἴνων. *Hoc eſt, A` calidis vinis. At multa frigida vina facile incaleſcere poſſunt, ſi videlicet igni admoueantur.*

Lib. XIII. Pag. 490.

L*Inacer: Imò poſtea quàm vniuerſum corpus vacuaueris, ac neceſſarium eſt, eorum quæ in inflammata parte continentur, aliquid educas. Græcè,* ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ὅλον τὸ σῶμα κενώσῃς, καὶ χρεία σοι γένηται κενῶσαί τι, καὶ ἐκμοχλεῦσαι τῶν κατὰ τὸ φλεγμαῖνον. *Hoc eſt, Sed poſteaquàm vniuerſum corpus vacuaueris, vtiléque fuerit, eorum quæ in inflammata parte continentur, aliquid etiam educere.*

Ibidem.

L*Inacer: Generandis autem adhuc vitiis. Græcè,* γινομένων δ᾽ ἔτι τῶν παθῶν. *Hoc eſt, Vbi verò affectus etiamnum in generatione conſtant.*

Lib. XIIII. Pag. 529.

L*Inacer: His verò etiã picari cõmodum eſt: idq; tertio aut quarto quoq; die. Græcè,* διὰ ἡμερῶν ἤτοι τριῶν, ἢ τεττάρων. *Quod eſt, Curriculo triũ, aut quatuor dierũ. Cum qua le-*

ctio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ctione in vnũ cõſpirat ſentẽtia illa, quæ paulò pòſt habet in hunc modũ: Ergo neq; aſsiduè id ægrotanti corpori admouere cõueniet: nec quum conueniet, ſæpe illinire: verùm in hyeme bis: in æſtate ſemel id feciſſe, eſt ſatis. Vnde liquet, ex ſententia Galeni, minimè quidem tertio, aut quarto quoq; die illos ægros picãdos eſſe: ſed ſemel quidẽ æſtate: bis autẽ hyeme: ſic tamen vt ſingulæ vices triduũ, aut quatriduũ occupent.

Pag. 531.

LInacer: Membranulam mollẽ firmámq; cuti gummi illitæ circumuoluens. Græcè additur, χάρτου. Hoc eſt, ex charta mẽbranulã.

Lib. I. de Arte curatiua ad Glauconem.

Pag. 7.

LEonic. Et oculorũ motus manifeſtus. In excuſis exẽplaribus Græcis legitur δήλου. Vetuſtiſsimus autem manu ſcriptus habet δηλοῖ. Vt ſit ſenſus, Oculorum etiam motus indicat. &c. Nã quî fieri poteſt, vt manifeſtus ſit in eis oculorum motus, quum vix poſsint (quod poſtea ſubditur) palpebras ipſas attollere?

Pag. 14.

LEonic. Nam quæ velociter fiunt, ac celeriter ad ſtatum veniunt, &c. Græcè legitur, τὰ μὲν γὰρ ὀξέα. Hoc eſt, morbos acutos.

Pag. 17.

LEonic. Non igitur notæ, minimíq; exquiſitæ febres diuturnæ ſunt, vt quotidianæ,

& quartanæ. Græcè, οὐκ οὖν οὐδὲ χρόνιοι ὁμοίως τεταρταίῳ, καὶ ἀμφημερινῷ οἱ οὐκ ἀκριβεῖς. *Hoc est, Non igitur, quemadmodum exquisitæ quotidianæ & quartanæ, sic etiam non exquisitæ sunt longæ.*

Pag. 29.

L*Eonic. Atque ideò vehementes euacuationes, quæ ex matricibus fiunt, cucurbitulæ mamillis appositæ statim sedant. Græcè,* αἱ παρὰ τοὺς τιτθοὺς προσβαλλόμεναι. *Hoc est, Iuxta mammas applicitæ. Debent itaque, dum sic reuellere est animus, non ipsis mamillis, sed radici earum, cucurbitulæ ipsæ applicari, si qua fides medicorum decretis sit adhibenda.*

Pag. 37.

L*Eonic. An calidæ sint, an vrentes. Græcè,* καὶ διακαεῖς. *Hoc est, Atque vrentes.*

Ibidem.

L*Eoni. Ac submersæ quodammodo. Græcè,* οἷον σμυχόμενοι. *Quod est, Veluti fumigantes.*

Pag. 38.

L*Eoni. Sed ante crisis perturbationẽ. Græcè,* ἀλλ' ἐν τῇ πρὸ τῆς κρίσεως ταραχῇ. *Hoc est, Sed in ipsa ante crisim perturbatione.*

Ibidem.

L*Eonic. Nam si quod in eo membrum agitatur. Græcè,* εἰ γὰρ καὶ πάλλοιτό τι τῶν

ἐν

ἐν αὐτῷ μορίων. Hoc eſt, Etenim ſi quæ in ipſa facie pars palpitet.

Lib. II. Pag. 42.

LEonic. Nam ex duabus ſpeciebus, quæ quidem nuper dictæ ſunt, altera &c. Græcè legitur, τῶ γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν, τὸ μὲν ἤδη προειρημένον. Hoc eſt, Aliarum verò ſpecierum duarum, hæc quidem, cuius nuper mentionem fecimus.

Ibidem.

LEonic. Sed minus calida & acri, quàm ſit prior. Græcè, ἢ οἱ πρόσθεν. Hoc eſt, Quàm illæ ſpecies priores.

Pag. 46.

LEonic. Sufficit autem in huiuſcemodi affectibus, vehementiam doloris mitigare, cum aliquo ex his, quod ex vino dulci, & oleo roſaceo, & pauca cera, quæ in vtroque ſit liquata, cõficitur. Græcè legimus, ὅσα διὰ γλυκέος τε καὶ ῥοδίνου, καὶ κηροῦ βραχέος, ἐν ἀμφοῖν τετηκότος, σύγκειται. Hoc eſt, Quæ ex paſſo, & oleo roſaceo, & pauca cera, quæ in vtroque liquata ſit, conſtant.

Pag. 48.

LEonicenus: Herpetes autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt eryſipelata curare oportet. Quantum verò ad ipſius particulæ patientis locum, &c. Græcè, τὰ δὲ περὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος μέρους.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hoc est, Quantum verò ad eam, quæ patienti debetur particulæ.

Pag. 51.

L*Eenic. Aut mamillis cucurbitas apposueris. Græcè,* ἢ παρὰ τοὺς τιτθοὺς. *Quod est, At iuxta mamillas.*

Ibidem.

L*Eonic. Et cucurbitulas coxis applicueris. Græcè legitur,* μηροῖς. *Quod equidem mallem vertere inguinibus, aut feminibus.*

Pag. 52.

L*Eonicenus. Ac coniunctis euacuatio facienda est. Græcè,* ἀπὸ τῶν ὁμοζύγων. *Hoc est, à coniugatis.*

Pag. 54.

L*Eonicenus. Iam verò, & qualitates quædam extraneæ. Græcè,* ἄτοποι. *Hoc est, insolentes.*

Pag. 71.

L*Eonic. Igitur emplastica omnino medicamenta, quale est Machærionis, & Epigoni, & quod Isis cognominatur, vbi ad emmotorum vsum deducuntur, cerati indigent admistione. Nempe hæc ad sinus vtilia sunt. Græcè legitur,* ὅσα τοίνυν ἐμπλαστικὰ φάρμακα τελέως ὄντα, καθάπερ τό τε τοῦ Μαχαιρίωνος, καὶ τὸ τοῦ Ἐπιγόνου, καὶ τὸ προσαγορευόμενον Ἶσις, εἰς τὴν τῶν ἐμμότων χρῆσιν ἀγόμενα, κηρωτῆς μιγνυμένης δεῖται. ταῦτα

γοῦ

γὰρ ἐπιτήδεια τοῖς κόλποις ἐστι. Hoc eſt, Quæcunque igitur exquiſitè emplaſtica medicamēta quum ſint, quale exiſtit quod ad Machærionem, Epigonúmque refertur, quódque Iſis cognominatur, vbi deducuntur ad emmotorum vſum, cerati miſcella indigent. Ea enim ad ſinus vtilia ſunt.

Pag. 78.

LEonic. Quæ à natura purgationem non habent. Græcè, ὅσαι μηκέτι καθαίρονται, τὴν κατὰ φύσιν κάθαρσιν. Hoc eſt, Quæ naturali ſua purgatione priuantur.

Pag. 80.

LEonic. Paßiones inſequuntur. Græcè, συμπάθειαι ἕπονται. Hoc eſt, Per cōſenſum afficiuntur continuæ partes.

Ibidem.

LEonic. Quum prope loca mortalia ſit inſignis aduſtio. Græcè legitur, ὅταν ἐγγὺς καίεται μορίων. Sed legendum eſt, κυρίων. Hoc eſt, propè principales particulas.

Pag. 82.

LEonic. Hæc quidem ad te miſſa, qui longè peregrinaturus eras, mediocriter ſe habere viſa ſunt. Græcè, ταῦτα μὲν οὖν εἰς ἀποδημίαν σοι μακρὰν στελλομένῳ, νομίζω συμμέτρως ἔχειν. Hoc eſt, Atque hæc quidem arbitror tibi eſſe abundè, qui ad longam profectionem accingeris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. de Curandi ratione per venæ sectionem.

Pag. 90.

THeodoricus Gerardus: *Quoniam autem calida simul, humidáque omnia, facillimè putrescere apparent.* Græcè, τάχιστα. hoc est, celerrime.

Pag. 98.

THeod. Neque enim vbi tanta crudorum humorum copia accumulata est, vt secādam venam præcipiat, ratio redarguitur. Nam istis virium robur non adest. Estq; hoc indicium, eos haud posse sanguinis mißionem perferre, quando vnà cum colore corporis totius, qui tum visitur, sanguinem abundantem indicante, pulsus adest inæqualis, aut in vehementia & magnitudine per inæqualitatem eius obscurus & paruus exuperant. Græcè legimus, οὐδὲ γὰρ ὁπότε πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἤθροισται τοιοῦτο, ὡς κελεύεσθαι φλεβοτομεῖν, ὁ λόγος ἐλέγχεται. ῥώμη γὰρ τούτοις δυνάμεως οὐ πάρεστι. καὶ αὐτό γε τοῦτ' ἔστι γνώρισμα τοῦ μὴ δύνασθαι φλεβοτομίαν ἐνεγκεῖν αὐτοὺς, ὅταν ἅμα τῷ χρώματι τοῦ παντὸς σώματος ἐκπεπτοκότι τοῦ δηλοῦντος αἷμα πλεονάζειν. ὁ σφυγμὸς ἀνώμαλος ἢ κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος, ἐπικρατούντων κατὰ τὴν ἀνωμαλίαν αὐτοῦ τῶν ἀμυδρῶν τε, καὶ μικρῶν, &c. Cæterùm vbi legitur κελεύεσθαι, legendū est, κωλύεσθαι.

Vt

Vt sic totam illã orationem (quæ veluti responsio quædam ad obiectiones tacitas est) conuertamus: Neque verò vbi tanta crudorũ humorum copia accumulata est, vt secandam venã prohibeat, sermo hic redarguitur. Nã istis virium robur non adest. Estq; indicium, eos haud posse sanguinis mißionem perferre, quòd præter colorem totius corporis, degenerantẽ in ipsis ab eo, qui solet sanguinis copiam ostendere, etiã eorum pulsus inæqualis in vehementia & magnitudine existit, præpollentibus secundũ ipsam inæqualitatem imbecillis simul & paruis. &c. Hanc versionem cõfirmant, quæ Galenus paulò post subdit in hunc modum: Habebis eorum indicium, tum colorem plumbeum, aut ex pallido album, omniáque potius, quàm rubrum.

Pag. 99.

THeod. Geminam me vacuationis viam proponere nostis. Per vacuationem quidem, &c. Græcè legitur, διὰ φλεβοτομίας μὲν. Hoc est, Per venæ quidem sectiones.

Pag. 105.

THeod. Nec verearis multum detrahere, si rubrior, flauiórq; multò fluat: aut pro puro aut rubro, liuidus. Græcè habetur, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρήσειν, ἔστ᾽ ἂν ἐρυθρότερόν τε καὶ ξανθότερον πολὺ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πελιδνόν. Hoc est, Nec verendum est, multum detrahere, donec rubicundior, lon-

géque flauior effluat: aut pro puro & rubro liuidus. &c. Siquidem constituit signum Hippocrates (vt idem Galenus testatur) quòd aliquid sanguinis è phlegmone in venam sectã assumptum sit, per mutationem ipsius.

Pag. 107.

THeod. *Sic affecto liene, haud æquè adiuuerit circa medium digitum sinistræ manus incisa vena. Græcè,* οὕτω τοίνυν καὶ σπληνὸς πάσχοντος ἡ τῆς κατὰ τὸν παρὰ μέσον δάκτυλον φλεβὸς διαίρεσις ὀνήσει τῆς ἀριστερᾶς χειρός. *Quod est. Similiter etiam laborante splene, sectio venæ quæ iuxta annularem digitum est in sinistra manu, contulerit. Huic lectioni subscribit quod habetur pag. 106. in hunc modum: Quemadmodum putant, qui lienem curari aiunt, à venæ ad secundum paruum digitum sitæ, sectione.*

Pag. 109.

THeod. *Nisi prius expurgatus foret. Græcè,* ἄνευ τοῦ προκενωθῆναι. *Hoc est, Nisi prius vacuatus fuisset. Siquidem non agit illic Galenus de euacuatione quæ fit per medicamenta, quam rectè aliquis purgationem vocauerit: sed de illa, quæ perficitur per venæ sectionem, & quæ minimè purgatio dicenda est.*

Pag. 111.

THeod. *Datur autem & hoc tempore medicamentum, quod propriè amarum appel*

pellatur, centū habens drachmas mixtis aliorū medicaminū cuiusque sex. Græcè legitur, ὃ τὰς ρ. ἔχει δραχμὰς τῆς ἀλόης μιγνυμένας ταῖς τῶν ἄλλων φαρμάκων ἓξ ἑκάστου. Hoc est, In quo ad centum aloës drachmas, cuiusque aliorū medicaminum drachmæ senæ miscentur. &c. Est enim Andromachi compositio, cuius Galenus meminit octauo de compositione medicamentorum secundum loca.

Pag. 112.

THeod. Quamobrem podagricos ex cubito purgato. Græcè, χρὴ κενοῦν. Hoc est, vacuare oportet.

Cap. de Reuulsione.

Pag. 119.

THeod. Vberibus admota. Græcè, παρὰ τοὺς τιτθοὺς, Hoc est, Iuxta mammas.

Lib. de Venæ sectione aduersus Erasistratum.

Pag. 126.

IOsephus Tectander: Vt interim noxas reticeam, quæ ex inedijs necessariò euenire solēt. Græcè, ταῖς μακραῖς ἀσιτίαις. Hoc est, ex longis inedijs.

Ibidem.

IOsephus, Acerbiora, maligniorá que effecta. Græcè, δριμύτερα γινόμενα, hoc est, Acriora effecta.

Lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. de Venæ sect. contra Erasistrateos.

Pag. 145.

IOsephus: Ego verò, quanquam antea sermonem cum Medicis instituere opus habebam, quò ea consyderarem, quæ illi pro non admittendo venæ sectionis vsu, dicturi fuissent, &c. Græcè, ἔμπροσθεν μὲν οὖν ἐδεδείειν εἰς λόγους εἶναι τοῖς ἰατροῖς, εἰκάζων ἃ μέλλουσι ἐρεῖν εἰς τὸ μὴ χρῆσθαι τῇ φλεβοτομίᾳ. *Hoc est, Primò igitur veritus fueram cum Medicis sermonem conferre, coniectans quæ dicturi essent de non admittenda venæ sectione.*

Lib. de marasmo.

NIcolaus Lauachius: Hinc liquidò apertum est, quòd si corporis totius sit affectus tabes, affici animal sine principis membri paßione nequeat. Græcè habetur, οὐκ ἄνευ τῆς ἀρχῆς τοῦ ζώου παθόντος γίνεται. *Quod nos vertimus, Minimè quidem fit, nisi sit etiam principium animantis affectum. Pro quo principio intelligendum sanè est cor: vtpote quod vnum præcipuè in marasmo afficiatur.*

Eodem lib. iuxta finem.

NIc. Lauach. Cæteris autem ex visceribus vt plurimum ab affecto loco in ventrem redundans biliosus succus hecticas ciere febres potest. Græcè, ὡς τὰ πολλὰ μὲν οὖν κατὰ τὰ λοιπὰ σπλάγχνα μετὰ χολώδους χυμοῦ συνίστασθαι πέφυκεν ὁ ἑκτικὸς πυρετὸς, ἀναπωθέντος

τῷ εἰς τὴν γαστέρα τοῦ πάσχοντος τόπου. *Hoc est, Vt plurimum autem secundum reliqua viscera gignitur hectica febris, infuso bilioso humore in ventrem visceris malè affecti.*

SECTIONE VI.

Lib. I. de compositione pharmacorum secundum genera.

Pag. 25.

ANdern. *Docti pariter estis primæ curationis consilium à morbosis dispositionibus suggeri. Græcè,* ἐμάθετε δὲ καὶ ὅτι πρῶτος σκοπὸς τῆς θεραπείας ἐκ τῶν νοσωδῶν εὑρίσκεται διαθέσεων. *Hoc est, Didicistis autem, primum curationis scopum à morbificis proficisci dispositionibus.*

Pagina 35.

ANdern. *Non adhuc extremum frigus adoliemur. Græcè,* οὐδὲν ἔτι δεόμεθα τῆς ἐπικτήτου ψύξεως. *Hoc est, Non amplius egemus aduentitia frigiditate.*

Lib. II. Pag. 79.

ANdern. *Hæc sanè & prius ostendimus, & in tertio Therapeutices commentario diximus, quòd præscientes ea ex demonstratione conuenienti ad reliqua deducã. Græcè legitur,* ταῦτ' οὖν εἴρηται μὲν ἡμῖν καὶ πρόσθεν, εἴρηται δὲ κἀν τῷ τρίτῳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου. ὥστε προεπισταμένους δεῖ αὐτὰ μετ'

ἀπο

ἀποδείξεως τῆς προσηκούσης, ἐπὶ τὰ λοιπὰ προάξω, &c. Hoc est, Hæc igitur dicta nobis iam antea sunt: expositáque etiam in tertio lib. de Medendi methodo. Quare præscientes ipsa, cum decenti demonstratione ad reliqua promouebo, &c. Cæterùm diminutè legitur in impreßis codicibus ὡς, ἀντὶ τοῦ, ὥστε: id quod fefellit interpretem.

Lib. III. Pag. 143.

ANdern. Huius generis est lixiuia quæ stacte dicitur. Atque hanc ipsam quæ ex materia subtili vsta est, cedrinum oleum virtute superat. Græcè, ἐκ τούτου δὲ γένους ἐστὶ τῷ κεδρίνῳ καὶ ἡ στακτὴ καλουμένη κονία. καὶ ταύτης αὐτῆς, ἥτις ἂν ἐξ ὕλης λεπτομεροῦς γένηται καυθείσης, ὑπερβάλλει τῇ δυνάμει τὸ κέδρινον ἔλαιον. Hoc est, Eiusdem cum cedrino est generis lixiuia stillatitia vocata. Atque inter species lixiuiæ illa est potentior oleo cedrino, quæ ex materia tenuiorum partium combusta confecta fuerit.

Pag. 153.

ANdern. Iam aliįs multis pharmacis potẽtiam pauculis annis retinere contingit: attamen euphorbium alio nullo sanè minus post thapsiam. Sed clarius in Græco exemplari, συμβαίνει μὲν οὖν καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν φαρμάκων ὀλίγοις ἔτεσιν ἐξίτηλον ἴσχειν τὴν δύναμιν, οὐδενὸς δ' ἧττον τὸ εὐφόρβιον μετά

γε θα

γε θαψίαν. *Cæterùm alijs etiam compluribus pharmacis accidit, vt pauculis annis, eorum vis euanescat: id quod post thapsiam nullo minus euphorbio contingit.*

Pag. 172.

A*Ndern. Tale igitur consecutus, & hanc ipsam commemoratam vnctionem audacter puncturis imponito, vbi oras hiare metus est. Cuius contrarium habent prorsus codices Græci:* ἐφ' ὧν εὐλαβῇ μῦσαι τὸ στόμιον. *Hoc est, In quibus veritus fueris ne conniueant atq; occludantur oscula. Siquidem vt hiare Græcis est* χαίνειν, *sic* μῦσαι *claudi & orificia obstrui: id quod in punctis neruis est summum malum: ac proinde Galenus, vt omni ratione aperiantur, ducit esse magnum operæpretium.*

Pag. 180.

Vbi agitur de sumptuosis pharmacis.

A*Ndern. Vbi enim quispiam pharmacorum Medicorúmque studiosus non plura quingentis myriadibus haberet, nullo simpliciori dignabatur vti: multò magis vel diues aliquis vel monarcha odoratũ simul & quòd multa constet pecunia volet habere pharmacũ. Illa tamẽ sententia prior clarius ex dictione Græca percipitur:* ὅπου γάρ τις οὐ πλείους ἔχων πεντακοσίων μυριάδων ἀνὴρ φιλοφάρμακός τε καὶ φιλίατρος, οὐδενὶ τῶν εὐτελῶν ἠξίου χρῆσθαι. *Quæ sonant, Quandoquidẽ enim quidã pharmacorũ*

& medicinæ studiosus, tametsi nõ haberet plures quinquaginta myriadibus, dedignabatur tamen vti medicamentis vulgaribus: multò certè magis. &c.

Lib. IIII. Pag. 197.

ANdern. Non tamen cum refrigeranti oleo liquare ipsum oportet., Græcè legitur, οὐ μὴν οὐδὲ διὰ τοῦ τυχόντος ἐλαίου τήκειν αὐτὴν προσήκει, &c. Quæ sunt vertenda, Non tamen obuio quouis oleo ipsum liquare oportet. Quam lectionem confirmat sequens sententia, quæ talis est: Sed si quidem rubor aut calor aliquis in circumpositis vlceri partibus præpollere videatur, ex quopiam adstringentium simul & refrigerantium: cuiusmodi myrtinum atque melinum est.

Lib. VI.

Pag. 329.

ANdern. Quòd auxiliorum quædam ratio sola inuenit, quædam experientia, quæ & ipsa rationem requirit: nonnulla vtriusque opem postulant, subinde nobis est declaratum. Græcè habetur. ὅτι τῶν βοηθημάτων, ἔνια μὲν ὁ λόγος εὑρίσκει μόνος, ἔνια δὲ ἡ πεῖρα, καὶ αὕτη τοῦ λόγου μὴ χρήζουσα. Hoc est, Quòd auxiliorum quædam à ratione sola inueniantur: quædam ab experientia sola, nec desyderante rationem. &c. Multa siquidem sola experientia citra rationis opem inuenit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lib. VII. Pag. 380.

ANdern. Porrò ex ijs quæ à glutinatione ἐχέκολλα *nominantur, nullum auferendum est prius, quàm sua sponte abscedant. Atqui si laueris, permittenda sunt. Græcè legimus,* ἀλλὰ κἂν λούηταί τις, ἐᾶν ἐπικεῖσθαι. *Hoc est, Imò verò etiamsi quispiam lauet, sinenda sunt vt adhæreant. Monet itaque tenacia medicamenta, quæ applicamus corporibus, ne in balneis quidem esse amouenda, donec vltro ipsa decidant.*

Lib. I. de Compositione pharmacorum secundum partes.

Pagina 433.

IAnus Cornarius: Alijs verò herbis, quæ iuxta humiliores regiones proueniunt, reliqui totius corporis pili similem generationem habent. Græcè legitur, ταῖς δ' ἄλλαις πόαις, ὅσαι κατὰ τ' αὐώτερα χωρία φύονται. *Hoc est, Reliquis autẽ herbis quæ in marcidis exuccísq; proueniũt regionibus, &c. Nempe, alij totius corporis pili similem generationẽ sortiuntur. Comparauerat siquidẽ primò ipsos capitis pilos tritico aut hordeo crescenti in aruo aliquo præpingui & fœcundo. Nunc verò lanuginem reliqui corporis, similem ijs herbis habere generationem ait, quæ in aridis locis sterilibúsque proueniunt. Confirmat hanc lectionem nostram Galenus libr. II. de Vsu partium humani cor-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

poris, vbi agit de pilis ciliorum. Cæterùm codices qui excusi habentur, non ἀνώτερα, sed mutata v, in v ἀνώτερα, hoc est, superiores, habent: quanquam interpres non superiores, sed inferiores vertit.

Pag. 483. De aceto.

CORnarius: Vtpote quod substãtia sua modicè calidum est, plurimum verò frigidũ, & partiũ tenuium. Græcè habetur, ὡς ἀνέχουσι μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ὀλίγον θερμὸν, ἔχοντι δὲ τὸ πλεῖστον αὐτῆς ψυχρὸν λεπτομερές. Quæ mallem sic reddere ad verbum: Vtpote quod substantia quidem sua obtineat pauxillum calidi, plurimum autem frigidi atq; tenuium partiũ.

Lib. II. Pag. 526.

COrnar. Quæ Archigenes consequenter scripsit, in quibus est etiã Galeni censura, Græcè, ἐν οἷς καὶ Γαληνοῦ διορισμός. Hoc est, In quibus etiam habetur Galeni distinctio.

Pag. 535.

COrnar. Itaque balnea temperata, & vnctiones, & potus dilutus eis exhibenda sunt: omnísque diæta liquidior & boni succi cõstituenda. Græcè habetur, καὶ ἡ σύμπασα διαίτα ὑγροτέρα τε καὶ εὔχυμος παραλαμβάνεσθαι. Hoc est, Omnísque victus ratio humidior, & boni succi eligenda. Atqui non omnis victus ratio liquida, est humida: quum plurima sint consistentia fluida, quæ maximã tamen exiccan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

candi vim poßident: vt exẽpli gratia, tum mel, tum acetum.

Pag. 555.

CORNAR. Post exacerbationem verò pharmacis hemicranicis est vtendũ: si quidem multa caliditas percipiatur, his quæ refrigerans quippiam habent: citra verò hanc, his quæ multum excalfaciant: vbi Græcè legitur, τοῖς ἱκανῶς θερμαίνουσιν. Hoc est, ijs quæ sufficienter calfaciant.

Lib. III. Pag. 56.

CORNAR. At verò consimilis dolor est ex serosis & saniosis humoribus in corpore aurium generatis, ei qui ex mordacium humorũ illapsu forinsecus facto contingit. Græcè tamen non habetur, in corpore aurium generatis: sed simpliciter, In corpore genitis. vt sensus sit, consimilem fieri dolorem humoribus ex toto corpore in aures illapsis, ei qui ex mordacium humorum insultu forinsecus facto contingit.

Lib. V. Pag. 703.

CORNAR. Si verò liuidi per omnem suã substantiã facti appareant dentes, nihil mirũ est, ipsos inflãmationi aliquid simile pati. Græcè legimus, εἰ δὲ πελιδνοὶ δι᾽ ὅλης ἑαυτῶν τῆς οὐσίας οἱ ὀδόντες φαίνονταί ποτε γινόμενοι, θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστὶ πάσχειν αὐτούς τι καὶ τῇ φλεγμονῇ παραπλήσιον. Quæ sonant, Quum autem liuidi aliquãdo tota substantia videantur dentes,

non est quòd miremur, si perpeti etiam poßint aliquid inflammationi simile.

Lib. VI. Pag. 741.

C*Ornarius: Quando verò veluti induratũ quiddam de inflammatione relinquitur, penitus non conuenit, adstringens ad discussorium miscere, nisi prius totum corpus sit euacuatum. Contrarium Græci codices dictant:* ὅταν δὲ οἷον σκιῤῥῶδές τι λείπηται τῆς φλεγμονῆς, οὐδ᾽ ὅλως χρὴ μεμίχθαι τῷ διαφοροῦντι τὸ στύφον, ἐὰν κεκενωμένον εἴη τὸ σύμπαν σῶμα. *Quod est, Quum verò ex inflammatione quippiam veluti induratum relictum fuerit, penitus nihil adstringens miscendum discutientibus est, si vniuersum corpus sit euacuatum. Galenus itaque præcipit, vt post totius euacuationem corporis, si phlegmone in scirrhum degenerauerit, solis digerẽtibus, discussoriísque vtamur: quandoquidem tunc verendum non est, ne humores concitemus ad partes: nimirũ corpore ab omni redundantia libero & immuni existente, ob præcedentem euacuationem.*

Libro de Theriaca ad Pisonem.

Pag. 1045.

A*Ndern. Quoniam non solùm hoc nomine cæteris omnibus præcellunt, quòd imperiũ à Dijs sint adepti, sed etiam quòd vniuersa bona, vniuersis libenter impartiant, sicuti & Dij ipsi tantum ex æquo gaudij concipiunt, quantus*

eorum numerus extiterit, qui ab ipsis reddun-
tur incolumes. Hæc tamen posterior sententia videtur esse longè diuersa in Græcis codicibus, qui sic habent: ὥσπερ καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ, ἐν τῷ ἴσῳ καὶ τοσούτῳ τὴν εὐφροσύνην ἔχοντες, ἐν ὅσῳπερ καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν διασωζόμενοι. Quod est, Non secus quàm Dij ipsi, tantum ex æquo gaudij concipientes, quantum illi qui ab ipsis seruantur.

Pag. 1049.

ANdern. Nos verò quum hæc videamus, sciamúsque id quod poßit ratione vniuscuiusque medicaminum naturæ virtutis proprietatem verè agnoscere. Græcè legimus, ἡμεῖς δὲ ταῦτ' ὁρῶντες, καὶ τῷ λόγῳ τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν φαρμάκων τὸ οἰκεῖον τῆς δυνάμεως φιλαλήθως ὁμολογεῖν τὸ δυνατὸν εἰδότες, &c. Quem locũ difficilem ego sanè sic verterem, Nos verò, quum hæc cernamus, assequamúrque ratione, id quod verè poßit exprimere proprietatem facultatis naturæ cuiusque pharmaci, &c.

Pag. 1607.

ANdern. Ad hunc enim peculiariter verba potius habeo, quoniam manifestiores etiam in corpore conuersiones, mutationésque non indicat. Græcè legitur, ἐπεὶ καὶ φανερωτέρας ἐν τῷ σώματι τροπάς τε καὶ μεταβολὰς οὐχ ἐνδείκνυσθαι. Hoc est, Quoniam manifestiores

in corpore conuersiones, mutationésque indicare potuisset.

Pag. 1074.


A*Ndern. Porrò erunt animalia colore subflaua, corpore robusta. Græcè, habetur,* καὶ εὐκίνητα σφόδρα. *Hoc est, eximia quadam agilitate mobiles: viperæ scilicet.*

Libro secundo, de Antidotis.

Pag. 1171.

A*Ndern. Hac Nicomedes rex vtebatur, siquando eos qui eum vocauerant, in suspicione haberet. Græcè legitur,* εἴ ποτε ὑπόπτους εἶχε τοὺς κεκληκότας. *Quæ sonant, Siquando eorum, qui inuitassent ipsum, habebat sibi fidem suspectam. Siquidem* τὸ καλεῖν, *tum vocare, tum inuitare, ad conuiuiúmque hortari significat.*

F.I N I S.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

GALENI PERGAMENI DE FASCIIS LIBELLVS,

A' VIDO VIdio Florentino Latinitate donatus, congruisq́; iconibus illustratus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Bibliopola Lectori S.



Cum viri doctissimi, iidémque mei amantissimi, de opusculo hoc in cõsiliũ adhibiti, Vidi Vidij iudicio cõcordib⁹ suffragiis subscriberent, legitimũq; indubiè Galeni fœtum esse renũtiarẽt: operæpretiũ me facturũ iudicaui, si vnà cũ Lacunæ Epitome in lucẽ id edendũ curarẽ: non temere nimirum suspicãs, in superioribus editionibus, non tã autoris iudicio, quàm typographorum culpa, fuisse pretermissum, qui cũ idoneis iconibus instructi nõ essent, in iis cõparãdis sumptũ facere aut noluerũt, aut vrgentibus iam prelis, tempestiuè nõ potuerunt. Habes itaq;, Candide Lector, γνήσιον Galeni de Fasciis libellũ, figuris non incõcinnis, (quas eũ in vsum scalpẽdas curauimus) feliciter illustratũ: eúmq; nulla Epitome circuncisum, quòd in tãta breuitate nihil citra perniciem rescindi posse videretur. Non deerãt, qui Oribasij de Laqueis & Machinamẽtis libellos, vnà cũ hoc coniungendos putarẽt. Verũ nos autoris iudiciũ sequuti, nihil hîc alieni admittendũ duximus: satius rati, commodiori eos loco reseruare, auspicatius cũ Epitome Cõment. Galeni in Hippocratẽ ꝑpediẽ prodituros.


Vale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



GALENUS DE FASCIIS, VIDO VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.





IPPOCRATES ille auctor vetustißimus mundiciem spectans, quam exigũt aliæ artes in agendo, mihi videtur non inconsideratè protulisse [Nobis sanè placet in arte vniuersa animi intentionem adhiberi, in quacunque enim opera decorè agere rectéque possumus, decorè ac rectè agere conuenit: quæcunque mundiciem celeritatémque admittunt, celeriter mundéque conficienda sunt: atque vbi euitari dolor poßit, quàm maximè iocundè: tum reliqua huius generis omnia præclariùs agere debemus, quàm alij eiusdem artis professores]. Siquidem (vt in nonnullis, quæ efficiuntur, videre licet) artifices vsum habentes non alia re præstant ignaris & expertibus, quàm celeritate atque elegantia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Medicum ergo eo magis quàm alium artificem fungi decet suo munere, quo sibi nobilior est subiecta materies, & idcirco, siue secet, siue adurat, siue alliget siue quid aliud manu moliatur, non modò vtilitati studere debet sed mundiciei & elegantiæ, quemadmodum ipse alibi rursus testatur, quùm inquit [Vinculi ratio duplex, altera illius quod inijcitur, altera illius, quod iniectum est. quod inijcitur, vt celeriter, iocundè, promptè, elegãter, celeriter quidem, vt opus expediatur: iocundè, vt facilè præstetur: promptè, vt vbique sit in promptu: elegãter, vt oculos delectet]. Mala enim in nõnullas corporis partes incumbẽtia, idoneam vinciendi rationẽ postulant, eámq; per se homo sæpissimè decoram expetit. quare tam solius ægrotãtis gratia, quàm omniũ, quibus sui videndi copiã faciet, scire oportet, quæ vincula & simplicia, & varia, singulis partibus accõmodentur: nec ignorãdum est nonnullis vtraq; conuenire, nonnullis alterutra, nempe varia, licet alij secus existiment, de qua controuersia primò dijudicare operæpretium est. Expellunt nonnulli varia vincula, non modò tanquam nihil proficientia, sed veluti vsum præstantia maximè alienum. id quod nulla stabili ratione firmant: sed testimonio maiorum nitũtur. primùm Hippocratis, quũ inquit [Sed qui præstantia vincula amant sine mente complura alia lædunt] præstantia id est varia:

ria: deinde Mantiæ referentis cuidam oculos procidisse, cui pharmacopola caput & faciem vario vinculo deligauerat, ídque iure putant euenisse. quod fasciæ ob varietatem inæquales vrgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atque abscessus. Sed satiùs fuit eos dignoscere, non vinculorum varietate accidere, quod adducunt, sed inscitia alligãtium, qui valenter adstringunt. oportuit enim ita deligare, vt Hippocrates docuit, cùm ait [In his autem maximè ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem sic, vt quæ iniecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur] æquum autem fuit, vbi Hippocratem citarunt, illud adiungere, quod in Hippocratis oratione restabat, non enim simpliciter scripsit. [Sed, qui præstantia vincula amant, complura alia lædunt], verùm subiecit [sine mente] intelligant autem ex ijs, quæ mox persequar, vinculum varium nullo modo ab Hippocrate submoueri: ipse igitur in libro de officina medici fasciandi rationem agens, vbi narrauit quid vincula requirant dum inijciuntur, quid postquam iniecta sunt, subdit. [Quod iniectum est, vt rectè, vt decorè] rectè intelligit iniectũ, quod confert: decorè, quod elegans est. vt autem exponat quid sibi velit decorè, addit. [Decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè]. adiungit autẽ verbum simpliciter, nõ quo ex toto declaret de-

core sed ex parte, quasi dicat vinculũ simplex sit & distinctũ, quod euidentiùs colligitur ex ijs, quæ subiecit. [*Aut similibus & æqualibus, æqualiter & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, ascia, sima, oculus, rhõbus, dimidiatus. aptetur verò species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur*]. Ergo vinculi speciem, quæ simplex est, orbicularẽ esse necesse est, sed ascia omninò sima est, atq; ita quod prorsus æquale est, erit sibi simile. quod inæquale dissimile. num igitur deterrẽtur iam de sentẽtia, qui varia vincula repudiari ab Hippocrate voluerunt, fatentes asciam, oculum, rhombũ, dimidiatum, varijs assignari? an præter hæc, illis cõmemorẽ eundẽ Hippocratẽ in libro de articulis, ad fractũ iugulũ, vinculũ admouere, quod à gruis similitudine γβανίδα nominauit, ídque variũ esse? Sciant autẽ quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, vbi repositũ est, atq; humerus & cubitus aliáq; plura, nullum aptari vinculum posse nisi variũ. Hactenus de his. pergamus iam ad fasciarũ vinciendíq; rationẽ, scrutemúrq; in primis, vt fasciæ inter se distent, materia, habitu, longitudine, latitudine, structura. Materia igitur inter se dissident, quoniam nõnullæ linteæ sunt, nonnullæ ex lana, aliæ ex mẽbranulis, quarum vsus, quũ neq; vnus sit, neq; similis sed dispar, vbi opus erit, eas accipere conabimur, quæ

morbo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

morbo maximè congruāt, quæcũq; ergo adstrin gēda erũt, linteis alligabimus, at vbi adstringe re nō oporteat, propterea quòd hoc inflāmationi sit inimicũ, sed abundè sit cōtinere vel tegere, ex lana, ex mēbrana verò secuti Hippocratē, vbi nasus vel maxilla cōminuitur, extremitatē mēbranulæ parti, quæ vinculũ postulat, agglutinā tes: Habitu, quũ aliæ glomeratæ, aliæ scissæ sint, assutæ aliæ, glomeratæ sunt, quæ ex habena in longitudinem fiunt, quibus nihil assuitur, tales sunt, quibus perfracta mēbra vinciũtur, scissæ, quæ ex vno linteo extremis partibus vel alibi scisso cōficiũtur, quales sunt, quæ ad capitis vul nera dantur (cācri dicũtur) siue in quatuor par tes scindantur, siue in sex, siue in octo, assutæ ex pluribus habenis varia figura inter se iũctis cō ponuntur, quales sunt, quæ suspendunt, quæ cingunt, quæ mammas deuinciũt, quæ mammis & loco præterea, qui iuxta anũ est, accōmodantur: Longitudine, cũ quædā breuiores, quædam longiores sint: Latitudinis eadem ratio est, siquidē tam hæc, quàm illa debet vinciēdis partibus respondere: Structura, nam aliæ texũtur, aliæ constant ex materia per se coacta, vel certo ordine implicata, quæ simplici textura fiũt, nonnullæ hac de causa texũtur, nonnullæ conficiuntur ex tela, quæ ad alium vsum texta scinditur in fascias, his plerunq; vulnera obligamus, illis vtuntur venatores ad crura defendenda, eædē primæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

palmæ parti circũdantur, quæ ex implicata materia fiunt, ab aurigis ad latera cõtinenda adhibentur. Est autẽ perpetuum, vt qui vinciunt, fasciijs abundent, & quas habẽt, sciant quàm optimè adhibere, atq; vbi deligẽdi locus est, tales accipiãt, quales docuit Hippocrates, quum inquit [Iam verò fasciæ parentur, leues, tenues, molles, mundæ, latæ, sine suturis, sine eminẽtijs, ita valentes, ne extentæ rumpantur, & paulò amplius]. Mundas quidem esse cõuenit, quoniàm sordidæ præterquàm quòd indecoræ sunt, liquore aliquo respersæ, non madescunt, deteriúsq; id reddunt, quo perfunduntur, esse item sui coloris debẽt, ne si purpura inficiãtur, vel alia huiusmodi re, eandẽ noxam afferãt, aut coloris similitudine currentẽ sanguinẽ repræsentẽt: tenues insuper, ne ambitus in tumorẽ nimiũ assurgãt: molles, ne ob duritiẽ vrgeãt: leues, ne onere infestẽt: sint præterea sine suturis inæqualibus, ob quas futurũ esset, vt cõprimerent: tum sine eminentijs, hoc est non sint oræ à lateribus ipsa textura confectæ, vel alioquin versæ atque consutæ, nec quædã extantia, quasi fibræ. cùm quæ eminent, vinculũ reddãt inæquale, quæ extãt, non patiantur fasciã facilè circuire. Quòd si fasciæ ex inciso linteo fiant, incidatur nõ transuersum, sed in longitudinẽ sicut intextũ est, sectione ad stamẽ directa, sic enim lintea facilè scinduntur, quod secus habet, si quà subtegmen procedit, hoc tẽtetur,

tur, adde, quòd quæ in longitudinem ſcinduntur faſciæ, quod vinctum eſt, firmiùs continent. At vinciendi ratio quædam (vt ſuperiùs dixi) ſimplex eſt, & quædam varia, atque hæc modo nomẽ inuenit à ſede, cui adhibetur, modò ab euentis, nonnunquã tranſlato vocabulo à ſimilitudine animaliũ. à ſede, quæ vincitur, nomẽ trahit, oculus, naſus, inguen, cæteráq; huius generis: ab animalibus, cancer, accipiter, aries, lepus, teſtudo: ſed ab euentis, vallũ ſeu coniunctũ, ſeu diſiunctũ, operculũ, habena, & quæ his ſimilia ſunt. Prætereà ex huiuſmodi vinculis quædam ſunt vincula tantùm, vt tholus, regium, ſcapha, diſcrimen: quædam vincula ſimul & laquei, cuiuſmodi eſt lepus auritus, paſtoralis, cæteríque conſimiles. Vinculum inſuper aliud ab altero faſciarũ capite incipit: aliud à medijs faſcijs: aliud vtroq; modo. Quoddam item certis ſedibus idoneum eſt, reliquis alienũ cùm ſit: quoddam alijs quoque aptatur. Super hæc aliud à priori parte cõſpicitur, quòd priorẽ hominis partẽ duntaxat alligatam oſtendat: aliud à poſteriori, aliud ab vtraq; ſimiliter & priorem & poſteriorẽ partem æquè vinctam demonſtrans, atq; hæc nunc cõſimili, nunc diſpari ratione veniunt in conſpectum, quæ omnia plana fiẽt, cùm ad ſingula vẽtum erit. Sed conſiderandũ eſt, inquirendúmq; an quomodolibet ordiri faſcias oporteat: maiores enim omnes ſtatuerunt certas corporis ſedes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

à quibus fasciæ ordiri deberēt, exempli causa in capite, ob quācunq; causam vinciatur, fasciæ caput in occipitio collocant, inde ipsam circūagentes iuncturā cōficiunt, nec quicquā intuentur, quod agūt morbo ne, cuius causa vinculū adhibent, secundū sit, an aduersum: in alijs itē partibus inscitia vel ignoratione (vt credibile est) decepti, locos præscripserūt, necesse enim est rectè vincientē auctore Hippocrate eò incumbere, vt nō solùm deligādæ parti, sed affectui quoq; vinculum cōueniat. Nos igitur non vndecunq;, sed quà maximè expedit, ordimur, extremámq; fasciā imponimus, quà docuit Hippocrates, cùm inquit, [Quæ mouentur, vt articuli, quà curuātur, minimis, et maximè collectis, veluti poples: quà extenduntur simplicibus & latis, veluti patella, obuolui debēt. quæ autē adijciuntur ad continendū quidē, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum verò fasciā omnē, quà corpus quiescit, & quà magis cauum est superimponēda, vt supra vel infra genu. Consentit autem cum capite humeri fascia ad alterā alam demissa: cum inguine, ad alterū ilium: cum crure, super partem huius posteriorem, quæ carnosa prominet. quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, à superiori. vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quà maximè æquale est, cōtineri fascia debet, & duci quàm minimè obliqua, vt postremò obuoluta, quà va

lentissi

lentiſſimè hæreat, vagos circuitus contineat.]
Oportet prætereà deligantem ad ea reſpicere, quæ in vinculo requiruntur, cuius Hippocrates duas eſſe ſpecies teſtatur, vnam eius, quod inijcitur, alteram eius, quod iniectum eſt. vtrobiq; autem ſumma cura enitendum eſt. dum vinculum inijcitur, vt celeriter, iocundè, promptè, eleganter. celeriter quidem vt opus expediatur: iocundè, vt facilè præſtetur: promptè, vt vbiq; ſit in promptu: elegãter, vt oculos delectet. cum iniectum eſt, vt rectè, vt decorè habeat, nihilq; abſit ex his, quæ ſuprà opus eſſe retulimus. De vſu autem vinculorum ſcire licet quædam ea de cauſa adhiberi, vt continendo curãtibus præſidijs ſubſeruiant: alia non propter hoc, ſed vt ipſa per ſe agant, quibus curatio committitur. in his maximè attendendum à qua parte faſcia ordiatur, qua circumeat, qua deſinat. quæ ſingula exquiſitiùs conſcribi non poſſunt, docere tamen viam licet per quam medicus facilè iudicare de ſingularibus poterit, naturam ſingularium partium perſpiciens, quàm facilè alligentur, ſuſpendantur, collocentur: atq; inſuper quid vinculum valeat, efficit enim, vt quæ abſceſſerunt propellantur, hiantia coniungantur, peruerſa dirigantur, atq; omnium contraria præſtentur. Oportet autem, ſi quid abſceſſit, ita deuincire, vt quæ ſublimia ſunt, ſedẽ contingant, hoc eſt locum, vnde receſſerunt, at non premant:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


incipiendum verò à parte ſana, & qua vlcus eſt finiendum, vt quod ſubeſt effundatur, & aliud vltrà non coëat. Sed quæ abſcedere volumus, contrario modo penitus alligāda ſunt, atq; vbi in vnum adducere conuenit. verū vbi, quæ hiant, hoc eſt, quæ in exteriorem partem conuerſa ſunt, longè initio accepto coniungenda ſunt, in cæteris eodem modo vinciendum, tantum ab vlterioribus aliquid adducendum erit, paulatímque comprimendum, primò minimū, deinde magis, maximæ cōpreſsionis terminus ſit, vbi ſe contingunt, aptantúrque, ſed non vrgent. verùm in diducendis, quæ cōtracta ſunt, ſi inflammatio eſt, ſuperſedendum eſt. ſi ea non eſt, præparatione eadem vtendum, ſed vinculo contrario. dirigere item vbi peruerſa oporteat, cætera fieri eadem debent. tum quæ receſſerunt adducenda ſunt, contraria autem contrà. Hæc omnia medicum quaſi leges tenentem, obſeruantémque expedit id eligere, quod ſingulis vitijs idoneum eſt, miniméque ad certos locos conſilium dirigere. Nos, quanquam in vno quoque caſu, quà primum ordiri vinculum oporteat, perfectè explicare difficile eſt, dum tamen faſciarum rationem indicabimus, vt res euidentior ſit, locos ſtatuemus, à quibus ordiri potiſsimùm conueniat: medicus verò in agendo vbique illum eliget, qui maximè in rem erit.


Lint













Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Linteum ſciſſum ad ſummum caput, & ei proximam regionem. I.

Linteum iuſtæ magnitudinis ſcinditur in partes ſex, & medium quà verticem complectitur, integrum relinquitur, ex partibus verò pendētibus mediæ findantur è regione aurium, ac ſub mētum demiſſæ, nodo inter ſe vinciātur. Quo facto altera faſciola anguſta media occipitio iniĳcitur, extremáque ad frontem adducuntur, & à latere capitis nodum accipiunt: quatuor verò partium, quas pendere ſinebamus, hæc ratio eſt, poſteriores prope nodum anguſtioris faſciolæ, priores ſupra occipitium inter ſe colligantur. licet item abſque nodo, aliĳs ſubiectis, aliĳs ſuperdatis, poſtremæ fibulam imponere.

Linteum ſciſſum ad frontem, & partes, quæ iuxtà ſunt. II.

In quatuor partes ſcindere linteum oportet, medio intacto quà fronti circumdetur: prioréſq; partes ſuper poſteriores, quæ dependeant, ad occipitium dare, ibíque inter ſe deuincire: poſt hæc reliquas duas conuerſas, in ſummo capite colligare, quæ ſub mentum etiamnum demitti poſſunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoque vtimur, partibus à latere capitis nodo inter ſe deligatis.


Linteum ſciſſum ad totum caput. III.

Linteum ſciſſum in partes octo, ita, vt medium

dium integrum ſit, donec tegere caput poßit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendentibus partibus, duæ iuxta aures fiſſæ ſub mento inter ſe deligentur, è reliquis verò, binis à priori parte, quaternis à poſteriori, duæ à poſteriori extremæ ſuper alias ducantur ad frontem, altera alteri ſubiecta, vt à ſuperiori contineatur, deinde priores duæ ferantur ad occipitium, ſic, vt æquè alteri altera inſidat, his comprehenduntur quæ priùs fuerant circundatæ, reliquæ duæ poſteriores ad frontem attrahãtur, altera ſimiliter alteri ſubiecta, extremæq; à latere fibula iniijciatur. Hæc vinciendi ratio efficit, vt caput ſine nodis inuolutum defendatur à tædio, quod hi comprimendo afferre plurimum ſolent.

Cancer

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1









Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Cancer, siue vinculum capitis, siue operculũ scissum in partes octo, ad caput. IIII.

Medium amplecti debet vniuersum caput, sic vt quatuor partes à fronte rectè dependeãt, ab occipitio totidem: ex illis exteriores, ad occipitium porrectæ inter se alligentur: ex his exteriores similiter frõti circũdatæ, à latere deligẽtur. tũ ex reliquis, quæ in fronte scissæ partes sunt, ad occipitiũ, quæ in occipitio, ad frõtẽ attrahantur.

Operculum ex fascia lata triũ capitum (σκεπάστρα dicitur) & ex altera, quæ hanc continet (κάτοχος vocatur) & tertia, quæ prohibet, ne totum vinculum diducatur, καθολκεὺς nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendũ vniuersũ caput, dicitur aũt παρασκεπάστρα. est quidẽ κάτοχος fascia lõgior, quæ in orbẽ faciei & capiti circũdatur, vt operculũ cõprehendat: sed καθολκεὺς ex fascia fit oblonga, adhibetúrq; eo nõie, vt diduci vinculũ nõ sinat. quarũ hæc ratio est. Linteũ adhibetẽ sic latũ, vt caput vniuersũ cõplectatur, lõgiùs quã vt duplicatũ, hoc efficiat, cuius alterũ caput occipitio datur, alterũ à frõte depẽdet: tum angustior fascia sub mẽtũ media inijcitur, & in vtrãq; partẽ per malas attrahitẽ inter frõtẽ & verticẽ, inde sub mẽtũ rursus demittitẽ: post hæc alterius angustioris fasciæ mediũ frõti inijcitur, capitáq; in orbẽ ad occipitiũ porrecta, ibi & inter se, & cũ alterius angustioris fasciæ capitibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

alligãtur:at quod à facie pẽdebat in longitudi-
nẽ, vsq; dũ ad supercilia vẽtũ fuerit, diuiditur in
duas partes, quæ in frõte altera super alterã in-
sidẽte ad similitudinẽ literæ X. in orbẽ ad occipi-
tiũ ducũtur, atq; ibi deligãtur. Potest autẽ vna
fascia duntaxat longior, & operculũ continere,
& prohibere, ne tota iũctura diducatur, ad hũc
modũ, si media inter frontẽ et verticẽ ordiatur,
capita verò recta per malas sub mẽtũ demissa,
ibíq; altero super alterũ excedẽte in similitudi-
nẽ literæ X. sub imas aures ad occipitium dẽtur,
vbi rursus in speciem litera X. inter se aduersa
ad frontẽ ducantur, & nodo à latere deligẽtur.

Hactenus de simplicibus vinculis, sequitur, vt
de varijs dicamus, si id anteà ostenderimus,
quòd fasciæ circuituũ alius dicitur rectus, alius
trãsuersus, obliquus alius, quid autẽ hi sibi ve-
lint, nomina declarãt: vnũ alius στεφανιαῖος, με-
τωπαῖος alius, παρειὰς alius, alius γωνιὰς: præ
ter hæc aliud vinculũ orbiculare, aliud in orbẽ
serpẽs nũcupatur, aliud postremò ascia. est autẽ
στεφανιαῖος, qui coronarũ modo inter frõtẽ &
verticẽ tẽdit: μετωπαῖος, qui frõtẽ ambit: γωνιὰς,
qui sub mẽto circũagit: παρειὰς similiter à malis
ꝑ quas ducit, nomẽ habet: illa demũ vocatur a-
scia q̃ lunata figura ab vna parte sima est, ab
altera gibba. Circuituũ igitur istæc noĩa sunt.

Rhombus alter simplex, alter Hippocratis, de quo nunc. VI.

Aptißimũ est vinculũ hoc (vt quidã senserũt)

ad suturas, vbi dehiscũt, vel (vt alijs placet) ad partiũ, quas vulnus diduxit, glutinationẽ, atq; ad emittẽdũ humorẽ, eo, quòd cõprimendi vulneris vim habeat. sic autẽ circuire debet fascia à latere capitis orsa, obliqua ducẽda est ad verticem atq; alterũ tempus, deinde malis vtrinque circũdãda, & obliquè parti priùs obuolutæ aduersa in modũ literæ X. ad occipitiũ demittenda, inde obliqua sic, vt à priori circuitu distet, per malas porrigenda est ad alteras malas, ac rursus obliqua sursum danda, vt bis X. literam repræsentet, quódque in medio est rhombi figuram accipiat, quo facto ad occipitium ferenda est, & fronti in orbẽ inijciẽda, eatenus autem circũagẽda, vt quæ nuda sunt, includãtur.


Semirhõbus vel lepus sine auribus. VII.

Huic, & illi, cui nomen est Tholus, in omnibus eadem vis est. Ratio adhibendi huiusmodi est. fasciæ caput occipitio inijcimus, eámq; sub infimam auriculam obliquè inter frontem & verticem ad occipitium ducimus, tum inter frõtem & verticem priori parti aduersam, ac sub infimam auriculam ad occipitium attrahimus, post hæc fronti circumagimus sic, vt quod medium est, semirhombi effigiem referat. extrema verò fascia, non modò in hoc, sed in alijs quoque capitis vinculis, fibula à latere vincienda est. Possumus etiam, si ex vsu sit, fasciam circumducere, non ab inferiori parte sursum, sed cõtrà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1













Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Vinculum ad caluariam, vel ſcapha, vel Tholus, ſeu Dioclis, ſeu Glaucij. VIII.

Maximè idoneum eſt, vbi ſummum caput, & quod inter ipſum & frontem eſt, vincire cõuenit. hoc autem modo ipſum inijcies. orſus ab occipitio faſciam rectè per verticem duces ad frontem, ibíq; ſiniſtræ manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rurſus ad occipitium demittes, ab eóque tertio ad frontem porriges iuxta partem priorem, vbi ipſam obuolues per eum ſinum, qui à digito tenebatur, poſtremò fronti circumages.

Thais Perigenis, quam alij ad Molpi eam auctorem referunt. IX.

Adhibetur eadem cauſa, qua Tholus, ſed quandam præter vſum elegantiam habet. Vbi Tholus vinculum ſuperdatum fuerit, anguſtioris faſciolæ caput, ſub eius ambitum indatur, eáque porrigatur obliqua ad ſummum caput, & inter ipſum & frontem, tum in fronte ſub prioris faſciæ ſinum agatur, inde obliqua ad verticem, per id, quod inter ipſum & frontem eſt, ducatur, poſt hæc ad occipitium, dein ſub infima auricula dextra inter frontem & verticem, ſub infima auricula ſiniſtra rurſus ad occipitium reuertatur. Nos verò, vt fideliùs contineatur, alium quoque ambitum per frontem adijcimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Thais alia ſine auctore. X.

Tholo obuoluto, faſciola, quæ digiti latitudinem æquet, vel etiamnum anguſtior ſit, orſa ab occipitio recta ad ſummum caput, & ad frontem, per id quod inter ipſam & verticem eſt, adduci debet, ibiq; duplicata rurſus ad occipitiũ porrecta conuerti, atq; inde per dextram capitis partem ad verticem, & inter ipſum & frontem procedere, deinde ad ſiniſtrum tempus demitti, quà duplicanda eſt, & per partem priùs obuolutã ad dextram capitis attrahenda, inde ſimiliter duplicata ad tempus, quod tertiò fiat, vt tres ſinus duplicatæ faſciæ cincinnorum imaginem referãt, ſed poſtquam tertiò ad dextram occipitij partem ventum fuerit faſciola ad ſiniſtram partem conuertenda, vt æquè in altero tempore conſpiciatur, poſtremò, vt benè priores ambitus teneat, fronti circumagenda.

Diſcrimen. XI.

Ad eoſdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, inijcitúrq; hoc modo. faſciæ, quod ſatis eſt, à facie dependeat, & reliqua eius pars ad ſummum caput, per id quod inter ipſum & frontem eſt, feratur, inde ad occipitium, ibíque tradatur miniſtro continenda, poſt hæc conuerſa circa frontem detur, quo facto caput à facie pendens, per partem primò iniectam, rectè ad verticem, per id, quod inter ipſum & frontem eſt, procedat, inde ad occipitium, ibíque finiatur.

Scaph

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Scapha, seu Tholus Diocleus.

XII.

Rectè datur, vbicunque coniungere diducta necesse est, vel quòd ob diutinum materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, vel quòd frons alioquin vulnus acceperit. Obuoluitur autem hoc modo. fasciam ab occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, vel sinistra, prout ab hac vel illa priùs ducendam æstimabimus, inde ad tempus adiunctum, ab eóque transuersam inter frontem & verticem, porrigimus ad alterum tempus, inde sub infima auricula ad occipitium, quà caput priùs superiniectum adstringimus, dein super aurem fronti circundamus, sic, vt ambitus hic, illi subijciatur, qui inter frontem & verticem procedit, ac vterque è regione alterius, ab interiori parte sit resimus, tum quoties opus est eodem modo circunagimus.

Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam suturam, quæ ad aures per verticem tendit. sic, vt alter ambitus super suturam sit, alter infrà, & vterque ab interiori parte sit resimus, inferior autem sursum procedere debet, superior verò deorsum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Thais ſub incerto auctore.

XIII.

Illis idonea eſt, quibus quod inter frontem & verticem eſt ac proximas partes, conuenit deuincire. Eam ſic admoueto, vbi ſemirhombum inieceris, ſic tamen, vt faſcia frontem non complectatur, ipſam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito, ibíque conuertito, facitóque, vt circa frontem lunæ figuram imitetur, & cornua ſurſum ſpectent, ima parte ſita inter ſupercilia: poſt hæc ab altera parte verticis ad occipitium ducito ſicq́; circa frontem attrahito. huiuſmodi vinculum præter eam, quam ſemirhombus affert vtilitatem, eſt etiam aliquo modo ſpecioſius.

Glaucij vinculum ſuperimpoſitum, vel additum.

XIIII.

Ad eoſdem confert, ad quos vinculum ad caluariam, ſed huic magis fidendum. igitur, vbi vinculum ad caluariam adhibitum eſt, aliud ſuperiniĳcito, cui nomen eſt lepus ſine auribus, ne longum faciam.

Regium. XV.

Idem efficit, quod Thais ſub incerto auctore, nimirum, quod inter frontem & verticem eſt, ac proximas partes, deuincit, cuius hæc ratio eſt. faſciæ quantum ſatis eſt dependere à facie ſinimus, quódque ex ea reſtat, inter frontem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

& verticem rectà ad occipitium trahimus, inde conuersam sub ima aure inter frontem & verticem obliquè ad occipitium, ab hoc obliquè item ad id contrariæ partis, quod inter verticem & frontem est, tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus, deinde caput, quod à facie pendebat, ad frontem attrahimus, térq; ibi replicamus, sic, vt sinus ad similitudinem graduum, se excedant, quos postremò comprehendimus fascia circa frontem obuoluta.

Capistrum, quod dimidiatum, vel ad alteram partem dicunt. XVI.

Expeditißimum est, vbi maxillam seu vulneratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris aliúmve morbum oportet ab altera parte vinciri. fascia ab occipitio orsa, obliqua per verticem, & inter ipsum & frontem per tempus ferri debet ad malas, inde sub mẽto & ima aure alterius partis ad occipitium, deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuerti, atque ad eandem rationem, quoties opus est, circuire. Tunc verò commodum ita circundatur, quum à superiori parte deorsum deligandum est, sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mentúmque procedat, tum per malas ducatur, & obliqua inter frontem & verticem ad occipitium, dein sub mentum circunagatur, postremò frontem ambiat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Capiſtrum ad vtranque partem.

XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel vtrinq; ſuo loco mota eſt, vel alio quopiam tenetur, ex iis, quæ dicta ſunt in capiſtro ad alteram partem. faſcia occipitio primùm iniecta, obliquè per verticem & inter ipſum & frontem ad malas porrigitur, demiſſáque ſub mentum maxillam, & malas ab altera parte amplectitur, inde inter frontem & ſummum caput per partem priùs iniectam in ſpeciem literæ X. ad occipitium reuertitur, & ſub imis auribus ac mento rurſus ad occipitium data, nouiſſimè frontem complectitur.

Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


XIX


XVIII


XXI


XX


XXIII


XXII

Idem ab inferiori parte sursum. XVIII.

Ab occipitio ordiatur, & sub infimã auriculam, ac sub mentũ detur ad malas, inde obliquè per summum caput ad occipitiũ tendat, ab eóq; sub infima auricula alterius partis, & sub mento demittatur, tum ad malas, post hæc obliquè inter frontem & verticem ad occipitium ducatur, & fronti posteà circundetur.

Idem in vtranq; partem ductum à superiori parte deorsum. XIX.

Media fascia cõplecti occipitium oportet, capitáq; eius per verticẽ obliqua inter ipsum & frontem porrigere, sic vt X. literam repræsentent, deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitiũ reuerti, post hæc circa frõtem obuolui, & ad occipitium adducta sub mentum demitti, postremò ad occipitiũ per frõtẽ circuire.

Idem aliter. XX.

Media fascia super frontem detur, capitáq; eius ducantur ad occipitiũ, ibíq; figurã accipiãt literæ X. post hæc sub imas aures ac mẽtum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mentum, nouißimè per frontem circundentur.

Aliter. XXI.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentúmq; attrahẽda sunt, tum per malas, quod superest eodem modo obuoluẽdum, quemadmodum in ea, quæ proximè posita est.

Capist

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo vinciuntur, quæ iuxta aurẽ sunt, & maxillæ processum. XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculam ad tempus, atq; inter frontẽ & verticem obliquè ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpiúsq; ad eãdem rationem circũeat. quo modo procedere debet, cùm ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur, incipiat ab occipitio, & obliquè per verticẽ & inter ipsum & frõtẽ ad tẽpus procedat, ab eóq; sub imã aurẽ ad occipitiũ reuertatur, deinde frõtem ambiat.

Quod alij leporem sine auribus, alij semirhombum vel nauiculam dicunt, ad vtranq; partem, cõmodissimè ad frontem, & ex parte etiam ad id, quod inter ipsum & verticem est, adhibetur.

XXIII.

Occipitio primùm fasciam inijcimus, ab eóq; sub infimam auriculam ad tẽpus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus, inde circa frontem iuxta angulum oculi tempori propiorem, & inter frontem & verticem obliquè ad occipitium, inde obliquè inter verticem & frontem, parti priùs iniectæ aduersam sic, vt ibi X. literam repræsentet, post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremò circa frontem.

Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



XXV



XXIIII



XXVII



XXVI



XXIX



XXVIII

Idem in vtranque partem, ductum à superiori parte deorsum.

XXIIII.

Media fascia occipitium amplectitur, capitáque eius per verticem inter ipsum & frontem adducito, sic, vt ibi X. literam repræsentent, inde sub imas aures ad occipitium, post hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. XXV.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtranq; partem ducitur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verticem ab occipitium reuertitur, deinde frontem comprahendit. quibusdam placet hanc sub mentum quoque circunagi.

Vinculum à superiori parte iunctum.

XXVI.

Capistrum rectum ad vtranq; partem adhibemus, fasciámq; non ampliùs sub mentum, sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, & super eam suturam attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum.

XXVII.

Eadem ratione obuoluitur, atq; id, quod à superiori parte iunctum inscribitur, nisi quòd fertur etiam sub mentum.

Perigenis galea gladiatoria. XXVIII.

Aptißima est, vbi caput ac malæ pluribus locis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

locis vulnus acceperunt. capistrum obliquum ad vtranque partem inijcitur, dein Glaucij scapha, post hæc rursum capistrum ad vtramque partem. nonnulli, vt vinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod κεφαλὸν appellant, parantes assuunt. adhibetur item & alio modo sine obliquo capistro, & fascia per malas minimè porrecta.

Galea aliter ad eosdem.

XXIX.

Fasciæ quod satis est à fronte dependeat, reliqua ad occipitium recta ducatur, & eatenus obuoluatur, vt rectum capistrum efficiens totas genas et caput cōplectatur, quo facto, caput quod à fronte pendet, sursum conuertendum est, & rectè per verticem ad occipitium attrahendum, ac si placeat, sub imas quoque aures adducendum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



XXXI



XXX



XXXIII



XXXII



XXXIIII



XXXIIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Lepus auritus. XXX.

Sic appellant ſemirhombum, vbi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris cauſa datur, vel vt caput contineat, vbi propter aliquem faciei affectum pertractare id oporteat. ſi decoris cauſa, auriculæ breues ſint, & in medio frontis, nam ſic animalis imaginem referunt: ſin vt contineant, in medio ſimiliter, & magnæ, vt digiti in earum ſinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. XXXI.

Hac ratione obuoluitur. ex altera parte faſciæ laqueus fit paſtoralis, vel qui duos habens ſinus nominatur (quos ſæpius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti inijcitur, ſuper quem deinde ſemirhombus, vel nauicula circumligatur.

Simplex oculus, vel tenue vinculum ocularium. XXXII.

Faſciam ab occipitio orſam ducimus per verticem inter ipſum & frontem, inter ſupercilia, ad oculum ſic, vt ipſum contegat, inde ſub infimam auriculam ad occipitium, poſtremò circa frontem.

Idem ab inferiori parte ſurſum. XXXIII.

Ab occipitio initium ſumit, & per ſummū caput inter ipſum & frontem inter ſupercilia ad oculum, tum ſub infimam auriculam ad ocu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lum, inter frõtem & verticem agitur, post hæc ad occipitium, & circa frontem.

Duplex oculus à superiori parte ductus. XXXIIII.

Orditur ab occipitio, & per summum caput, atque id, quod inter ipsum & frontem est, inter supercilia fertur ad oculum, tum sub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter supercilia inter frontem & verticem ad occipitium, posteà circa frontem.

Potest etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte sursum circumdari.

Duplex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



XXXVI



XXXV



XXXVIII



XXXVII



XL



XXXIX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Duplex in vtramque partem ductus à superiori parte deorsum. XXXV.

Media fascia ab occipitio orsa, ducere capita oportet inter frontem & verticem, atque inter supercilia, sic, vt ibi X. literæ figuram accipiant, tum ad oculos, atque inde sub imas aures ad occipitium & circa frontem.

Aliter XXXVI.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad occipitium dentur, inde admodum literæ X. similiter, atque in superiori vinculo procedant:

Oculus rectus ad alteram partem. XXXVII.

Orsi ab occipitio fasciam per summum caput, & inter ipsum & frontem directà ad oculum ducimus, inde per eam partem, qua maxilla cum malis committitur, sub mentum, & sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Duplex ex eodem ductus. XXXVIII.

Priusquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum, trahi debet, tum rectà, quà maxilla cum malis committitur, sub mentum, ab eóque sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Idem ab inferiori parte. XXXIX.

Fasciam ab occipitio orsam ducito sub infimam auriculam, ab eáque sub mentum, & quà maxilla cum malis committitur, ad oculum,


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

lum, inde inter frontem & verticem ad occipitium, post hæc sub infimam auriculã, sub mentum, quà maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito, tum inter supercilia super partem prius iniectam ad modum literæ X. inter frontem & verticem ad occipitium porrigito, & circa frontem nouissimè circumdato.

Idem in vtramque partem ductus. XL.

Fascia media non secus ac in ea, quæ obliqua oculum vinciebat, occipitio inijciatur, capitáque à superiori parte, vel inferiori attrahantur, potest etiamnum media fascia sub mento incipere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Linteum ſciſſum ad naſum. XLI.

Faſcia eatenus lata eſſe debet, vt naſum complectatur, longa verò, vt duplicata à naribus ad occipitium perueniat. Orſam igitur ab occipitio rectà per verticẽ & inter ipſum & frontem ad medium naſum adducimus, & quod ex ipſa ſupereſt à facie ſinimus dependere, quod rectum in duas partes ſcindimus, vſque dum ventum ſit ad ſuperius labrũ. quo facto alteram faſciolam mediam, ab imo naſo orſam ſuper eam, quæ ſciſſa pendet à facie, in vtranq; partẽ, ſub imas aures ad occipitiũ ducimus, ſuper partem primò iniectam, ſic, vt ibi X. literam repræſentet, miniſtróq; tradimus, deinde partes ſciſſas à facie conuertimus ab vtraque parte naſi inter ſupercilia, vt ibi literæ X. ſimilitudinem accipiant, ac per ſummum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cũ priori capite iungimus, ſuper quas deinde capita à miniſtro contenta circa frontem attrahimus, ſic, vt à latere nodo vel fibula inter ſe vinciantur.

Funda ad naſum ex quatuor capitibus. XLII.

Scindendum linteum eſt in partes quatuor, mediúmque integrum relinquendum, quà vincire debet imum naſum. ex capitibus verò, quæ ſuperiora ſunt, pendere deorſum oportet, inferiora per genas primùm ad angulos oculorũ temporibus propiores procedere, inde inter frontem

& verticem ad similitudinem X. literæ inter se commissa à ministro contineri, reliqua duo sub imas aures ad occipitium demitti, ibíque literæ X. similitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro teuebantur, in occipitio desinere.

Eadem ex tribus fasciolis. XLIII.

Vna media inijcitur sub imo naso, capitáque eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frontem & verticem ducuntur, ibíque aduersa ad imaginem literæ X. à ministro continentur, altera media datur super imum nasum, & in vtramque partem ducitur ad occipitium, ibíque accipit nodum cum capitibus à ministro contentis, tertia orditur à fronte, & capiti circumdata à latere deligatur.

Eadem ex duabus. LXIIII.

Vna sub imo naso dari media debet, capitáque eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter se aduersa in speciem literæ X. ministro similiter tradi: altera media inijci super imum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi X. literæ similitudine accepta per frontem circumagi, & à latere deuinciri.

Nasus







Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Nasus ex binis fasciolis. XLV.

Vna super nasum in longitudinem detur, dimidiáque pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitiũ porrigatur. sed alterius medium dandum est sub imum nasum, capita verò sub infimas auriculas ad occipitium ferenda, vbi debent literæ X. similitudinem accipere. post hæc prioris fasciæ quod à fronte pendet, sursum conuertendum, & super partem primò volutam recta per verticem ad occipitium demittendum. quo facto, capita quæ ibi literæ X. figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circundata fuerint, finienda sunt.

Accipiter ad nasum ex tribus fasciolis. XLVI.

Vna sub imo naso media incipit, cuius capita vtrinque iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ X. inde ad summum caput atque occipitium dantur, ibíq; continentur: altera media super imum nasum obuoluitur, capitáque eius sub infimas auriculas ad occipitium demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quæ continebantur, vinciuntur: tertia media à fronte orditur, & in vtranque partem circumacta à latere capitis finitur.

Idem ex binis fasciolis. XLVII.

Prior fascia perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitio ad literæ X. similitudinem inter se aduersa, vbi frontem

comple

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

complexa sunt, finiuntur: illius verò sub his comprehenduntur, vel ipsa quoque in occipitio in speciem literæ X. inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibíque inter se alligantur.

Fascia glomerata ad idem.

XLVIII.

Fasciæ pendere tantum à facie sinito, quātū à naribus posſit ad occipitium peruenire, reliquā eius partem rectà per nasum, inter supercilia ad frontem & verticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibíque conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendentem, inde sub infima auricula alterius partis ad occipitium ducito, ibíque contineto, post hæc caput, quod à facie pendebat, rectà super partem priorem volutam, ac occipitium dato, sic, vt à reliqua fascia comprehendatur, quam postremò circa frontem adducito, & ad occipitium reuersam à latere capitis deuincito.

Funda. XLIX.

Orsa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi tempori propiorem, inde per genā ad imum nasum, ab eóque ad genam similiter alterius partis, oculi angulum tempori propiorem inter frontem & verticē, ad summū caput fertur priori parti aduersa. post hæc ad occipitiū demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitium


cipitium reuertitur, nouissiméque fronti obuoluitur.

Eadem aliter. 1.

Fasciam occipitio primùm iniicimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atque angulum oculi tempori propiorem adducimus, ab eóque sub imum nasum, atque infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibíq; conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariæ partis, post hæc ad occipitium, deinde sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitium, postremò circa frontem obuoluimus.

Amin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1













Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Amintæ vallum. LI.

Orsi ab occipitio, fasciam obliquè per verticem ducimus, atque inter ipsum & frontem inter supercilia, inde à latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem rectà ad proximam narem, inde quà maxilla cum malis committitur, attrahimus, tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eóq; per verticē obliquè inter ipsum & frontem, atq; inter supercilia porrigimus, priori parti aduersam in speciem literæ X. post hæc à latere nasi ex contraria parte & quà, maxilla cum malis committitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium, inde fronti circundamus, post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculā atq; occipitium. præter hæc nonnulli quoq; mentum complectuntur. Adhibetur autem commodißimè, vbi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est.

Phaleræ, seu vallum. LII.

Ab occipitio inchoatur, & obliquè per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia, inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad occipitium, ab eóq; per contrariā partem sic, vt inter supercilia literæ X. figuram accipiat, tum obliquè inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde sub

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſub infimam auriculam, per medium naſum, atq; alteram infimam auriculam, item ad occipitium reuertitur, poſt hæc circa frõtem agitur. Quidam, vt ſpecioſius vinculum efficerent, per eam quoque ſuturam, quæ ad aures per verticem tendit, circuire voluerunt. Poteſt etiam, ſi res poſtulat, faſcia duci in vtranque partem. huic & ſuperiori eadem vis eſt.

Menecratis accipiter. LIII.

Faſcia primùm occipitio detur, & rectà per verticem inter ſupercilia tẽdat iuxta angulum oculi naſo propiorem, & ab altera nare ſuper imum naſum feratur iuxta alterũ angulũ naſo propiorẽ, & inter ſupercilia, vt ibi ſimilitudo literæ X. fiat, poſt hæc recta iuxta partem priùs volutam ad occipitiũ reuertatur, ibíq; conuerſa ſub infimam auriculã, & ſuper imum naſum, ac ſub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitium adducatur, & fronti nouiſsimè circundetur, quam agere etiam licet ſuper eam ſuturam, quæ ad aures per verticem tendit. Nonnulli, vt elegantius vinculum reddant, adijciunt ſemirhombum, cuius rationem ſuprà indicauimus.

Amintæ vallum ad naſum in alteram partem declinatum.

LIIII.

Faſciam ab occipitio orſam rectà ad ſummum caput adducito, deinde inter ipſum & frõ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

tē,atq; inter ſupercilia ab altera nare ſub imum naſum attrahito,inde ſub imam auriculam alterius partis,& ſuper imum naſum, ab eóque ſub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.

Hippocratis vinculum adducens. L V.

Idem præſtat, quod proximè poſitum. ſic autem obuoluitur. membranula palmæ longior accipitur, cuius vnum caput glutine vel gummi illitum naſo agglutinatur ab ea parte, in qua iacet: alterum ſub imam aurem ad occipitium adducitur, ab eóque ad frontem, quà ſimiliter agglutinatur.


Ad aures linteum ſciſſum in quatuor partes. L V I.


Medium auriculam complectatur, ex partibus verò ſciſſis, quæ ſuper auriculam ſunt, vbi X. literæ figuram acceperint, vna per frontem, altera per ſummum caput, ad occipitium porrigantur, tum quæ per frontē procedebat, quà X. literæ ſimilitudo eſt, attrahatur, quæ per verticem, ad frontem ducatur, & à latere capitis ambæ inter ſe vinciantur, ſed partes ſubiectæ aduerſæ inter ſe procedant, & altera per poſteriorem partem, altera ſub mentum detur ad occipitium, ibíque nodum accipiant.

Auris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1














Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Auris ex fascia glomerata. LVII.

Fascia post læsam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, vt ex parte eandem includat, inde inter frontem & verticem attrahi non longè à fronte, tum per priorem partem prope alteram aurem ac sub mẽtum ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad posteriorem partem integræ auris, & sub mentum, atque infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium.

Aliter. LVIII.

Occipitio primùm iniicitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atque inde sub mentum, & sub infimam aurem ad occipitium, deinde obliquè super aurem, post hæc circa frontem.

Linteum scissum in partes sex ad regionem iuxta aurem. LIX.

Medium super locum vinciendum iniicimus ex partibus verò aliis à ceruice dependentibus aliis super caput collocatis, eas, quæ à priori parte sunt, inter frontem & verticem nodo inter se deuincimus, medias verò in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus, posteriores ad occipitium adductas, vt X. literam referant, circa frontem agimus sic, vt à latere capitis finiantur.

Iunct

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Iunctura ad malas ex tribus fasciis.

L X.

Vna media inter frontem & verticem inijciatur, capitáque eius per malas sub mentum demittantur, ab eóque per malas iuxta priores partes inter frontem & verticem procedant, ibíque inter se colligentur, quòd si oculos quoq; deuincire volueris, ducantur non iuxta priorem partem, sed per oculos, tum inter frontem & verticem data in speciem literæ X. ad occipitium adducantur: altera fascia media inter frontem & verticem orsa in vtranque partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium nasum amplectatur, capitáque eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibíq; X. literæ similitudine accepta per frontem circumeant, & nodo à latere capitis vinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quę inter supercilia est ex fascia glomerata.

L XI.

Dari primò super occipitium debet, post hæc rectà duci ad frontem & inter supercilia, deinde ad occipitium reuerti, & postremò per frontem circumagi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


D
H
E
L
K
F
G
C B
LXVI


LXIII


4
LXVIII


G
F
LXVII




LXX

Funda ad labrum inferius ſciſſa in partes quatuor. LXII.

Medium, quod integrum eſt, inijcito ſuper labrum inferius, ſuperiores verò partes ad mentum adducito, atq; inde ad occipitium, ibíq; in ſpeciem literæ X. altera ſuper alteram excedente, ad ſummum caput, & inter ipſum & frontem attrahito, miniſtróq; tradito, reliquas verò binas partes ſub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atque ad formam literæ X. ad frontem attrahito, & has, & quæ à miniſtro continebantur, inter ſe deuincito.

Eadem ad labrum ſuperius. LXIII.

Media ſuperius labrum complectitor, inferiores partes iuxta angulos oculorum temporibus propiores adducito inter frontem & verticem, vt ibi X. literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito, reliquas duas partes ſub infimas auriculas ad occipitium attrahito, ibíq; inter ſe aduerſas circa frontem agito, & inter ſe deuincito.

Faſcia glomerata ad labrum inferius. LXIIII.

Orditur ab occipitio, & ſub infima auricula fertur ad labrum inferius, ac ſub infima auricula reuertitur ad occipitium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Eadem in vtranque partem ducta.

LXV.

Media labrum complectitur, capitáq; eius sub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circundantur.

Alia. LXVI.

Incipimus ab occipitio, & sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eóque sub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frontem ad tempus porrigimus, ab eóq; per malas sub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & verticem in speciem literæ X. inde ad occipitium, postremò circa frontem.

Ad labrum superius. LXVII.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum superius, ab eóque ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiorem, tum inter frontem & verticem super partem prius iniectam ad imaginem literæ X. inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem à medio orsa. LXVIII.

Media superius labrum complectere, capitáque iuxta tempora, oculorúmq; angulos temporibus propiores porrige, inde inter frontem & verticem, vt ibi X. literam referant, tum ad occip

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ad occipitium, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.

Funda scissa in partes quatuor ad occipitium. LXIX.


Media occipitium comprehendit, ex partibus verò, quæ subiectæ sunt per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem feruntur, ibíque inter se deligantur. reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, vbi ad modum literæ X. altera super alteram excedit, quòd si breuiores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur.


Quum de vinculis tam simplicibus, quàm compositis, quæ faciei & capiti conueniunt, abundè dixerimus, proximum est, vt ad reliqua pergamus.


Iunctura ad mentum EX SORANO. LXX.


Fasciam ab vtroque capite scindentes, sic, vt medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, rectà per malas inter frontem & verticem porrigimus, superiores per mentum transuersas ad occipitium attrahimus, nodóque inter se alligamus. prodest autem quibus deuincire mentum conuenit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1









Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Spica Glaucij. Nunc GALENVS.

LXXI.

Nomen inuenit à ſpica, quam ſuo ambitu imitatur, maximè autem proficit, vbi iugulum fractum eſt, aut humerus excidit. eius ratio eſt. Hapſus lanæ mollis ab ea parte, quæ vincienda eſt, alæ ſubijcitur, donec id cauum compleat, poſt hæc faſcia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorſum tendit, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, inde ſub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, ita, vt ibi X. literam repræſentet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis, inde per dorſum obliqua ad iugulum, ita vt parti priùs obuolutæ aliquantulum inſidat, ab eóq; ſub ala iterum datur ad iugulum, ſic, vt ſecundò ſimilitudo X. literæ fiat. poſtremò ad alam integræ partis, atq; ad eandem rationem circumagitur.

Eadem media primùm iniecta.

LXXII.

Adhibita ſpica brachium figurandum eſt ad angulum rectum, atque altera faſcia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda ſunt, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, atque ibi in ſpeciem literæ X. aduerſa inter ſe ad alam integræ partis attrahenda, poſt

hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

hæc per latera atque affectum humerum circundanda eatenus, vt omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.

Eadem in vtranque partem ducta.

LXXIII.

Media alam affecti humeri complectitur, & in vtranque partem ducta, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur X. literæ figuram accipit, inde obliquè pars vna per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.


Geranis (ita enim appellatur à gruis similitudine) Hippocratis, siue (vt aliis placet) Perigenis.


LXXIIII.

Iisdem conuenit, quibus spica. in hunc autem modum obuoluitur, vbi spicam iniecerimus, semel circa humerum dari fascia debet, inde ad iugulum procedere tum obliquè ad alteram alam, atque ibi desinere.


Fund

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1





LXXV LXXVI





LXXVII LXXVIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Funda humerum complectens, quæ idem præstat atque Geranis.

LXXV.

Spicam adhiberi priùs conuenit, tum ab ea parte quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, faſciam ſemel rectà ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum ſit, atque inde rurſus ad eam partem, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, deinde ad alam integræ partis, poſt hæc humero & lateribus circundari, & ſub ala nodum accipere.

Eadem aliter. LXXVI.

Media vitiati humeri caput amplectatur, capitáque eius rectà ducantur ad brachium in vicinia cubiti, & rurſus iuxta partes priùs iniectas, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe coniungitur, inde ad alam integræ partis, poſt hæc in orbem.

Aliter. LXXVII.

Media circundanda eſt alæ integræ partis, capitáque eius in orbem ad latera atque humerum attrahenda, tum ſub ala integræ partis iterum demittenda: inde obliqua ducenda ſunt ad eum vitiatæ partis locum, vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, deinde rectà per humerum ad cubitum, ab eóque rurſus ad eam partem, quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, inde ad alam integræ partis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


partis, postremò in orbem circa humerum.

Spica duplex, quam alij quadrigam dicunt. LXXVIII.


Commodißimè iniÿcitur, quum vtrunque humeri caput malè habet. eius ratio hæc est. vbi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atque ad eam partem, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, sic, vt ibi X. literam referat, deinde ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.

Cap


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1




LXXIX



LXXX



LXXXI



LXXXII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Cataphracta. LXXIX.

Nomen habuit à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicunt, prodest autem quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum, aut latera, quod vinculi aliqua ex parte duplicem spicam repræsentat, sic autem obuoluitur. Alæ primò circumdatur, tum obliquè per pectus ducitur prope illam regionẽ, vbi iugulum cum osse pectoris committitur, inde per ceruices ad latum scapularum os humeri contrarij atque ad alam subiectam, ab eáque ad ceruices super partem prius iniectam, ità, vt prope ceruices similitudo X. literæ fiat, post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atque ad alam, ab ala ad ceruices, vt in vertebra colli X. literæ figuram accipiat, deinceps sub ala & obliquè prope eam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, vt hîc quoque similitudo X. literæ fiat, & iuxta ceruices & super latum scapularum os, & sub alà, vt quater X. literam repræsentet, nimirum semel à priore parte, semel à posteriori bis prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit, deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, vt tota iunctura thoracem referat.

Eadem in vtramque partem ducta. LXXX.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & in

vtramque partem ferri ad proximum iugulum. sic, vt prope ceruices X. literam referat, deinde obliquè porrigi ad contrariam alam, ab eáque ad proximũ iugulum, vt ibi prope ceruices fiat similitudo literæ X. inde ad alteram alam obliquè, postremò in orbem circa pectus.

Sostrati vinculum rectum ad alam & pectus. LXXXI.


Maximè conuenit, vbi medium pectus, vel dorsum aut latera, seu thoracem volumus deuincire: duas igitur fasciolas iustæ longitudinis humerorum capitibus iniicimus, earúmque capita recta sinimus dependere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obuoluimus, & latera: vt cõtegantur, extremámque fasciam nodo alligamus: capita verò, quæ & à priori & à posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac si longiora fuerint, sursum conuersa, quà iugulum cum lato scapularũ osse committitur, inter se colligamus.

Vinculum in speciem literæ X. ad alam & pectus. LXXXII.


Quas proximè posui fasciolæ, non rectæ, sed obliquæ dependeãt, ita, vt tam à pectore quàm à dorso similitudo X. literæ fiat, cætera eadem fieri debent, quæ, vbi rectè adhibentur.

Amintæ


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1




LXXXIII



LXXXIIII



LXXXVI



LXXXVII

Amintæ thorax. LXXXIII.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadem vis est, sic autem fasciatur, imposita cataphracta ad vtrăque partem ducta, vbi fasciia eatenus circuierit, vt vsque ad vmbilicum complexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent. sic, vt lupus laqueus fiat, quódque ex his vltra laqueum relinquitur, ad ilia vtrinque adductum prioribus circuitibus inseritur, sic, vt extremum pendeat, quod quatuor digitorum longitudinem æquet, quo fit, vt thoracis fimbrias repræsentet.

Thorax ad idem X. literam repræsentans. LXXXIIII.

Fasciam ilibus primùm à dextra parte iŋcito, & obliquè per latus & medium pectus trahito ad humeri caput, ab eóque ad alam, atque iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X. literæ, post obliquè per dorsum ad ilia super caput primò iniectum, deinceps per ventrem ad ilia sinistræ partis in orbem circumducito, deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, vt ibi eiusdem literæ similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum, post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circumagito sic, vt ibi similitudo X. literæ fiat, post hæc per medium pectus ac latus obliquè ad ilia sinistræ partis, nouissimè in orbem circumdato, atque ad eandem ratio-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

nem voluito, dum quæ liganda ſunt, omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen eſt thorax X. literam repræſentans debet anguſtior faſciola dari in orbem ſemel aut iterum circa pectus & dorſum, & extremo capite fibula deuinciri.

Geranis in ſpeciem fiſcellæ. LXXXVI.

Idem poteſt, quod cataphracta, eius autem ratio eſt, à dorſo incipit, & obliquè per ſcapulas ad eam partem procedit, vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, inde ſub ala demiſſa eodem reuertitur, vt ſimilitudinem X. literæ ſuper eandem commiſſuram accipiat, poſt hæc obliqua per mammam ad vmbilicum, ibíque conuerſa obliquè trahitur ad alteram mammam: atque ad eam partem, vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, vt ibi literæ X. figuram accipiat, deinde per dorſum demittitur, & in orbem datur circa latera, atque ad eandem rationem circuit.

Stella à poſteriori parte ſe oſtendens. LXXXVII.


Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorſum oportet, ſic autem circumdatur, ab ilibus orſa puta ſiniſtræ partis, per dorſum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eáque per latum ſcapularum os ſiniſtræ partis ad


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

alam atque humeri caput, dehinc obliquè per dorsum feratur priori parti aduersa, post hæc semel aut iterum in orbem circa ilia detur, eóque ambitu extrema pars contineatur. Eandem quoque sic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur, id quod fit, vbi non à priori parte, sed à posteriori æquè circumeat.

Vinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Vinculum quod à fulmine κεραύνιος appellatur. LXXXVIII.

Idem efficit, atque illud, quod proximè positum est, fasciam iustæ longitudinis atque latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit, ex capitibus verò vnum à ventre, alterum à dorso patimur dependere, post hæc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax X. literam repræsentans, imáque capita prioris fasciæ scissa in plures partes pendere sinimus.

Simplex vinculum ad ceruicem. LXXXIX.

Commodissimum est, vbi res poscit alteram ceruicum partem alligari, incipit autem à medio latere, & per dorsum fertur ad ceruicem & pectus, post hæc ad latus super caput primò iniectum, deinde per thoracem in orbem.

Duplex XC.

Fascia primùm alæ circumdari debet, tum obliquè per dorsum ad ceruicem procedere, inde ad pectus, & alam atque alteram alam, post hæc obliquè per pectus ad ceruicem ita, vt ibi X. literam repræsentet, deinde obliquè per dorsum ad alam, ac postremò in orbem circumagi, atque ad eandem rationem circuire.


Cuspis, siue hamus. XCI.

Binæ fasciolæ, quæ & longitudinem conuenien


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

uenientem habeant, & duorum digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorũ capita complexæ dependent, & tam à dorſo, quàm ab vmbilico X. literæ figuram accipiunt, poſt hæc fibula inter ſe iunguntur, quo facto obuoluitur Geranis in ſpeciem fiſcellæ.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1




XCII



XCIII



XCIX



C

Rhombus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Rhombus simplex. XCII.

Iisdem prodest, quibus proximè adscripta, conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex Geranide, antè dictis.

Rhombus duplex ad idem. XCIII.

Fascia ab ilibus orsa obliqua per iugulum fertur ad latum scapularum os, inde ad alā, ab eáque ad iugulum ita, vt quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, referat similitudinem literæ X. post hæc transuersa per collum ad alterum iugulum, tum sub ala demittitur, atque ad idem iugulum reuertitur, vt ibi quoq; similitudo X. literæ fiat, inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia contrariæ partis sic, vt in pectore eandem literam referat, posteà in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorsum tendit, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde ad alam demissa eodem reuertitur, tum transuersa per priorem partem quà iugulum cum osse pectoris, & quà cum lato scapularum osse committitur, & obliqua per dorsum ad ilia, postremò in orbem. Cùm hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel simplex vinculum, ad ceruicem, vel etiam duplex.

Sostrati λαγχύνιος. XCIIII.

Proficit vbi medium pectus & dorsum deligandum est, sic autem obuoluitur. duo iniici vincula oportet, & quod cuspis & quod stella nuncupatur, tantummodo capita, quæ in stella per

per fibulam inter ſe iungebantur, ad ilia adduċta dependent.

Apollonij iunioris ἡμιμεgαύνι@.

XCV.

Faſciolas, quas in cuſpide adhibuimus, ad humerorum capita damus, tum duplex vinculum ad ceruices inijcimus, deinde geranida in ſpeciem fiſcellæ.

Soſtrati parua ara. XCVI.

Specioſa eſt, ſiquidem obuoluta paruæ aræ angulos repræſentat. Primùm deligetur vinculum ad ceruices, deinde geranis in ſpeciem fiſcellæ, quo facto adijcitur vinculum Soſtrati ad pectus cum faſciolis ſuſpendentibus.

Eiuſdem paruum templum. XCVII.

Hoc etiam & decorum eſt, & idem proficit. recto vinculo Soſtrati impoſito, illud inijciendum eſt, quod Quadriga nominatur.

Apollonij Thirij paruum templum. XCVIII.

Binæ faſciolæ ſuper dorſum dantur, quemadmodum in vinculo recto Soſtrati ad pectus, poſteà ſimplex rhombus circumagitur.

Geranis in ſpeciẽ fiſcellæ in priori parte ſe oſtendens. XCIX.

A latere orſa obliqua per pectus eo ducenda eſt, vbi iugulum cum lato ſcapularum oſſe cõmittitur, inde ſub alam, ab hac eodem reuerſa per collum tranſuerſa ducenda eſt ad commiſ-

ſura


suram iuguli alterius partis cũ lato scapularum osse, deinde sub ala à priori parte versus posteriorem ad eandem cõmissuram porrigenda, inde obliqua per pectus, & postremò in orbem circa ilia. idem quoque vinculum à posteriori parte se ostendet, si circuitus, qui à priori parte fuerant in posteriori collocemus, & eos, qui à posteriori, in priori.

Auriga. C.

Valet ad latera deliganda, atque ad hunc modum iniicitur. Media fascia collum comprehendimus, capitáque obliqua per pectus attrahimus, ibíque inter se implicata sub alas adducimus ad dorsum, vbi rursus implicamus, atq; ita, donec totum thoracẽ deligauerint, modò à posteriori, modò à priori parte implicamus, extremáque inter se deuincimus, quo vinculo vtũtur aurigæ ad latera continenda.

Expositis fasciis, quæ thoraci accommodantur, proximum est, vt ad reliquas pergamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1





CI





CII

CIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

EX HELIODORO.

Assuta fascia ad mammam. CI.

Fasciam, cuius longitudo ac latitudo sit pro portione hominis duplicamus, tum initio facto à medio eius partis, quæ duplicatur, summus deorsum obliquè tendentes, deinceps omne id, quod super suturam est, excidimus, vt pilei modo sinus fiat, qui mammam, & quod superiniectum est, capiat. vtrunque huius fasciæ caput in duos scindimus, deinde ab altera parte sinus, quæ cōtra suturam est, & veluti labrum lintei, fasciolam latam circiter digitos duos à latere suimus sic, vt alterum caput longius sit, breuius alterum, quæ fasciola cingulus dicitur. vinciendi ratio est. sinus datur ad mammam, vt ipsam comprehendat, longius verò cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodum accipit. ex capitibus scissis priora duo sursum ferūtur ad ceruices, ita, vt dexteriori sinistrum, sinisteriori dextrū procedat, pendereque sinatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.

Glomerata fascia ad mammam.

CII.

Longioris fasciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum vsus requirit, caput in duas partes scissum detur iuxta integram mammam, fascia verò per dorsum obliquè ad vitiatā mammam procedat, ab eáque ad alteram, post hæc

super-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ſuper dorſum, inde ad affectam mammam à ſuperiori parte deorſum porrigatur, vt inter vtranque mammam X. literæ figuram accipiat, ſæpiúſque ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda ſunt, omnia cõtegãtur. extrema verò faſcia ſcindatur, tum ſciſſæ partes inter ſe vinciantur altero nodo ſub integra mamma, altero ſuprà collocato.


EX SORANO.

Duplex in vtranque partem ducta, à ſuperiori parte deorſum. CIII.

Mediæ faſciæ, quæ pectori tranſuerſa circumdetur, altera aſſuitur, donec vtranque mammillam pertranſierit, hæc capitibus ſuis rectà ad collum datis ex eo ſuſpenditur, illa per dorſum procedit, vtriuſque capita inter ſe vinciuntur, vt deligandis mammis accommodentur.

Vinc


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



CIIII



CV



CVI

F

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Vinculum suspendens sex habens capita. CIIII.

Suspendenti vinculo quatuor capitum circa mediam suturam, alia fascia transuersa assuimedia suturam, alia fascia transuersa assuitur, cuius capita, vbi (vt dictum est) deligauerimus, in dorso inter se vinciuntur, ne, aut resolui vinculũ possit aut rugosum, fieri. Habet autem eundem vsum, quem proximè traditum.

NVNC GALENVS.

Iunctura ad alterum inguen. CV.


Expeditissima est, vbi alligare inguen oportet. Inijcitur autem hoc modo. fascia ab ilibus orsa obliquè per clunes ferri debet à parte inguinis vitiati inter anum & naturale, post hæc sursum procedere ad inguen, tum in orbem per coxam ad ilia super partem priùs iniectam, & ab inferiori parte sursum adduci.

Ad vtrunque inguen. CVI.

Abdomini fasciæ caput inijcito, eámque obliquè per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguẽ ab inferiori parte sursum, deinde iuxta caput primò iniectum ad coxam, atque inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum, post hæc infra vmbilicum, sicque circumagito, dum inguen vtrunque includatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


CVIII


CIX




CXII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Eadem in vtranque partem ducta. CVII.

Media fascia incipit ab inguine, capitáque eius ad coxam data literæ X. figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte procedit, deinde ambo in vnum adducuntur, atque ad eandem rationem circumeũt.

Aliter ad alterum inguen. CVIII.

Vnum fasciæ caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat, alterum verò glomeratum, per ilia ad coxam detur atque abdomen, inde obliquè ad coxam & inguen circumagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxam ac per ilia contrariæ partis ad abdomen, túncque caput dependens ad inguen sursum conuertatur sic, vt ibi sinus fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, comprehendatur, post hæc rursus quod glomeratum est, per inguen & coxam ducatur ad abdomen, rursúsq; primum caput duplicetur à superiori parte deorsum, & eo, quod glomeratum est, comprehendatur, ac dum fascia desinat, alterũ quidem duplicetur, alterum, superdetur nouissimè fibula imponatur.

Aliter ad vtrunque. CIX.

Fasciola media lumbos complectimur, capitáque eius ab inguine non secus quàm in iunctura ad alterum inguen sinimus dependere,

tum

tum alteram fasciam à ventre orsam, quemadmodum in iunctura ad vtrunque inguen circundamus, capita verò quæ pendebant, quemadmodum in simplici dictum est, duplicamus.

Pecten seu vinculum suspendens ad colem. CX.

Fasciola media lumbis inijcienda est, capitáque eius super ventrem adducta nodo inter se vincienda, tum alterius fasciæ glomeratæ caput zonæ inserendum, reliqua pars ad colem data in zonam rursus à superiori parte deorsum conijcienda, post hæc sub colem & ad zonam, postremò testiculos complexa, in zonam demittenda est.


Aliter. CXI.

Iniecta zona fasciæ caput super colem imponatur, eáque circa ipsum in orbem detur, donec totum includat, deinceps ad zonam feratur, ab eáque ad colem. atque inde rursus ad zonam: nouißimè testiculos amplexa in zonam demittatur.


Idem ex fascia scissa ac zona. CXII.

Linteum iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic, vt medium integrum relinquatur, quo colem excipito, tum ab altero capite scissas partes in vicinia colis findito, in quæ fissa conijcito partes alterius capitis, cingulóque inserito, & nodo alligato.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



CXIII



CXIIII



CXV



CXVI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

EX HELIODORO.

Vinculum ad alterum inguen, quod nonnulli dixerunt cancrum pro inguine. CXIII.

Fascia ab ilibus contrariæ partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod vinciri debet, ab eóque ad summam coxam porrigitur, post hæc ad idem inguen reuersa datur ad regionem, quæ sub vmbilico est, vt X. literæ figuram accipiat, ab eáque ad ilia alterius partis, sicq; circumagitur, donec, quæ nuda sunt, omnia complectatur, túncque vtiliter semel in orbem ambit circa lumbos, & infra vmbilicum. Prodest autem quibus deuincire inguen oportet.

Ad vtrunque inguen. CXIIII.

Vbi vinculum adhibuerimus ad alterum inguen, omisso circuitu in orbem, in vinculo ad vtrunque inguen fasciam à lumbis attrahimus ad alterum inguen, deinceps ad summam coxam, ab eáque ad idem inguen, vt in altero similitudo X. literæ fiat, deinde ad lumbos adducimus, post hæc eatenus hac ratione obuoluimus, vt quæ nuda sunt, includamus. Valet ad vtraque inguina deliganda. neque ab re est vltra propositos circuitus, in orbem quoque fasciam circumagere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Iunctura ad inguen tuendum.

CXV.

Fasciæ glomeratæ, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam assuere duorum cubitorum oportet, eóque capite super ilia contrariæ partis iniecto, fasciolam rectam à posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anum & naturale, obuolutámque inguini vitiato sursum porrigere, deinde glomeratam fasciam bis, térve circumagere, per quem ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum, vbi verò huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxam porrigitur, ab eáque ad idem inguen, & ad eam regionem, quæ sub vmbilico est, quo facto ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodúmque accipit sub vmbilico. Pertinet autem hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguen implent, manus curatio admouetur.

Assuta iunctura ad anum.


CXVI.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iuncturæ sufficiat, cui ab vno capite altera valentior fascia lata circiter digitos tres trãsuersa assuenda est, hæc Zonæ nomẽ inuenit: tum eidem fasciæ interuallo puta nouem digitorum alia fascia transuersa, perinde lata vt Zona, similiter assuenda est, cuius partes vtrinque ad-

iunct

iuncta crura nuncupantur: alterum verò caput rectæ fasciæ, quod contra suturam est, scindendum in duo crura. Homo igitur explicata Zona cingatur, recta verò fascia per lūbos procedat ad anum atq; inter ipsum & naturale, eiúsq; crura ad inguina ducta Zonæ inserantur: post hæc adiuncta crura arctata in Zonam demittantur, atq; ibi cum cruribus alligentur. quod vinculum sine adiunctis cruribus nonnulli ad calculosos, vbi calculus euulsus esset, adhibuere. id nos ob nodorum inæqualitatem reijcimus, ne pars vmbilico subiecta vrgeatur. vesica enim inæqualiter compressa inflammationi obnoxia est. deligamus autem, quibus calculus euulsus est, parua fascia, quam proximè ad inguen proposuimus: sed nunc breuiorem rectam fasciolam assuimus, extremámq; scindimus in duas partes. hæc autem iunctura illis longè commodior est, quàm quæ ani causa inijcitur. siquidem glomerata fascia in orbem voluta lūbos & omne id, quod sub vmbilico est, tegit, extremáq; sub vmbilico prioribus circuitibus assuitur. ex recta verò fascia, quod integrum est, ad anum & inter ipsum & naturale demittitur, partes verò scissæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur, quæ vinciendi ratio, calculosis, vbi secti sunt, aptißima est.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1





CXVII





CXVIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Sciſſum vinculum ad ſcrotum. CXVII.

Linteum pro hac ipſa iunctura longum latumue, ab vtroq; capite in quatuor parteis diuiditur, ſic, vt ab vno breuiores ſint, ab altero longiores, deinde à medio verſus breuiores exciditur, donec, vbi vſus requiritur, coles eo cauo excipiatur. Zonam ergo inijcere primum homini oportet, túncq; ex breuioribus partibus lintei medias duas in zonã demiſſas, inter ſe deuincire, & reliquas duas in eãdem Zonam coniectas pati dependere. quo facto coles per id cauum excipi debet, ſcrotúmq; totũ comprehendi integro linteo, ex cuius partibus longioribus, duæ exteriores ſcroto inuoluendæ ſunt, ita, vt dextra ſiniſteriori, dexteriori ſiniſtra procedat, deinceps in Zonam demiſſæ eo modo, quo priores permittendæ ſunt pendere, reliquæ duæ mediæ ſcroto ſimiliter iniectæ, vt dextra ſiniſteriori, dexteriori ſiniſtra procedat, per ſummas coxas in eandem Zonam demittendæ, & cum prioribus partibus pendentibus alligandæ.

EX SORANO.

Iunctura ad ſcrotum ex capitibus. CXVIII.

Vni extremæ faſciæ aſſuatur altera media ad imaginem literæ. T. harum, quæ tranſuerſa eſt, hominem cingat: quæ recta feratur ad ſcrotum, ibiq; eatenus incidatur, quatenus coles ſuo cauo recipiatur, extremáque ad Zonam alligetur, vt ſcroti vitijs accommodetur.

EX HELIO

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



CXIX




CXX




CXXI



CXXII



CXXIII



CXXV

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

EX HELIODORO.

Fascia glomerata ad cubitum.

CXIX.

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atque in orbē circumagitur, post hæc obliqua ducitur per priorem cubiti partem, quâ secari venæ solent, tum brachio in orbem obuoluta obliqua ad humerū reuertitur, sic, vt in priori parte cubiti X. literam repræsentet. sic autem circuit, donec tegantur, quæ nuda sunt, & vbique à latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri brachij alteriúsue membri vinciendi, quòd fasciæ in orbem ferri debent, cum eo vt interdum etiam obliquæ procedant, quo vinculum firmiùs hæreat. Huius verò fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciola vincienda est, aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligentur.

Iunctura in orbem, quidam adijciunt sub auctore Hippocrate.

CXX.

Huius vinculi ratio est, vt fascia super aliquod membrum pluribus circuitibus in orbem ambiat. rectè autem inijcitur, vt membrū contineat, quod in suum locum restituitur, magis verò pertinet ad corporum, quæ abscesserunt glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem pertinent. abscedentium enim

ore in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

ore in inferiori parte sito fascia à superiori parte deorsum procedit, vt humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, vt glutinentur: sed si vlcus superius sit, vt materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur: vbi verò abscedētia corpora transuersa sint, fascia ab ipsis circumdetur versus os, vt humor emittatur.

Menecriti vinculum ad partes extremas. CXXI.

Ab extremo brachio prope manum orsi, vbi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita vt ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam priùs X. literæ similitudine accepta, atque ad eandem rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autem vtilißimè vbi & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit.

Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem imposito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorē obliquè ad pollicem adducēda, tum circa ipsum ab exteriori parte obliquè porrigenda ad primam palmæ partem aduersa parti priùs iniectæ sic, vt super exteriora pollicis X. literam referat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

referat, atque ad eandem rationem eatenus voluenda, vt omnia complectatur, nouissiméque circa primam palmæ partem data finienda est. commodissimè autem obuoluitur ab vinciẽdum pollicem, quem ἀντίχειρα vocant.

EX SORANO.

Iunctura ad primam palmæ partem. CXXIII.

Orsa à prima parte palmæ obliqua versus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postremò in orbem circa primam palmæ partem, vt quibus hanc ipsam vincire volumus, accommodetur.

Vinculum oppositum. CXXIIII.

A prima palmæ parte incipiens post ipsam obliquè circa pollicem obuoluitur, tum obliquè à priori parte manus ad primam palmæ partem porrigitur, ibíque in orbem attrahitur, vt vinciendo pollici aptetur.

Vinculum, vt in palæstra ductum. CXXV.

Adhibito vinculo opposito fasciam insuper obliquè prope primam palmæ partem versus digitos circundamus, deinde in orbem circa indicem. post hæc obliquè aduersam parti priùs iniectæ: prope primam palmæ partem attrahimus, idémque facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum sit, quibus tam quod prope primã palmæ partem versus digitos est, quàm quod post digitorum articulos, vinciri debet.

Rhom

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1




CXXVI



CXXVII



CXXVIII



CXXIX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Rhombus ad medium membrum. CXXVI.

Fasciæ caput membro inijcimus, eámque super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti priùs obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, vt ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque vulnus accessit

Rhombus multiplex ad vnicum membrum. CXXVII.

Super extremam vnius membri partē fascia imponitur, & per ipsum æquis interuallis quasi in cochlea serpit vsque ad alteram extremitatem, quam in orbem complexa, obliquè circuit, & in orbem datur aduersa parti priùs iniectæ certa seruans interualla, vt ijs, quæ comprehendit, accommodetur.

Palma habena. CXXVIII.

Orsa à summo membro, obliqua per mediū ad imum feratur, & in orbem circa ipsum detur, post parti priùs iniectæ aduersa ad summum reuertatur, & iuxta eosdē circuitus ambiat, vt eas partes fideliter contineat, quæ recenti callo glutinatæ sunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1


EX HELIODORO.


Rhombus æqualium crurum.


CXXIX.

Tradita iunctura hæc est ad femur, vbi id aliqua parte vulneratum sit, & adiunctæ partes abscedant, cuius ratio est. Ab inferiori parte vlceris fascia in orbem circuit, inde oblique ducitur à latere vlceris, & rursus in orbem à superiori parte vlceris attrahitur, tum obliqua ad imaginem literæ x. deorsum demittitur, deinceps conuenienti interuallo bis iuxta vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum. semel à superiori deorsum, ita, vt bis litera x. repræsentetur, & in medio rhõbus super vlcus collocetur, quo per medium interuallum nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandem rationem, donec quæ nuda sunt excipiat, eóque fit, vt quæ abscesserunt sub vinculo, quasi sponte sua ad glutinationem veniant, nudatóque vlcere, quicquid humoris collectum est, effundatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1







Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Rhombus inæqualium crurum.

CXXX.

Vbi proximum vinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiam obliqua. eo vsi sunt, quibus operiendi quoque vulneris consilium fuit.

Ascia. CXXXI.

Scribunt, qui huiusmodi iuncturam adhibuerunt, ipsam vtiliter inijci, quibus vulnerato femore proximæ partes diducũtur. sic autem inijci debet. voluenda sub vulnere fascia est in speciem asciæ sic, vt pars gibba deorsum, sima sursum spectet, deinde super vlcus iterum in speciem asciæ priori aduersæ circumagenda est, atque ad eandem rationem attrahenda, dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, & à superiori deorsum procedens, interdum etiam per vlcus, vt ipsum operiat.

Vinculum à latere. x. literam repræsentans.

CXXXII.

Fasciam imo femori in orbem prope genu circumagimus, tum obliquè ducimus, & rursus parti priùs iniectæ aduersam attrahimus sic, vt à latere genu literæ. x. similitudinem referat, eodémque modo circunducimus. Potißimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partem lapsum reconditum est. repræsentanda

ver

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

verò *X.* litera est ab ea parte, in quam excidit.

Testudo. CXXXIII.

Super genu fasciam tendere in orbem oportet, inde obliquam à superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitem, ibique sub genu in orbem iterũ circumagi, & parti priùs iniectæ aduersam super patellam procedere in speciem literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. conuenit autem patellæ, quomodocunque sua sede proruperit.






CXXXIIII CXXXV



CXXXVI





CXXXVII CXXXVIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Ad Calcem. CXXXIIII.

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nerui lati obliquè ducenda ad alterum latus, tum circa calcem voluenda, ab eóque ad superiora pedis porrigenda, atque ad eandem rationem circumdanda. valet autem ad calcem alligandum.

Ad talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiore pedis porrigitur, post hæc sub plantam demittitur sic, vt ad superiorem partem reuersa X. literæ similitudinem referat, alligata verò planta circumducitur in orbem. Valet, vbi vinciri talos oportet.

Spica ad plantam. CXXXVI.

Fascia in orbem magnum digitum complectatur, ab eóque per plantam procedat circa talos, inde obliqua reuertatur ad plantam sic, vt non longè à minimo digito similitudo literæ X. fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intendat, & ad eandem rationem circumeat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis verò superuacaneum videtur digitum alligare ad plantam atque ad talos, abundè enim existimamus si cum digito, & planta pars pedis superior vinciatur (quemadmodum propositum est in digitis manus.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

EX SORANO.

Calceus. CXXXVII.

Fasciam primò talis inijcimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam, ab eáque ad alteram partem talorum obliquam attrahimus, postremò circa crus in orbem porrigimus, vt illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.


Adcalcem. CXXXVIII.

Fasciæ caput sub talis inijcito, eáque circa ipsos obliquè ad plantam demittito, tum obliquè circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, vt illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

FINIS GALENI DE FACIIS.

*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

Hauptwerk cplt B

Numeration defect

(Seite 112 – 128 fehlen)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1

treuocatd
t si obiciatu
d'q itelli-d
hunc actu
ceuluc itia
di sic ex
xx.d. quis

496

498

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3620/A Vol. 1